QK603
.S3
v.4


THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
1891
LIBRARY

SYLLOGE

HYPHOMYCETUM

OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM.

DIGESSIT

P. A. SACCARDO

PATAVII
X APRILIS MDCCCLXXXVI
SUMPTIBUS AUCTORIS
TYPIS SEMINARII.

SYLLOGE

FUNGORUM

OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM.

DIGESSIT

P. A. SACCARDO

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

Vol. IV.

PATAVII
XAPRILIS MDCCCLXXXVI
SUMPTIBUS AUCTORIS
TYPIS SEMINARII.

Iterum impressum
apud
R. Friedländer & Sohn,
Berlin.

.S3
v.4

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

HYPHOMYCETEÆ Martius p. m. p.

Fl. cr. Erlang. p. 334, Sacc. Mich. II, p. 15 *)

Dermatei, Trichodermacei, Gymnomycetes, Haplomycetes Fr. p. p. — *Coniomycetes, Hymenomycetes basidiophori* et *Hyphomycetes* Corda p. p. — *Coniomycetes, Hyphomucetes, Mycelini* Bonord. p. p. — *Torulaceæ, Coremiaceæ, Botrytideæ, Exosporieæ* Payer p. p. — *Byssoideæ* et *Uredineæ* Kickx p. p. — *Torulaceæ, Isariaceæ, Stilbaceæ, Dematieæ, Mucedineæ, Sepedoniaceæ, Trichodermaceæ* Berk.

Fungi in matrice propria superficiales v. subsuperficiales, rarius in insectis ento-parasitici, hyphis plus v. minus evolutis sporisque *(conidiis)* liberis instructi, ascis vero v. peritheciis v. ascomatibus carentes.

---

*) *Sylloge* hæc *Hyphomycetum*, etsi omni cura et diligentia, quibus uti potui, elaborata, plurimis locis absque dubio peccat. Constat enim ex speciebus permultis plene cognitis et rite descriptis, sed plurimæ quoque insunt species, quas auctores veteres, microscopio adhuc rudi, imperfecte vel non accurate descripserunt et mycologi recentiores non iterum invenerunt. Ad normam in voluminibus præcedentibus jam adhibitam et a mycologis laudatam, species has dubias recepi et ad propiora systematis mei loca referre conatus sum, non sine multis difficultatibus et ambiguitatibus. Ex eo factum est, ut species, a tyrone determinandæ, interdum sub pluribus generibus patienter inquirendæ sint. Nec deerunt profecto species, ob descriptiones mancas, duplicatæ.

Hyphomycetes, quum sint plerumque facile collabentes vel evanescentes, pro minima parte in mycothecis locum habent. Sed, siquando plurimæ eorum species in iis adessent, nemo mycologorum (nisi sit Doctor Winterus *)), exposcet a me, qui

---

*) Cfr. Kryptogamen-Flora. Pilze, II Bd. p. 368 et Hedwigia 1885, p. 85. — Hoc loco Doctor Winterus, conquerens quod Exsiccatis auctorum non satis incubuissem, contendit mensuras micrometricas mycetum ab ill. Fuckelio datas et a me relatas, *plerasque* fallaces esse. In quo vero non consentirem. Levissimæ profecto differentiæ hinc inde occurrunt, sed nullo modo gravieres quam quæ apud ceteros optimos mycologos solito invenuntur et quæ causis jam cognitis adscribendæ sunt, ut ipse sæpissime expertus sum. Sed quid dicam? Si *Florae mycologicam* ipsam Winteriana conferamus, facile patebit, quod e. g. ex octoginta circiter Pyrenomycetibus in fasciculis eiusdem XVII-XVIII casu selectis, mensuræ a Wintero revisæ pleræque cum Fuckelianis satis superque congruunt, ut inter eas vix 4 vel 5 satis desciscant. Similem rem comperiemus ubi mensuras Fuckelianas cum Rehmianis comparavimus. Singulare quod sit mycologo italo excusandus mycologus germanicus contra germanicum!

Liceat hic quoque nominare species polares Fuckelianas omissas in Sylloges voluminibus tribus jam editis, quas, quum cl. Winter dicat i. e. *plures* (mehrere), lector centenas forte æstimare poterit. En nomina: *Pleospora hyperborea, P. paucitrichia, P. arctica* (nec Karst.), *P. Dryadis, Sphæria nivalis, S. arctica, Ceratostoma foliicolum Cytospora capitata* (nec Sacc.), *Phoma Drabæ*. (Cfr. opus. «Die zweite deutsche Nordpolfahrt im Jahre 1869-70» II vol. 1 pars, ubi inter fungos habetur quoque *Rhizomorpha arctica* et *Xylographa arctica* Fuck., quæ serius in Sylloge locum habebunt).

Clavis analytica Familiarum

1. *Mucedineæ*. Hyphæ pallidæ v. læte coloratæ, cito collabentes, laxæ, sejunctæ (h. e. in fasciculum non cohærentes); conidia concoloria.
2. *Dematieæ*. Hyphæ fuscæ v. nigræ, rigidulæ, sejunctæ, rarius subhyalinæ sed tunc conidia atra.
3. *Stilbeæ*. Hyphæ pallidæ v. fuscæ in fasciculum elongatum stipitiformem *(stipes)* dense cohærentes.
4. *Tuberculariæ*. Hyphæ pallidæ v. fuscæ in acervum verruciformem *(sporodochium)* dense conglutinatæ, sæpe basi stromate crassiusculo suffultæ.

Fam. 1. **Mucedineæ** Link em.

Berl. Mag. III, p. 10 (1809), Sacc. Mich. II, p. 1

Fungi byssini pallidi v. læte colorati (rarius fusciduli) cito collabentes, hyphis laxis, sejunctis (h. e. in fasciculum non cohærentibus) instructi.

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

Conidia inter formam sphæroideam et breve cylindraceam varia, continua, hyalina v. læte colorata.

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Hyphæ brevissimæ v. a conidiis parum diversæ.

Clavis analytica Generum

A) Conidia non concatenata *(Chromosporieæ)*.

† Conidia subsolitaria.

Chromosporium. Saprogenum: hyphæ subnullæ (Est *Coniosporium* læte coloratum).

Coccospora. Saprogena; hyphæ brevissimæ, ramulosæ, septatæ.

Microstroma. Biogena: hyphæ pallidæ, brevissimæ, parallele stipatæ.

Massospora. Endo-entomogena; hyphæ subnullæ.

---

jam duo milia et ultra specierum novarum descripsi et plura milia jam editarum revisi, at omnia et singula exsiccata, quæ jam innumera prodiunt, interseminando submittam et comparem. Tale labor ceterum secundum peritiis ad monographias v. descriptas potissimum spectat; quem si ad Sylloges hanc præstare debemus, vita unius hominis non sufficeret. Opus vero meum qualecunque sit, ut cuiusque ... mycologi omnes, et in primis ipsissimus Doctor Winterus, ad scientiae utilitatem ... cam necessitatem, enixe postulant. Quod ergo consilium sequar?

†† Conidia capitata.

Glomerularia. Biophila; hyphæ obsoletæ.

B) Conidia catenulata (*Oosporea*).

† Species saprophytæ.

§ Conidia ex anteriore hypharum catenulatam exsibentia.

Glycophila. Rami sporigeri dichotomi, non arcuati.

Malbranchea. Rami sporigeri simplices, arcuati.

§§ Conidia ex apice hypharum libere nascentia.

α Conidia globosa, ellipsoidea, suboblonga v. fusiformia.

Oospora. Hyphæ fertiles, subsimplices; conidia globosa v. suboblonga.

Fusicium. Hyphæ fertiles, subsimplices; conidia distincte fusoidea, utrinque acuta.

Monilia. Hyphæ tenuiusculæ, distincte ramosæ; conidia sæpe limoniformia, grandiuscula.

** Conidia cylindrico-bacillaria v. cuboidea, utrinque obtusa.

Cylindrium. Hyphæ brevissimæ vix distinctæ; conidia bacillaria.

Polyscytalum. Hyphæ manifestæ, parce ramulosæ, hyalinæ, v. fumosæ; conidia bacillaria.

Geotrichum. Hyphæ manifestæ; conidia subcuboidea v. breve cylindrica.

†† Species biophilæ.

Oidium. Hyphæ manifestæ; conidia ellipsoidea-majuscula, isthmis nullis (cf. conidicus *Erysiphearum*).

Papulopsis. Hyphæ manifestæ; conidia globosa per isthmos cylindricos conjuncta.

Subsect. 2. Macronemeæ Sacc.

Hyphæ elongatæ et a conidiis distinctæ

A) Conidia hyphas aegregata.

† Conidia capitata, non catenulata (*Cephalosporiea*).

α) Conidia globosa v. oblonga.

§ Conidia in capitulo sessilia v. subsessilia.

α Hyphæ fertiles apice vesiculoso-inflatæ.

Edmonphalum. Hyphæ fertiles erectæ, simplices, parcæ; vesicula globulosa, non vix areolata.

Ikaglomyces. Hyphæ fertiles erectæ, simplices; vesicula globulosa, hexagono-areolata.

Coronella. Hyphæ fertiles erectæ, simplices, apice in vesiculam disciformem stellato-lobatam abeuntes.

** Hyphæ fertiles, apice non vesiculoso-inflatæ.

α) Conidiorum capitula muco obvoluta.

Hyalopus. Habitus *Aspergilli* sed conidia non concatenata et muco obvoluta.

β) Conidiorum capitula muco destituta.

Doratomyces. Hyphæ fertiles simplices, erectæ, capitulum elongatum v. spicatum gerentes; conidia secedentia.

Haplotrichum. Hyphæ fertiles simplices, erectæ, apice acutæ; capitulum sphæricum; conidia secedentia.

Botryosporium. Hyphæ assurgentes; sporophora simplicia apice 3-pluri-spinuloso-capitata; conidia secedentia.

Coëmansiella. Hyphæ fertiles, erectæ, simplices, apice basidiis verticillatis coronatæ; conidia acro-pleurogena, sursum versa.

Cephalosporium. Hyphæ steriles decumbentes; sporophora monocephala; conidia secedentia.

Papulospora. Hyphæ steriles decumbentes; sporophora monocephala; conidia non secedentia.

Trichoderma. Hyphæ steriles decumbentes compactæ; fertiles pluries 2-3-fidæ; conidia capitulata, sed mox secedentia.

§§ Conidia in capitulo sterigmatibus suffulta.

Corethropsis. Hyphæ decumbentes; sporophora simplicia, apice capitato-sterigmatophora.

Spicularia. Hyphæ erectæ, apice verticillato-ramosæ, capitatæ, ramulis ultimis conidia capitulata gerentibus.

b) Conidia breve cylindracea.

Cylindrocephalum. Hyphæ fertiles simplices, apice capitato-conidiophoræ.

†† Conidia capitata et catenulata *(Aspergilleæ)*.

a) Hyphæ fertiles apice inflatæ.

α) Hyphæ fertiles subsimplices.

Aspergillus. Vesicula conidia basidiis nullis v. simplicibus fulta gerens.

Sterigmatocystis. Vesicula conidia basidiis verticillato-ramulosis fulta gerens.

Dimargaris. Vesicula conidia in basidiis simplicibus pleuro-acrogena gerens.

β) Hyphæ fertiles dichotome ramosæ (ramulis curvis).

Dispira. Vesicula conidia in basidiis simplicibus acrogena gerens.

b) Hyphæ fertiles apice non v. vix inflatæ.

Amblyosporium. Hyphæ fertiles apice æqualiter verticillato-ramosæ; conidia doliiformia.

Penicillium. Hyphæ fertiles apice inæqualiter verticillato-ramosæ; conidia globulosa muco carentia.

Gliocladium. Hyphæ fertiles apice inæqualiter verticillato-ramosæ; conidia globulosa muco obvoluta.

Briarea. Hyphæ fertiles apice non ramosæ, sed immediate conidiophoræ.

B) Conidia hyphis simplicibus v. ramosis (non verticillatis) vage inserta *(Botrytideæ)*.

† Conidia levia v. vix asperula.

* Species saprogenæ.

a) Conidia typice pleurogena.

Haplaria. Hyphæ fertiles, 2-plurifurcatæ, erectæ; conidia globosa v. ellipsoidea.

Acladium. Hyphæ fertiles indivisæ erectæ; conidia globosa v. ellipsoidea.
Cylindrotrichum. Hyphæ fertiles simplices raro divisæ; conidia breve cylindracea.

b) Conidia acro-pleurogena.
α) Hypharum articuli, nonnulli, etiam intermedii, turgidiores denticulato-sporigeri.

Physospora. Hyphæ vage iteratoque ramosæ, subprocumbentes.

β) Hypharum articuli intermedii subæquales.
1. Hyphæ fertiles subsimplices.

Hyphoderma. Hyphæ stratum submembranaceum formantes, breves.
Acremonium. Hyphæ laxiusculæ, fertiles breves monosporæ.
Rhinotrichum. Hyphæ laxiusculæ, fertiles longiusculæ secus apicem denticulatum polysporæ.

2. Hyphæ fertiles ramosæ.
I. Conidia globulosa v. ovoidea.
× Hyphæ steriles et fertiles procumbentes.

Sporotrichum. Hyphæ vage et repetite ramosæ; conidia acro-pleurogena.

×× Hyphæ fertiles assurgentes.

Monosporium. Conidia in ramulis acutis solitarie acrogena.
Botrytis. Conidia prope apices ramulorum (subinde inflatos) laxe congregata, muco non obvoluta.
Tolypomyria. Ut *Botrytis*, sed racemuli conidiorum muco diu obvoluta.

II. Conidia cylindracea v. fusoidea.

Mariensella. Conidia fusoidea, in ramulis curvulis unilateralia, epigena, sursum versa.
Cylindrophora. Conidia in ramulis teretiusculis acrogena.
Cylindrodendron. Conidia in ramulis seu basidiis brevissimis ellipsoideis acrogena.

** Species biogenæ.

Ovularia. Hyphæ subsimplices erectæ, sursum subdenticulato-conidiophoræ.

†† Conidia eximie muricata v. tuberculoso-stellata.

Sepedonium. Hyphæ laxiusculæ; conidia globosa muriculata.
Asterophora. Hyphæ laxiusculæ; conidia tuberculato-stellata.
Pellicularia. Hyphæ in pelliculam intertextæ; conidia globosa muriculata.

C) Conidia in hypharum ramis ramulisve verticillatis acrogena *(Verticilliea)*.
† Conidia solitaria v. laxe congregata, non catenulata.
§ Ramuli seu sporophora brevissima ampulliformia.

Pachybasium. Ut *Verticillium* sed sporophora brevissima et ramuli apicales steriles recurvati.

§§ Ramuli seu sporophora longiuscula.
* Conidia globosa v. ovoidea.

Verticillium. Conidia a sporophoris mox secedentia.
Cladobotryum. Conidia [illegible] sporophoris [illegible] secedentia.

** Conidia cylindracea v. elongata.

Acrocylindrium. Ramuli seu sporophora rectiuscula, apice acuta monospora.
Uncigera. Ramuli seu sporophora sursum uncinata, monospora.
Calcarisporium. Ramuli seu sporophora apice inflato-verrucosa, pleiospora.
Coëmansia. Ramuli seu sporophora incurva subtus [illegible]-conidiophora.

†† Conidia capitato-aggregata v. dense spicata, non catenulata.
§ Conidia sessilia.

Acrostalagmus. Conidia in apice ramulorum capitata.
Clonostachys. Conidia ad apicem ramulorum dense spiraliter spicata.

§§ Conidia stipitellata.

Sceptromyces. Conidia in apice ramulorum capitata et stipitellata.

††† Conidia catenulata.

Spicaria. Hyphæ fertiles æquales, catenæ in ramulis ultimis acrogenæ.

Dy Conidia ex hypharum articulis hinc inde incrassatis pleurogene nascentia (*Gonatobotrytes*).

Gonatorrhodum. Articuli conidiophori leves; conidia catenulata.
Gonatobotrys. Articuli conidiophori muriculati; conidia solitaria, non catenulata.
Nematogonium. Articuli conidiophori leves; conidia solitaria, non catenulata.

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Tribus 1. Chromosporieæ Sacc.

CHROMOSPORIUM Corda ap. Sturm Deutsch. Crypt. III, 2, p. 119, et Anleit. p. 11, em. Sacc. Mich. II, p. 13 (Etym. *chroma* color et *spora*). — Hyphæ obsoletæ vagæve. Conidia pulveraceo-inspersa, globulosa, mediocria, varie læte colorata (nec fusca). — Est *Coniosporii* analogum genus, conidiis hyalinis v. læticoloribus mox distinguendum. Probabiliter species nonnullæ Cordeanæ statum collapsum vel obsoletum aliorum hyphomycetum sistunt.

1. **Chromosporium fulvum** (B. et C.) Sacc., *Gyrinosporium fulvum* B. et C. Cub. Fungi n. 584 et North Amer. Fungi n. 533. — Effusum, tenue; conidiis obovatis peroxydatis, stratum pelliculosum membranaceum insidentibus, breve pedicellatis, 25 μ. longis. 1

Hab. in ramis et ligno putri nec non in Peziza psammophila in Cuba, Alabama, Carolina inferiore. — Habitus *Monilia fulva*.

2. **Chromosporium croceum** (Mont.) Sacc., *Mucor croceus* Mont. Cub. pag. 307, *Gymnosporium croceum* (Mont.) B. et C. Cub. Fungi n. 585. — Effusum, tenue; conidiis obovatis globosisque levibus croceis, 11 μ. diam., stratum pallidius insidentibus ex hyphis brevibus ramosis oriundis, nucleo magno. 2

Hab. in ligno putri in Cuba prope S. Marcos (Ramon de la Sagra). — Teste Berk. l. c. minime est *Mucor* sed *Chromosporio fulvo* affinius, a quo vero mycelio copiosiore, nucleo magno et colore alio differt.

3. **Chromosporium vitellinum** Sacc. et Ell. Miscell. mycol. II, p. 18. — Effusum, pulveraceum, amœne aureo-vitellinum; conidiis ellipsoideis v. globosis 5-6 μ diam. v. 6-5-7-4-5-5 flavidis. 3

Hab. in ligno et Polyporo putri Newfield N. J. Amer. borealis (Ellis).

4. **Chromosporium Cookei** Sacc. *Chromosporium lateritium* Cooke et Harkn. in Grevillea an. et B. et Br. — Effusum pulverulentum, lete lateritium, hyphis obsoletis, conidiis subglobosis ovatisve hyalinis roseo tinctis, 10-12 μ. 4

Hab. in ramis v. trunco decorticato Aceris in California.

5. **Chromosporium lateritium** (B. et Br.) Sacc. *Gymnosporium lateritium* B. et Br. Ann. N. H. n. 1968 Grev. 1881, p. 48. — Effusum lateritio rubrum, tenuiter pulveraceum; conidiis obovatis, breviter pedicellatis, 7 μ. long. 5

Hab. in Ulmo montana, S. Catherine Britannia.

6. **Chromosporium aureum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium aureum* Corda Icon. fung. I, p. 1, fig. 12. — Effusum aureum nitidum; conidiis globosis concoloribus. 6

Hab. in facina amygdalarum putrida in Bohemia.

7. **Chromosporium viride** Corda ap. Sturm D. C. F. tab. 57, Sacc. F. ital. tab. 720. *Gymnosporium viride* Corda Ic. fung. I, p. 1. — Effusum, pulveraceum, viride v. cobaltino-viride; conidiis globulosis, 8-10 μ. diam., basi subapiculatis, amœne viridibus intus granulosis; mycelio obsoleto. 7

Hab. in ligno quercino udo etiam in cellis, in Germania et Italia.

8. **Chromosporium æruginosum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium æruginosum* Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 17. — Effusum olivaceum, pulveraceum, maculæ luteæ insidens; conidiis ovatis, olivaceis, 4 μ. crassis. 8

Hab. in ligno sicco Populi in Bohemia.

9. **Chromosporium Maydis** (Ces.) Sacc. *Sporisorium Maydis* Ces. Bot. Zeit. 1846. p. 878, Sacc. in Luss. Caus. Pellagr. Mil. 1872, p. 3 cum tabula. — Mycelio tenerrimo filiformi sub epicarpio et in rimis cotyledonem inter et albumen caryopsidis effuso; conidiis mycelio primum adnatis et in spiculas digestis, minimis, globosis, æqualibus, 2 μ. d., intus viridulis, tandem irregulariter erumpentibus. 9

Hab. in caryopsidibus Zeæ Maydis, quæ mox corrumpuntur et viridi fœdantur, frequens in Italia, ubi *Verderame* dicitur et *pellagræ* causa a nonnullis habetur. — Quoad speciem, verisimiliter nil est nisi status abnormis *Penicillii glauci*.

10. **Chromosporium roseum** Corda in Sturm D. C. F. t. 56. — Effusum endogenum, pallide roseum; conidiis globosis; mycelio obsoleto. 10

Hab. in contextu interiore radicis putris Cruciferarum, quæ tunc intus roseo maculatur. — « Quum endogena, vix *Chromosporium* et potus phycomycetea ».

11. **Chromosporium Cordæ** Sacc. *Gymnosporium roseum* Corda Ic. fung. V, p. 49, fig. 9, nec Corda Ic. I, p. 1. — Cæspitulis effusis parasiticis, roseis, pulverulentis; conidiis minutis, ovatis, hyalinis, æqualibus, 6,7 μ. long. 11

Hab. in acervulis Fusarii stercorarii, in hortis Prag Bohemiæ.

12. **Chromosporium entophytum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium entophytum* Corda Ic. fung. V, p. 49, fig. 8. — Superficiale vel entophytum; cæspitulis minutissimis elongatis, confertis, albis; conidiis numerosis minutis, elongatis, subfusiformibus, albidis, inæqualibus, primum conglobatis dein diffluentibus, 1-5 μ. crass. 12

Hab. supra et intra fructus Phœnicis dactyliferæ, Constantinopoli (Doct. Schmidt-Gœbel).

13. **Chromosporium album** (Corda) Sacc. *Gymnosporium album* Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 11. — Cæspitulis minutis gregariis albis; conidiis minutissimis globosis albis. 13

Hab. in foliis putridis Aceris Pseudoplatani pr. Pragam.

14. **Chromosporium griseum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium griseum* Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 10. — Effusum, tenuissimum, griseum; conidiis hyalinis albis, oblongis, 3,9-4 μ. long. 14

Hab. in ligno sicco nudo Salicum pr. Reichenberg Bohemiæ.

15. **Chromosporium Malvacearum** (West.) Sacc. *Gymnosporium Malvacearum* West. Bull. Soc. Bot. Belg. II, p. 249, Kickx Fl. cr. Fl. II, p. 93. — Cæspitulis perexiguis, rotundis, sparsis, albis; conidiis ovoideis hyalinis, 5 ≃ 2,5. 15

Hab. in caulibus putrescentibus Malvæ silvestris, St. Gilles-Waas in Belgio.

COCCOSPORA Wallr. Fl. crypt. n. 1544, Sacc. Mich. II, p. 13 (Etym. *coccos* bacca et *spora*). — Hyphæ brevissimæ, subramosæ, septatæ. Conidia sphæroidea, majuscula, acrogena, continua. Cæspituli compactiusculi, saprogeni.

1. **Coccospora aurantiaca** Wallr. Fl. crypt. n. 1544, Bizz. Fl. critt. Ven. I, p. 466, *Protomyces xylogenus* Sacc. Mich. I, p. 14, F. it. fig. 104. — Cæspitulis epixylis, compactiusculis, subrotundis, lutescentibus, $^3/_4$-1 mm. diam., subinde confluentibus; hyphis parcis septatis, parce ramosis, articulis inferioribus cylindraceis, superioribus brevioribus, subtriangularibus v. versiformibus, subhyalinis; conidiis globosis v. globoso-ovoideis, 40-50 ≃ 40-50, raro usque 70 ≃ 40, levissimis, episporio crasso hyalino, nucleo granuloso luteo-aurantiaco. 16

Hab. in lignis putrescentibus Populi, Robiniæ etc. in Italia bor. et Germania. — Ad nostrum typum refero genus Walirothianum, quod revera nimis vage descriptum est, ut sine dubio huc ducatur.

MICROSTROMA Niessl Mähr. Crypt. Fl. p. 163 (Etym. *micros* minutus et *stroma*). — Hyphæ brevissimæ, paliformes, dense stipatæ et cæspitulos planos efformantes, continuæ, hyalinæ. Conidia acrogena, ovoidea, continua, hyalina.

1. **Microstroma album** (Desm.) Sacc. Mich. I, p. 273, F. ital. t. 863, *Microstroma quercinum* (Opiz) Niessl Mähr. Pilz. 29, t. II, f. 2, *Torula quercina* Opiz (1855), *Fusidium album* (Desm.) Vize F. Br. n. 193, *Fusisporium album* Desm. Ann. S. N. X, p. 309 (1838), *Coniosporium quercinum* Lasch Hedw. 1858, p. 125. — Cæspitulis candidis, subsparsis, hypophyllis, subinde confluentibus, planis; conidiis ovato-oblongis, 5-7 ≃ 3, inæquilateralibus, 1-2-guttulatis, hyalinis; basidiis clavulatis, subinde gibbis, raro subramosis, intus nucleatis, hyalinis, 20-25 μ. longis. 17

Hab. in pag. inf. foliorum subviventium Quercus sessiliflorae, Q. pubescentis etc. in Gallia, Germania, Italia, Britannia, Belgio, Moravia, Africa australi.

2. **Microstroma Juglandis** (Béreng.) Sacc. *Fusidium Juglandis* Béreng. Secc. Gels. p. 7, fig. 1 (1847), *Microstroma leucosporum* (Mont.) Niessl. in Rabenh. F. Eur., Sacc. F. it. t. 864, *Gymnosporium* 18

leucosporum Mont. Syll. Crypt. n. 1140, *Microstroma pallidum* Niessl. — Cæspitulis niveis, nervis folii decolorati limitatis, hypophyllis; conidiis breve fusoideis v. ovoideis, hyalinis, 8 = 3, biguttulatis; basidiis obovato-clavatis, conidio subduplo longioribus, nucleatis, 18 μ. longis.

Hab. in pag. inf. foliorum Juglandis regiæ vivorum vel languidorum in Gallia, Italia, Germania, Moravia. — Var. **brachysporum**. Cfr. Peck 33 Rep. p. 30: conidiis ovoideis crassioribus, 6–7 = 4–5, 1-guttulatis. In pag. inf. foliorum Juglandis cinereæ, Charlton Amer. bor.

MASSOSPORA Peck 41 Rep. St. Mus. New York p. 44 (Etym. *massa* et *spora*). — Conidia mycelio v. peridio nullo instructa, in corpore insectorum endoparasitica, laxe cohærentia massamque pulverulentam formantia, pallida v. læte colorata.

1. **Massospora cicadina** Peck l. c. — Conidiorum massa abdominalis cavitatem occupante, albida v. carnea, denique articulis abdominalibus secedentibus, liberata; conidiis subglobosis v. late ellipsoideis, intus granulosis, interdum 1–3-nucleolatis, 16–21 μ. diam. 19.

Hab. in abdomine Cicadæ septemdecim, Livingston Co., Albany, South Amboy, New Jersey Amer. bor. (Peck, R. B. Post). — Conidia interdum adsunt majora, 38–50 μ. diam., et latius colorata.

GLOMERULARIA Peck in lit. et in Farlow Fl. Whit. Mount. p. 250 (Etym. *glomerulus* ob conidia glomerulata). — Biophila. Hyphæ plerumque brevissimæ v. obsoletæ interdum sursum divisæ, hyalinæ. Conidia gleiosa, hyalina in capitula subglobosa v. inæqualia aggregata. — Genus peculiare, nonnullis notis *Coccosporæ*, *Microstromati* et *Basidiellæ* affine.

1. **Glomerularia Corni** Peck l. c. — Maculis subcircularibus, subinde confluentibus foliique paginam fere totam occupantibus, brunneis; conidiis globosis, asperulis, hyalinis, 10–12,5 μ. diam., in glomerulos 6–12-junctis. 20

Hab. in foliis vivis Cornii canadensis et Loniceræ ciliatæ in montibus Adirondack et Catskill (Peck), et in foliis Cornii canadensis White Mountains (Farlow), ubi sistit maculas albas in foliis et sæpe est *Puccinia porphyrogenitæ* socia.

Tribus 2. **Oosporeæ** Sacc.

GLYCOPHILA Mont. Compt. rend. Acad. Sc. 13 Oct. 1851. (Etym. *glycys* dulcis et *philos* amicus). — Hyphæ arachnoideæ, hyalinæ, e centro undique irradiantes, ramosissimæ, septatæ; rami dichotomi, sensim attenuati, conidia seriata includentes. Conidia mox liberata, sphærica, primitus rosea, tandem olivacea, conglomerata, initio limbo gelatinoso cincta.

1. **Glycophila versicolor** Mont. Bull. Soc. nat. et centr. d'Agricul., 9 Juin 1852, p. 462 et Syll. Crypt. n. 1134. *G. erythrospora* et *G. chrysospora* Mont. olim. — Characteres idem ac genus. 21

Hab. in mensis saccharari in Gallia (Mubec et Payen).

MALBRANCHEA Sacc. Mich. II, p. 659 (Etym. [illegible] *pulchella* [illegible] — [illegible]) A. [illegible] Hyphæ repentes, [illegible] hyalinæ v. [illegible] in ramulos [illegible] abeuntes; ramuli seriatim plurinucleati, [illegible] ex apice [illegible] *sporoschismatis*; conidia cuboidea v. teretiuscula, continua, hyalina v. laete colorata exserentes. — Genus *Dosporis* quibusdam et *Glycophila* subaffine sed ramulis arcuatis, conidiis initio endogenis etc. optime distinctum.

1. **Malbranchea pulchella** Sacc. et Penz. Mich. II, p. 639. — *Effusa* densiuscula, subpannosa, sulphurea; hyphis sterilibus varie ramulosis, repentibus, aseptatissimis, continuis, 0,5–0,7 μ. cr., ramulis fertilibus [illegible] conciniculiformibus, 20–25 = 2, plurinucleatis; conidiis oblongo-cylindraceis utrinque subtruncatis, 3 = 2,5, e flavido hyalinis, ex apice ramulorum continuo exsilientibus. 22

Hab. in charta crassiore [illegible] in silva prope Rouen Galliæ (Malbranche).

OOSPORA Wallr. Fl. crypt. p. 182, emend. Sacc. Mich. II, p. 14 *) (Etym. *oon* ovum et *spora*). — Cæspituli effusi [illegible] nati, mucedinei, laxi v. compactiusculi. Hyphæ fertiles breves, subsimplices, tenerae. Conidia regulariter catenulata, globosa v. ovoidea, hyalina v. laete colorata. — Est *Torula* [illegible] colorata. Quantum species conidiis subtruncatis ferte inter [illegible] apice [illegible] mutarent.

I. Conidia albo-hyalina.

1. **Oospora fasciculata** (Berk.) Sacc. et Vogl., *Oidium fasciculatum* (Berk.) in Smith, Engl. Flora V, 348; Thümen, Fungi Pomicoli p. 23

*) Genus adiuvante dom. P. Voglino, Taurinensi.

29; Cattaneo, Mic. Agrumi p. 16, *Acrosporium fasciculatum* Grev. Fl. Ed. p. 469. — Cæspitulis conspicuis, primum distinctis, demum confluentibus, albis, demum glaucis; hyphis erectis, fasciculatis, ramosis; conidiis in hypharum apice concatenatis ovoideo-globosis, hyalinis.

Hab. in fructibus subputridis Citrorum in Belgio, Britannia, Italia, America boreali.

2. **Oospora Epilobii** (Cord.) Sacc. et Vogl., *Torula Epilobii* Cord., Icon. Fung. IV, p. 23, ser. VI, fig. 75. — Cæspitulis effusis albis, arachnoideis; hyphasmate repente ramoso; hyphis simplicibus, longiusculis, septatis, albis; conidiis ovatis albis; episporio hyalino, glabro, nucleo centrali firmo. 24

Hab. in caule, foliis fructibusque Epilobii pr. Prag Bohemiæ.

3. **Oospora candidula** Sacc. Mich. II, p. 545, F. it. t. 880, *Torula candida* Op. (?), Sacc. Mycol. Ven. Spec. pag. 177 (nec Wallr.). — Cæspitulis effusis candidis, tenuibus; hyphis sterilibus repentibus filiformibus, fertilibus erectis simplicibus v. furcatis 30 ≃ 3, continuis, hyalinis; conidiis in catenulas longas digestis, ovato-oblongis, 5-6 ≃ 3, hyalinis. 25

Hab. in foliis Aceris et in fungis lignosis putrescentibus, Selva, Montello, Padova (Italia).

4. **Oospora Tulipiferæ** Ell. et Mart. Amer. Nat. 1882, p. 1004. — Hyphis subhyalinis, demum brunneolis, septatis, cæspitosis, 42 ≃ 3, in maculis pallide fuscis, saturatius marginatis; conidiis subhyalinis ovoideis v. fusoideo-catenulatis, ex apice hypharum oriundis, 7-9 ≃ 3-4,5. 26

Hab. in foliis Liriodendri, West Chester et Bethlehem Pensylvaniæ Amer. bor.

5. **Oospora Flagellum** (Riess) Sacc. *Torula Flagellum* Riess. in Bot. Zeit. 1853, p. 140, t. III, f. 16-17. — Candida; mycelio repente, ramoso, continuo; hyphis brevibus ascendentibus, subventricosis, acuminatis; conidiis ovoideis utrinque apiculatis, in series longas, simplices concatenatis, 5-6 μ. longis. 27

Hab. in foliis putrescentibus herbarum variarum in Germania.

6. **Oospora perpusilla** Sacc. F. Ital. t. 881, *Torula perpusilla* Mich. I, p. 265. — Cæspitulis minutis candidis confluentibusque; conidiis globulosis tenuissimis 0,7-1,3 μ. diam., in catenulas elongatas digestis, hyalinis. 28

Hab. in foliis variis coacervatis fermentescentibus et putrescentibus in Italia bor., et in fimo damarum in Belgio.

7. **Oospora maculans** (Bon.) Sacc. et Vogl., *Oidium maculans* Bon., 29
Handbuch allg. Mykol. pag. 72. — Cæspitulis albidis granulosis, repentibus; hyphis subuliformibus; conidiis longe catenulatis.

Hab. in ramis putridis in Guestphalia.

8. **Oospora ovalispora** (Berk.) Sacc. et Vogl., *Torula ovalispora* 30
Berk. in Smith Fl. Brit. V. p. 359, *Conoplea cinerea* Pers.? — Cæspitulis rotundatis; hyphis dense gregariis; conidiis late ovalibus, pallidis, minutis.

Hab. in ramis emortuis in Britannia et Ceylon.

9. **Oospora compacta** (C. et E.) Sacc. et Vogl., *Oidium compactum* 31
C. et E. in Grevillea. — Alba, effusa; conidiis globosis, hyalinis, in pulvinulos subglobosos congestis, 12,5 μ. crassis.

Hab. in cortice Vaccinii in Britannia.

10. **Oospora alba** (Preuss). Sacc. et Vogl., *Torula alba* Preuss 32
Fung. Hoyersw. — Cæspitulis albis; stromate floccoso repente, suffulto; catenulis basi pedicellatis erectis, sæpe ramosis; conidiis oblongis albis.

Hab. in ramis arborum frondosarum dejectis, prope Hoyerswerda (Preuss).

11. **Oospora pedicellata** (Preuss). Sacc. et Vogl., *Torula pedicellata* 33
Preuss. Fung. Hoyersw. n. 20. — Cæspitulis oculo nudo inconspicuis; hyphis erectis simplicibus, ramulis simplicibus longiusculis, non septatis albis; conidiis ovatis, albis, utrinque hilo instructo; nucleo centrali firmo.

Hab. in ramis dejectis Kerriæ japonicæ, Sambuci nigræ etc., Hoyerswerda (Preuss).

12. **Oospora tenerrima** (Preuss). Sacc. et Vogl., *Torula tenerrima* 34
Preuss Fung. Hoyersw. n. 12. — Cæspitulis effusis, farinaceis, candidis; hyphis longis, repenti-adscendentibus, ramosis, flectendo-serpentiformibus, tum catenulatis; conidiis globoso-ovatis, minutissimis, pellucidis albis.

Hab. in trabibus ubi Natrum carbonicum illitum, Hoyerswerda (Preuss).

13. **Oospora Bonordenii** Sacc. et Vogl. *Hormiscium album* Bonord. 35
Handb. p. 32, fig. 3. — Cæspitulis albis; conidiis catenulatis, globosis, majusculis, inæqualibus.

Hab. in ligno putri in Guestphalia.

14. **Oospora cuboidea** Sacc. et Ell. Sacc. Mich. II, p. 576. — Can- 36
dida, effusa, subfarinacea; hyphis subfasciculatis e basi ramosis, filiformibus mox in catenulas conidiorum, 100-120 = 3, abeunti-

bus; conidiis cuboideis v. globoso-cuboideis, tandem [illegible] lentibus, 3-[illegible] μ.

Hab. in ligno putrescente quercino, Kenfield et New-York, [illegible] borealis.

15. **Oospora farinacea** (Preuss) Sacc. et Vogl., *Torula farinacea* Preuss Fung. Hoyersw. — Cæspitulis effusis, indeterminatis, albis; caulibus erectis, ramosis, patulis albis; conidiis elongatis apiculatis, episporio levi, hyalino, albo; nucleo elongato, colorato, [illegible]. 35

Hab. in ligno sicco Juglandis, Hoyerswerda (Preuss).

16. **Oospora albipes** (Peck) Sacc. *Oidium albipes* Peck Report on the St. Univ. N. Y. — Hyphis fertilibus brevibus, hyalinis, apice subgloboso-inflatis ibique griseo-brunneis v. interdum viridibus; conidiis oblongo-ovoideis v. fusoideis, pallidis, uno fine tenuiter apiculatis, 8-8.5 μ. longis. 38

Hab. in lignis dejectis, Bethlehem Amer. bor.

17. **Oospora microcarpa** Schulz. et Sacc. Micromyc. Slavon. [illegible] p. 30. — Effusa, tenuis, alba; hyphis repentibus sterilibus continuis, hyalinis, ramulos fertiles crebros, tenellos, simplices continuos, hyalinos exserentibus; conidiis acrogenis catenulatis, globosis, hyalinis, 2-[illegible] μ. diam. 39

Hab. in caudicibus pineis putridis pr. Vinkovce Slavoniæ.

18. **Oospora parallela** (Preuss). Sacc. et Vogl., *Torula parallela* Preuss Fung. Hoyersw. n. 15. — Cæspitulis effusis albis, farinaceis, caulibus ramoso; catenulis longissimis parallelis repentibus, conidiis subglobosis albis, utrinque hilo instructis. 40

Hab. in culmis secalinis subputridis, prope Hoyerswerda, (Preuss).

19. **Oospora multiformis** (Preuss). Sacc. et Vogl., *Torula multiformis* Preuss Fung. Hoyersw. n. 266. — Cæspitulis minutis, gregariis, caulibus, farinosis; hyphis adscendentibus, confertis, subramosis; conidiis elongato-cylindricis, subapiculatis, varia longitudine pellucidis, hyalinis. 41

Hab. in foliis Hemerocallidis cæruleæ semiputridis, Hoyerswerda.

20. **Oospora verticillioides** Sacc. Mich. II p. 546, [illegible] 870. — Cæspitulis canitis albidis pilosis; hyphis sterilibus repentibus, ramulis fertilibus simplicibus [illegible] v. subverticillatis, 70-[illegible] μ. longis exserentibus; conidiis breviter catenulatis oblongo-ovoideis v. subclavatis, 8-10 = 2.5-3, hyalinis, quandoque guttulatis. 42

Hab. in caryopsidibus maceratis *Zeae Maydis*, Padova et Conegliano, Italiae borealis. — Cfr. Cuboni Micr. carioss. p. 5. t. I, f. 1.

21. **Oospora inaequalis** (Cord.) *Sacc.* et Vogl., *Torula inaequalis* Cord. Icon. Fung. III, p. 5, tav. I, fig. 13. — Caespitulis minute gregarius, candidissimis farinosis; hyphis vermiculantibus, confertis, subramosis; articulis infimis elongatis; conidiis infra ovatis supra globosis, 15 × 8, hylo utrinque notatis; opiparo candido, hyalino; nucleo albo. 43

Hab. in opio medicamentorum usu collecto, in Bohemia et Belgio.

22. **Oospora gummigena** (Mont.) Sacc. et Vogl., *Oidium gummigenum* Mont. Plant. cellul. nouv. cent. VIII, p. 149. — Effusa, albo, hyphis primariis decumbentibus, ramosissimis, intricatis, leptomitiformibus, albo-hyalinis; fertilibus erectis furcatis inferne subcontinuis sursum articulatis, articulis maxime variis oblongis, dolioliformibus ovoideis, sphaericis, secedentibus, supremo majori granulis repleto. 44

Hab. in superficie exsiccata gummi arabici in aqua soluti et ad specimina cryptogamica chartae conglutinanda servatis, in Galliia.

23. **Oospora Lactis** (Fres.) Sacc., *Oidium Lactis* Fres. Beitrage p. 23, Sacc. Mich. I, p. 265, Intorno all' *Oidium Lactis* p. 1–7, Fung. ital. t. 871, *Mycoderma Malti-periperini* Desm., *Chalara Mycoderma* Bonord.? Robin. *Mycoderma Lactis-butyri* Desm. — Caespitulis membranaceis, effusis, velutinis candidissimis; hyphis sterilibus dense contextis, cylindricis, fertilibus adscendentibus 250–400 × 6–10; conidiis catenulatis ovato-obtusis 20–21 × 5–6 subinde reniformibus. 45

Hab. in superficie lactis et casei nec non aquae, in qua caryopsides Zeae Maydis diu macerata sunt in Italia, Germania, Galliia. — Var. **obtusa**, *Oidium obtusum* Thüm. Diagn. M. U. p. 289. Hyphis longissimis, simplicibus, rectis, interdum septatis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, hyalinis, longitudine varia, 6–10 × 5. In superficie casei semiputridi Bayreuth Bavariae.

24. **Oospora porriginis** (Mont. et Berk.) Sacc. *Oidium porriginis* Mont. in B. et Br. Ann. N. H. n. 546, *Achorion Schönleinii* Remak. — Mycelio flexuoso, simplici v. ramoso v. furcato, continuo; conidiis ovoideis vel triangularibus vel obtuse subcuboideis, variis 3–6 μ. diam. 46

Hab. in porrigine lupinosa hominis. — (An forma *Oospora lactis?*). — Var. **ceratophagus** (Ercolani), *Achorion cerato-*

phagus Erc. Sull'Onicomicosi; conidiis quam in typo magis regularibus, subglobosis et paullo minoribus. In ungue hominis et solipedum, quam maxime vexat.

25. **Oospora pulmonea** (Benn.) Sacc. *Oidium pulmoneum* Bennett On the paras. fungi, Catt. Mic. Corp. um. p. 126, t. VI, f. 15. — Hyphis filiformibus ramosis, subcontinuis, 5-10 μ. diam.; conidiis in apice hypharum catenulatis, ellipsoideis v. subglobosis, 5-10 μ. diam., hyalinis. 47

Hab. in sputo hominis pneumonite affecti in Britannia (Bennett).

26. **Oospora grandiuscula** Sacc. et March. Champ. copr. Belg. p. 28, t. I, f. 3-4. — Cæspitulis albis, effusis, tenuibus, mucedineis; hyphis sterilibus repentibus, flaccidis, 4-6 μ. cr., parce septatis, ramosis, hyalinis; fertilibus adscendentibus multo brevioribus crassiusculis, superne leviter attenuatis; conidiis ovoideis, initio intus minute granulosis et utrinque truncatulis, hyalinis, 12,5-14 = 7,5-10 μ. catenulatis. 48

Hab. in fimo suino, Evere prope Bruxelles Belgii, sociâ *Mortierellâ polycephalâ*.

27. **Oospora nivea** (Fuck.) Sacc. et Vogl., *Torula nivea* Fuck. Symb. p. 91. — Cæspitulis superficialibus, confluentibus, pulveraceis; conidiis globoso-ovatis 3-4 μ. diam. v. 4 = 3 hyalinis, catenulatis, in articulos plerumque 2-4-meros secedentibus. 49

Hab. in merda humana et caulibus putridis lignisque in Germania et Fennia. — Statum conidicum *Perisporii funiculati* Pr. sistit.

28. **Oospora Uredinis** (Link.) Wallr., Fl. Crypt. n. 1571, Sacc. Mich. II, pag. 357, *Oidium Uredinis* Link Sp. I, pag. 123. — Catenulis erectis, simplicibus dense aggregatis hyalino-flavidis in articulos singulos breves subcuboideos crassiusculos, 17-18 μ. diam. secedentibus. 50

Hab. in pagina inferiore foliorum Rubi una cum Uredine, circa Berolinum Germaniæ (Ehrenberg.) et in Italia (Saccardo). — « An productio erineacea sit, dubium manet ».

29. **Oospora Epimyces** (Cord.) Sacc. et Vogl., *Torula Epimyces* Cord., Icon. Fung. I, p. 8, t. II, fig. 136. — Cæspitulis globosis, dein confluentibus, radiatis, candidis; hyphis erecto-divergentibus, sæpius falcatis; conidiis elongatis, subfusiformibus, acutiusculis, medio albis impellucidis, utrinque apiculo hyalino ornatis, 5-5,5 μ. crass. 51

Hab. in Cœlosphæriæ exilis pilis sterilibus prope Prag Bohemiæ.

30. **Oospora hyalinula** Sacc. Mich. II, p. 453, Fung. it. t. 878, *Torula hyalinula* Sacc. Michelia I, p. 538. — Effusa, alba, arachnoidea; hyphis repentibus, ramosis, continuis, hinc inde ramulos fertiles erectos 20–30 ≍ 2 emittentibus; conidiis acrogenis, concatenulatis, oblongis vel breviter cylindraceis, utrinque obtusis 4–6 ≍ 1,5–2, hyalinis. 52

Hab. parasitica in Capnodio Footii folia Oleæ fragrantis invadente, in foliis Viburni Tini, in foliis languentibus pedunculisque Aurantiorum in Italia boreali (Sacc., Penz.), in Dermatea olivacea, Newfield N. J. in Amer. bor. (Ellis).

31. **Oospora æquivoca** (Corda) Sacc. et Vogl. *Torula æquivoca* Corda II, p. 8, t. 9, fig. 37, *Oidium æquivocum* B. et Br. — Cæspitulis oculo nudo fere inconspicuis; catenulis conidiorum erectis simplicibus; conidiis elongatis utrinque apiculatis diaphanis albidis, 11–12 μ. crassis. 53

Hab. in Polyporo Schweinitzii in Germania et Britannia.

32. **Oospora dubiosa** (Speg.) Sacc. et Vogl. *Oidium dubiosum* Speg. Pug. F. Argent. Pug. III, n. 135. — Hyphis sterilibus repentibus, parce septulatis, hyalinis, longissimis 4 μ. crass. in senectute diffluentibus, fertilibus erectis, continuis, hyalinis, magnitudine maxime ludentibus, 20–80 ≍ 3–4, hyalinis, apice conidia elliptica vel subnavicularia, utrinque acutiuscula, catenulata (catenulis quandoque ramulosis) hyalina 8–10 ≍ 3–4 gerentibus. 54

Hab. in Periconia pycnospora putrescente ad caules putridos prope la Recoleta Americæ australis.

33. **Oospora hypoxylicola** (Preuss) Sacc. et Vogl. *Torula hypoxylicola* Preuss Fung. Hoyersw. n. 267. — Cæspitulis effusis indeterminatis, albis, farinaceis; hyphis erectis, longis, parallelis, simplicibus, filiformibus; catenulis erectis, subramosis, longis; conidiis oblongis, utrinque rotundatis. 55

Hab in Xylaria Hypoxylo. Hoyerswerda (Preuss).

34. **Oospora Tuberum** (Corda) Sacc. et Vogl. *Torula Tuberum* Corda, Icon. Fung. VI, p. 5, t. I, fig. 19. — Cæspitulis minutis, candidis erectis, duris, fere nitidis; hyphis abbreviatis; conidiis minutissimis, subglobosis, albis, hyalinis, nucleo latere puncto unico obscuro notato, 2–4 μ. crass. 56

Hab. in Tuberibus siccis in Bohemia.

35. **Oospora circinans** (Bon.) Sacc. et Vogl. *Alysidium circinans* 57

Bon. Handb. p. 35. — Cæspitulis subcircularibus albis, crystallinis, algis sæpe obductis; conidiis ellipsoideis, hyalinis.

Hab. in muris udis in Guestphalia.

36. **Oospora friata** (Preuss). Sacc. et Vogl. *Torula friata* Preuss., Fung. Hoyersw. — Cæspitulis late expansis, pallide lutescentibus, pulverulentis; mycelio repente, ramoso; hyphis basi continuis, tenuibus, supra septatis, in catenulas conidiorum abeuntibus; conidiis primum oblongis, dein sphæroideis; episporio hyalino verrucoso, intus nucleo repleto. 58

Hab. in lanaria (lana?) mucida, Hoyerswerda (Preuss).

II. Conidia rosea, rubescentia v. coccinea.

37. **Oospora subrosea** Sacc. et Vogl. *Torula rosea* Sacc. Fung. ven. ser. V, p. 190 nec Preuss, *Oospora rosea* Sacc. Fung. it. tab. 883. — Cæspitulis pulvinato-compactiusculis, 1 mm. diam.; catenulis fasciculatis, longis, subsimplicibus ex hyphis brevissimis oriundis; conidiis ovoideo-oblongis utrinque rotundatis vel obtusis, 4 ≃ 1, 59

Hab. in ramis corticatis Populi nigræ, Selva (Treviso).

38. **Oospora rosea** (Preuss). Sacc. et Vogl. *Torula rosea* Preuss. in Sturm. D. crypt. Fl. III, 25, p. 13, t. 7. — Cæspitulis rotundatis, subpulvinatis, tum effusis, indeterminatis, roseis; catenulis erectis flexuosis; longis (articulis quinque et viginti circiter), subramosis; conidiis ovoideis, utrinque apiculatis, nucleo magno. 60

Hab. in ramulis emortuis Rosarum in hortis, Hoyerswerda (Preuss).

39. **Oospora roseola** Sacc. F. it. t. 884, *Oospora rosea* Sacc. Mich. II, p. 546. — Cæspitulis effusis, minutis, subroseis, subpulveraceis; conidiis ovoideo-oblongis, catenulatis, 6-8 ≃ 4-5, e hyalino roseis; hyphis repentibus sterilibus, ramulos fertiles continuos, sursum attenuatos exserentibus. 61

Hab. in chorda putrescente, Padova Italiæ bor. — Var. **Telæ** Sacc. Reliq. Lib. n. 187: conidiis ellipsoideis, 3 ≃ 2, dilute roseis; cæspitulis late effusis confluentibus. In tela putri in Arduennis (Libert).

40. **Oospora carneola** Sacc. Mich. II, p. 545, F. it. t. 886. — Cæspitulis minutis, depressis, subcarneis; conidiis perexiguis, 0,7 μ. diam., globosis, catenulatis, in apice hypharum filiformium perbrevium nascentibus. 62

Hab. in ossibus Mammiferorum putrescentibus, Conegliano Italiæ bor.

41. **Oospora rosella** Grov. Journ. of Botany n. 270. vol. XXIII, p. 63
168. — Cæspitulis $^1/_3$-$^1/_2$ mm. altis, demum confluentibus; hyphis fasciculatis, demum effusis, longis, erectis, dein vagantibus, ramosis, 2-3 μ. crassis, continuis, hyalinis; conidiis in catenulas longiusculas simplices connexis, roseis, ellipticis, utrinque apiculatis, 10 ≃ 4.

Hab. in stercore equino, pr. Birmingham Britanniæ. — *O fasciculatæ* affinis, sed conidiorum colore distincta.

42. **Oospora rhodella** Sacc. et Thüm. Mich. II, p. 357, Fung. ital. t. 64
886. — Cæspitulis sparsis, gregariis, minutis, planis, dilute roseis; hyphis filiformibus vage ramosis, sporophora teretiuscula brevia hinc inde exserentibus; conidiis breve fusoideis, obtusiusculis, 4-5 ≃ $1^1/_2$-2, e hyalino roseis, catenulatis, mox secedentibus.

Hab. in cortice interiore Pini, Lyon Galliæ (Therry). — Peraffinis *O. hyalinulæ* Sacc., a qua colore et situ præcipue differt. — Var. **truncatula** Sacc. Mich. II, p. 637, acervulis amœne roseis, effusis (dein expallentibus); conidiis subfusoideis, utrinque truncatulis 6-7 ≃ 1- 1,5, obsolete biguttulatis; hyphis tenuissimis parce ramulosis. — In culmis udis, pr. Rouen Galliæ (Malbranche). — Ad *Cylindrium carneolum* Sacc. vergit.

43. **Oospora propinqua** Sacc. Mich. II, p. 545, F. ital. t. 885. — Cæ- 65
spitulis effusis, minutis, subroseis, mucedineis; conidiis ovoideis catenulatis, 2,5-3 ≃ 1,6-2,2, hyalino-roseis; hyphis repentibus sterilibus, ramulos fertiles erectos continuos exserentibus.

Hab. in pag. inf. foliorum Cocculi laurifolii, Padova Italiæ bor.

44. **Oospora rhodochlora** Sacc. in Bizzozero Fl. Ven. vol. I, p. 468. — 66
Cæspitulis minutis, pallide roseis, sparsis, fere pulvinatis; ramulis fertilibus hypharum, erectis brevissimis, simplicibus; conidiis oblongo-cuboideis, pallide roseis, obtusis 4 ≃ 1.

Hab. in ramis corticatis Populi nigræ in Italia bor.

45. **Oospora rubeo-alba** (Preuss) Sacc. et Vogl., *Torula rubeo-alba* 67
Preuss Fung. Hoyersw. — Cæspitulis expansis rubeo-albis, stromate floccoso suffultis; hypha, fertili erecta; conidiis rubeo-albis catenulatis rotundatis, nucleatis.

Hab. in vesicis, quibus vitra obtecta sunt, succum Sambuci continentia, Hoyerswerda (Preuss).

46. **Oospora roseo flava** Sacc. Mich. II, p. 545, F. ital. t. 886. — 68
Cæspitulis effusis, subpulverulentis, roseo-flavidis; conidiis oblongo-fusoideis, 8-11 ≃ 2,5-3, 2-guttulatis, catenulatis, e hyalino ro-

seo-flavidis; hyphis sterilibus repentibus, ramulos fertiles erectos continuos, 40–45 ≃ 4–4,5 exserentibus.

Hab. in foliis emortuis Musæ purpureæ, in horto botanico Patavino Italiæ bor.

47. **Oospora vinosella** Sacc. Fung., ital. t. 874, *Torula vinosella* Sacc., Mich. I, p. 265. — Cæspitulis pulvinatis, isabellino-vinosis, minutis; conidiis globosis v. subcuboideis, 2–2½ μ. d., 1-guttulatis, e roseo hyalinis, in catenulas plus v. minus elongatas digestis. 69

Hab. in Polyporo Pede-Capræ aliisque fungis udis, sociis *Penicillio, Cladosporio, Aspergillo*, in silva Montello, Padova, etc. Ital. sept.

48. **Oospora placentiformis** (Cord.) Sacc. et Vogl., *Torula placentiformis* Corda Icon. Fung. VI, p. 5, t. I, fig. 18. — Cæspitulis minutis, convexis, roseis; hyphis brevibus; conidiis ovoideis, hyalinis, albidis, 4–4,3 μ. crassis. 70

Hab. in Tubere gulonum in alcoole jam servato, in Bohemia.

49. **Oospora longispora** (Preuss). Sacc. et Vogl., *Torula longispora* Preuss Fung. Hoyersw. n. 18. — Cæspitulis effusis determinatis, ferrugineo-cinnabarinis farinaceis, albo-cinctis, catenulis longis parallelis repentibus; conidiis oblongo-cylindricis. 71

Hab. in ligno Juglandis molliore, Hoyerswerda (Preuss).

50. **Oospora crustacea** (Bull.) Sacc. Mich. II, p. 545, Fung. ital. t. 871, *Mucor crustaceus* Bull. Champ. t. 100. *Torula sporendonema* B. et Br., Ann. N. H. n. 462, Grev. n. 1426, *Sporendonema Casei* Desm. Ann. Sc. Nat. XI, p. 246, *Monilia miniata* W. — Cæspitulis orbicularibus, sparsis, velutinis, confluentibus, amœne miniatis, senectute crustæformibus; hyphis sterilibus repentibus ramosque fertiles furcatos producentibus, 120–150 ≃ 10; conidiis cuboideis v. cuboideo-globosis, 6–8 μ. diam., miniato-rubris longe catenulatis denique secedentibus. 72

Hab. in caseo vetusto, in canceribus, piscibus inque tela adhærente putrescentibus, in colla putri in Italia, Gallia, Britannia et Germania.

51. **Oospora ruberrima** Sacc. Mich. II. p. 546, Misc. Myc. II, p. 13, n. 54, F. it. t. 872. — Cæspitulis effusis, minutis, ruberrimis; hyphis sterilibus repentibus, septulatis, sursum catenulas elongatas simplices v. furcatas gerentibus; conidiis initio cuboideis, dein subglobosis, 2,5–3 μ. diam., 1-guttulatis, ruberrimis. 73

Hab. in favis Vespæ udis, Padova Italiæ bor., et in superficie butyri in Algeria (Trabut).

52. **Oospora coccinea** (Corda) Sacc. et Vogl. *Torula coccinea* Corda in Sturm. Fl. cr. t. 40. — Effusa, pulverulenta, coccinea; hyphis decumbentibus, ramosis; conidiis globosis, coccineis, in catenulas, 6-10-sporas digestis, dein secedentibus. 74

Hab. in ligno udo in Bohemia.

53. **Oospora cinnabarina** (Mart.) Sacc. et Vogl. *Torula cinnabarina* Mart. Fl. Erl. p. 357. *Monilia cinnabarina* Spreng., *Lepraria rubens* Ach. — Sessilis, cinnabarina; cæspitulis crassiusculis, pulverulentis; hyphis moniliformibus decumbentibus densis; articulis ovato-subglobosis. 75

Hab. in cortice arborum frondosarum frequens in Germania.

III. Conidia flava, aurantiaca v. fulva.

54. **Oospora sulphurella** Sacc. et Roum. *Oospora sulfurea* Sacc. et Roum. Reliq. mycol. ser. alt. pag. 18, Sacc. Mich. II, p. 637, (nec Preuss). — Effusa, velutina, pallide sulfurea; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus brevissimis erectis, conidia ellipsoidea, 3-4 ≃ 2, catenulata, flava gerentibus. 76

Hab. in corticibus putridis, in Gallia et Italia.

55. **Oospora sulphurea** (Preuss) Sacc. et Vogl. *Torula sulphurea* Preuss Fung. Hoyersw. n. 4. — Cæspitulis effusis, sulphureis, arachnoideis; mycelio ramoso, repente; hyphis basi continuis, supra in catenulas ramosas conidiorum abeuntibus; conidiis ovatis, sulphureis. 77

Hab. in panno putrescente, Hoyerswerda (Preuss).

56. **Oospora vitellina** (Preuss) Sacc. et Vogl. *Torula vitellina* Preuss Fung. Hoyersw. n. 13. — Mycelio tenui limitato, ochraceo-vitellino; hyphis densissimis intricatis, longis ramosis, tum septatis, tum in catenulas conidiorum abeuntibus; conidiis subinæqualibus sphæroideis; episporio hyalino levi, intus nucleo toto repleto. 78

Hab. in cellis, dolia et ligna melle irrorata obtegens, Hoyerswerda (Preuss).

57. **Oospora chrysosperma** (Corda) Sacc. et Vogl. *Torula chrysosperma* Cord. Icon. Fung. p. 8, tab. II, fig. 132, Kickx Fl. cr. Fl. t. 2, p. 299. — Cæspitulis effusis, aureis, arachnoideis; catenulis simplicibus repentibus 6-8-sporis; conidiis exacte sphæricis, aureis, pellucidis. 79

Hab. in Opio male exsiccato in Bohemia et Belgio.

58. **Oospora Fusidium** (Thüm.) Sacc. et Vogl. *Torula Fusidium* Thüm., in Flor. 1877, p. 412. — Foliorum paginam sæpe totam 80

occupans, maculas irregulares, magnas, tenues, non limitatas, pallide flavidas formans; conidiis catenulatis, minimis globosis, sæpe etiam conglutinatis, dilute luteis, 1-1,5 μ. diam., catenulis brevissimis.

Hab. in folio vivo Encephalarti cycadifolii, in monte Boschberg pr. Somerset-East, Promont. bonæ spei (Mac-Owan).

59. **Oospora aurantia** (Cooke) Sacc. et Vogl. *Oidium aurantium* Cooke in Grevillea. — Cæspitulis densis irregularibus, effusis, pallide aurantiacis; hyphasmate repente, ramoso crasso, septato; catenulis simplicibus v. ramosis moniliformibus; conidiis subglobosis v. ellipticis intus granulosis. 81

Hab. in Opio vetusto Burton-on-Trent in Britannia (Edwin Brown).

60. **Oospora equina** (Desm.) Sacc. et Vogl. *Torula equina* Desm., Crypt. de France. 23, Not. p. 4. — Cæspitulis primum minutis pulvinatis, velutinis, rotundatis, dein gregariis, effusis, confluentibus, amœne aurantiacis; mycelio subrepente, ramoso, septato; catenulis longis, ramosis, subdichotomis, suberectis; conidiis inæqualibus, globosis, oblongis vel panduriformibus, albis, hyalinis vel pallide aurantiacis, semi-pellucidis, 5-15 μ. crass.; episporio hyalino, glabro. 82

Hab. in unguibus vetustis et mucidis equorum in Gallia.

61. **Oospora favorum** (B. et Br.) Sacc. et Vogl. *Oidium favorum* B. et Br. in Ann. N. H. n. 762, t. 16, f. 14. — Hyphis erectis septatis; conidiis luteis, brevibus subcylindricis ultimis sphæroideis. 83

Hab. in favis Apum in Britannia.

62. **Oospora microsperma** (B. et Br.) Sacc. et Vogl. *Oidium microspermum* B. et Br., Ann. N. H., 1387. — Cæspitulis regularibus, flavo-ochraceis; hyphis radiantibus, furcatis; conidiis subglobosis 5 μ. crass., catenulatis. 84

Hab. in cortice Abietis in Britannia.

63. **Oospora fulva** (Kunze) Sacc. et Vogl. *Alysidium fulvum* Kunze Myc. Haft. I, p. 11; *Oidium fulvum* (Kunze) Link, *Torula fulva* Corda in Sturm D. C. Fl. III, t. 37. — Cæspitulis densis, primo albo-villosis, dein fulvis; hyphis fertilibus in articulos seu conidia oblongo-fusoidea, utrinque acuta seu apiculata catenulata abeuntibus. 85

Hab. in lignis putrescentibus in Germania, Suecia, Britannia, Belgio et America bor. — «An cum *Monilia aurea* comparanda species?»

64. **Oospora similis** (Berk.) Sacc. *Oidium simile* Berk. in Hook. Lond. Journ. 1845, p. 310, t. XII, fig. 4. — Effusa, submembranacea, fulva; hyphis ramosiusculis; articulis ultimis subglobosis. 86

Hab. in lignis et corticibus putridis Pini etc. in Ceylon, Cuba, Ohio, Poughkeepsie Amer. bor. — Affinis *Oosporæ fulvæ*

65. **Oospora pulvinata** (B. et C.) Sacc. et Vogl. *Oidium pulvinatum* B. et C. North Amer. Fungi n. 678. — Pulvinata, pallide gilva; conidiis magnis ellipticis vel appendiculo addito limoniformibus; sporophoris brevibus 1-septatis. 87

Hab. in truncis et lignis putridis in America boreali. — «An. *Moniliæ aureæ* affinis?»

66. **Oospora gilva** (B. et Br.) Sacc. et Vogl. *Oidium gilvum* B. et Br. F. Ceyl. n. 895. — Placentiformis, gilva; hyphis tenuibus moniliformibus; conidiis obovatis e sporophoro tenui moniliformiter oriundis. 88

Hab. in ramis in insula Ceylon merid. — Primo intuitu *Hypocream* fere imitatur; sæpe conferta, lineam v. amplius crassa, satis compacta. — «An affinis *Moniliæ aureæ*?»

67. **Oospora ochracea** (Cord.) Sacc. et Vogl. *Torula ochracea* Cord. Icon. Fung. IV, p. 24, t. VI, fig. 77. — Cæspitulis rotundatis, subpulvinatis, gregariis ochraceis, dein fuscescentibus; mycelio tenuissimo floccoso; hyphis nanis simplicibus, rarius ramosis albis continuis; catenulis abbreviatis; conidiis globosis, minutis subæqualibus, primum luteolis, dein ochraceis, 35 μ. crass.; medio nucleo rotundo, minuto obscuro. 89

Hab. in succo concreto (*roob*) Sambuci nigræ in Bohemia.

IV. Conidia virescentia v. subolivacea.

68. **Oospora virescens** (Link) Wallr. Fl. Crypt. n. 1577, Sacc. Fung. it. t. 877, *Torula virescens* (Link) Sacc. Fung. ven. nov. v. crit. V, p. 190. *Oidium virescens* Link Sp. I, p. 124. — Cæspitulis densis plerumque rotundatis, virescentibus; hyphis sterilibus, repentibus, fertilibus simplicibus v. subramosis superne attenuatis; conidiis ovoideo-oblongis, 6–7 ≃ 2,5–3, viridulis, catenulas longas efformantibus. 90

Hab. in foliis dejectis Alni glutinosæ, Piri communis, in radicibus putridis Betæ vulgaris et in sarmentis emortuis Vitis viniferæ, in Germania, Italia bor., Belgio et Gallia.

69. **Oospora viridescens** (Bon.) Sacc. et Vogl. *Torula viridescens* Bon., Bot. Zeitung 1861, p. 195. — Cæspitulis pulvinatis, parvis 91

(sub lente granulosis), primum læte luteis, dein viridescentibus; conidiis concatenulatis globosis, minimis, pellucidis; mycelio ramoso haud septato.

Hab. in foliis deciduis in Guestphalia.

70. **Oospora macrotricha** (Cord.) Sacc. et Vogl. *Torula macrotricha* Corda, Icon. Fung. I, p. 8, t. II, fig. 135. — Cæspitulis effusis amœne viridibus, farinaceis; hyphis lineam fere longis, flaccidis, erectis dein declinatis, simplicissimis; conidiis oblongis, subacutis, plicatis, pellucidis, viridibus. 92

Hab. in foliis putridis Pandani prope Reichenberg et ad Pfanen-Insel prope Potsdam.

71. **Oospora insularis** (Thüm.) Sacc. et Vogl. *Torula insularis* Thüm. Fung. Am. trig. spec. p. 6. — Cæspitulis late effusis, hypophyllis, irregularibus, indeterminatis, laxis, subvirescenti-griseis, pulveraceis, sæpe confluentibus vel paginam inferiorem plus minus totam occupantibus; conidiis concatenulatis vel etiam raro conglobatis, plus minus globosis, levibus, enucleatis, dilute brunneis, 3-4 μ. diam. 93

Hab. in foliis languidis et aridis Quercus cinereæ, in Carolina austr. (Ravenel).

72. **Oospora pallida** (B. et Br.) Sacc. et Vogl. *Torula pallida* B. et Br. in Grevillea. — Late effusa, olivacea; hyphis pallidis, brevibus ramosis; conidiis brevioribus quam latis. 94

Hab. in ramis emortuis Hydrangeæ et Citri, Charleston in Car. inf. (Ravenel).

73. **Oospora ellipsospora** (Cord.) Sacc. et Vogl. *Torula ellipsospora* Corda, Icon. Fung. I, p. 8, t. II, fig. 134. — Cæspitulis oblongis olivaceis; hyphis suberectis; conidiis ellipticis, olivaceis, semipellucidis, nucleum obscuriorem referentibus, 6-7 μ. crass. 95

Hab. in ligno Pini prope Reichenberg Bohemiæ.

74. **Oospora pulveracea** (Cord.) Sacc. et Vogl. *Torula pulveracea* Cord. Icon. Fung. II, p. 8, t. IX, fig. 38. — Cæspitulis olivaceo-atris, oblongis, parallelis, crassis, decolorantibus, stromate spurio, atro; catenulis conidiorum ramosis; conidiis oblongo-ovatis olivaceo-viridibus, glabris, intus guttulis farctis, 12 μ. crassis. 96

Hab. in ramis decorticatis Aceris platanoidis pr. Brezina.

75. **Oospora curta** (Cord). Sacc. et Vogl. *Torula curta* Cord. Icon. Fung. VI, p. 5, t. I, fig. 20. — Cæspitulis tenuibus, latis, effusis, indeterminatis, olivaceis; hyphis erectis, curtis, subæqualibus, basi olivaceo-viridibus supra albis; conidiis subglobosis 6, 4 μ. crass. 97

Hab. in ligno putrescente quercino pr. Prag Bohemiæ.

V. Conidia glauca v. grisea

76. **Oospora glauca** (Pr.) Sacc. F. it. 882, *Torula glauca* Pr. Fung. Hoyersw. n. 16, Sacc. Fung. ven. nov. v. crit. V, p. 190, Sturm. D. crypt. Fl. III, 29. p. 63, t. 32. — Cæspitulis olivaceis late expansis, crassis, interne obscurioribus: catenulis conidiorum plus minusve intricatis erectis simplicibus; conidiis ovatis, utrinque truncato-subapiculatis, glauco-virentibus, 8-9 ≃ 4,5-5. 98

Hab. in Hypoxylo fusco et ligno Alni prope Hoyerswerda (Preuss), in disco trunculi quercini cæsi, Colfosco Italiæ bor.

77. **Oospora cyanescens** (Kalchbr.) Sacc. et Vogl. *Torula cyanescens* Kalchbrenner Gombak. p. 296. — Conidiis e hyalino-griseis, sphæroideis, in catenulas erectas, breves, moniliformes plerumque simplices, 3-10 compaginatis: hyphis..... non visis. 99

Hab. in Usnea barbata in Hungaria.

78. **Oospora cinerea** (Bon.) Sacc. et Vogl. *Alysidium cinereum* Bon. Handb. Myk. fig. 18. — Cæspitulis griseo-murinis; catenulis adscendentibus, cir. $^1/_2$ mm. alt.; conidiis oblongis, utrinque acutiusculis cinereis. 100

Hab. in foliis putridis Dahliæ in Bohemia.

79. **Oospora abortifaciens** (Berk.) Sacc. et Vogl. *Oidium abortifaciens* Kickx 2, p. 298, Lamb. Flor. Mycol. III. p. 245, Kickx t. 2, p. 298, Ann. N. H. n. 545. — Cæspitulis minimis effusis: hyphis fertilibus, erectis, simplicibus, tenuissimis; conidiis ellipticis obtusis, griseis in pulverem griseo-atrum secedentibus. 101

Hab. in parte superiore ovarii Graminacearum nec non Lychnidis silvestris in Gallia, Britannia, Belgio. — «An forma in Lychnide eadem sit ac illa in Gramineis, dubitandum».

FUSIDIUM Link Berl. Mag. 1809, III. p. 8 et Spec. pl. II, pag. 96, em. Sacc. Mich. II, p. 14 (Etym. *fusus* ob formam conidiorum). — Hyphæ breves, simplices, a conidiis parum diversæ. Conidia concatenata, fusiformia, utrinque acutata. hyalina v. læte colorata. — Meo sensu est *Oospora* conidiis fusiformibus, sed permultæ species imperfecte descriptæ vix forte huc pertinent.

1. Species genuinæ.

1. **Fusidium carneolum** Sacc. Mich. I, p. 81, F. it. t. 37 (sub *Cylindrio*). — Late effusum, amœne carneum, cito evanidum; hyphis assurgentibus subcylindraceis, sursum attenuatis, 20-30 ≃ 3; conidiis ex hypharum apice oriundis in catenulas longas digestis, cy- 102

lindraceo-fusoideis, 8 ≈ 2, rectis v. raro inæquilateralibus, utrinque obtuse attenuatis, 2-guttulatis, hyalino-roseis.

Hab. in ramulis Salicis vitellinæ udis in calidariis Horti botanici Patavini.

2. **Fusidium viride** Grove in litt. et in Journ. of Bot. 1885, p. 164, t. 257, f. 2. — Mycelio albo, tenuiter effuso; conidiorum catenulis longis, varie intertextis; conidiis exacte fusiformibus, rectis, utrinque acutis, pallide viridulis, 10 ≈ 3. 103

Hab. in caulibus Umbelliferarum, e. g. Heraclei emortuis, maculas ellipticas amœne saturato-virides (confervoideas) efformans, Bradnocks Marsh Britanniæ.

3. **Fusidium pallidum** (Thüm.) Sacc. *Cylindrium pallidum* Thüm. Fung. Amer. n. 25. — Acervulis hypophyllis, sparsis, minutis, pulveraceis, detergibilibus, pallide flavis, laxis; conidiis catenulatis, variis, subglobosis, cymbæformibus vel elliptico-cylindraceis, medio cum nucleo maximo, sæpe utrinque acutatis sed etiam sæpe obtusis, achrois, 8-10 ≈ 5-6; catenulis brevibus, bi-sexsporis. 104

Hab. ad folia arida Quercus stellatæ (*Q. obtusilobæ* Mchx.) Aiken Carol. Austr. (H. W. Ravenel).

2. Species minus certæ

*) In Dicotyledoneis

÷ In foliis plantarum lignosarum.

4. **Fusidium griseum** Link Obs. I, p. 6, Sturm D. C. F. t. 17. — Mycelio tenerrimo evanescente; conidiis rectis fusiformibus tenuissimis utrinque attenuatis pellucidis, in strata tenera grisea late diffusis. 105

Hab. ad folia Quercuum et Fagorum nostratium arida passim in Germania, Gallia, Britannia, Belgio, Amer. bor. — «An diversum a *Cylindrio griseo* Bon.?».

5. **Fusidium anceps** Fürnr. Flora 1854, p. 206. — Acervulis hypophyllis minutis maculæ flavescenti insidentibus; conidiis ovatis v. ovato-fusoideis, hyalinis, 8-9 μ. longis. 106

Hab. in foliis quercinis vivis in Germania. — «Verisimiliter *Microstroma album*».

6. **Fusidium tenuissimum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2992. — Acervis tenuissimis late effusis, griseis aut cinereis; conidiis fusiformibus, cinereis, minutissimis, non septatis. 107

Hab. passim in foliis deciduis quercinis, Bethlehem Amer. bor. — Folia quasi pruina tenuissima afflata sese ostendunt.

7. **Fusidium verrucosum** Fl. Alg., I, p. 350, Mont. Syll. Crypt. n. 1093. — Hypophyllum; maculis thelephoroideis carneis; conidiis ex ovoideo fusiformibus arcte agglutinatis, hyalinis, episporio verrucoso. 108

Hab. in pagina inferiore folii Arbuti prope Alger (Durieu).

8. **Fusidium squamicolum** B. et Br. F. of Ceyl. n. 877. — Luteum; hyphis erectis ramosis; conidiis oblongis brevibus, 5-8, μ. longis. 109

Hab. in squamis (foliis) Clerodendri, Ceylon. — Status morbosus squamarum videretur.

9. **Fusidium Cratævæ** B. et Br. Fung. Ceyl. n. 880. — Niveum, minutum; floccis brevibus nodulosis; conidiis clavæformibus basi attenuatis, 50 μ. longis. 110

Hab. in foliis Cratævæ Roxburghii, Peradeniya Ceyl. — «An *Heliscus*?».

10. **Fusidium pirinum** Corda Ic. fung. I, p. 3, fig. 53. — Cæspitulis effusis, magnis, tenuibus, olivaceis; conidiis fusiformibus, utrinque acutis olivaceis, semipellucidis. 111

Hab. in foliis vivis Piri in horto Canalensi prop. Pragam. — «An forma *Fusicladii*?».

++ In ramis, lignis, radicibus, fructibus arborum.

11. **Fusidium persicinum** Fuck. Symb. p. 371. — Cæspitulis parvis, convexis, persicinis; conidiis simplicibus, ovatis, 3 ≃ 1, hyalinis. 112

Hab. in ramulis siccis Abietis excelsæ ad cicatrices foliorum pr. Mappen Germaniæ. — «An hujus generis? An potius *Chromosporium*?».

12. **Fusidium candidum** Link Obs. I, p. 6, Fuck. Symb. p. 370. — Conidiis compactis fusiformibus albis, in strata demum confluentia digestis. 113

Hab. ad ramulos emortuos Fagi silvaticæ, agri rostoch. (Link), berolin. (Ehrenberg), in radice defossa Fraxini in Belgio (Westendorp), in foliis Quercus Roboris pr. Œstrich (Fuckel).

13. **Fusidium Bonordeni** Sacc. *Oidium candidum* Bon. Handb p. 72, fig. 82. — Catenis subfasciculatis, longiusculis; conidiis fusiformibus hyalinis; sporophoris fusiformibus conidio paulo longioribus, e mycelio radiculoso oriundis. 114

Hab. in fructibus (?) in Germania. — «An idem ac *Monilia fructigena* var. *candida*?»

14. **Fusidium epidermidis** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2993. — Acer- 115

vis majusculis, subdeterminatim orbiculatis, confluentibus, candido-lacteis, demum pallescentibus; conidiis compactis fusiformibus.

Hab. rarius in epidermide glabra ramorum, Bethlehem Americæ borealis.

15. **Fusidium curvatum** Preuss F. Hoyersw. n. 1. — Cæspitulis effusis, minutis, albis; conidiis curvatis utrinque obtusis, cylindricis, albis. 116

Hab. in lignis subputridis, Hoyerswerda.

16. **Fusidium fasciculatum** B. et Br. F. of Ceyl. n. 879. — Album, erectum; floccis fasciculatis sæpe connatis; conidiis oblongis, 15 μ. longis. 117

Hab. in corticibus, Ceylon. — Efficit cæspitulos minutos, sparsos, albos.

17. **Fusidium stilbophilum** Corda Ic. fung. II, p. 1, fig. 6. — Cæspitulis subeffusis, tenuissimis, vix conspicuis, albidis; conidiis longissimis laxis, utrinque acutis, hyalinis, intus guttulis repletis. 118

Hab. in glandibus socio *Stilbo vulgari*, Tuchomeric Bohemiæ.

††† In caulibus, tuberibus et fructibus herbarum.

18. **Fusidium hypophleoides** Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 50. — Effusum pallide incarnatum, tenuissimum, epidermide tectum; conidiis fusiformibus acutis diaphanis albis. 119

Hab. in caulibus exsic. Umbelliferarum in Bohemia.

19. **Fusidium lycotropum** Pr. F. Hoyersw. n. 2, Sturm. D. C. Fl. t. 29. — Cæspitulis effusis tenuissimis albidis; conidiis fusoideis arcuatis albidis, hyalinis, quadriguttatis. 120

Hab. in caulibus exsiccatis dejectis Malvæ Alceæ, Hoyerswerda. — «Vix hujus generis».

20. **Fusidium pulvinatum** B. et Br. F. of Ceyl. n. 878. — Candidum, pulvinatum; conidiis cylindricis, 6 μ. longis. 121

Hab. in caulibus emortuis herbarum, Ceylon. — «An *Cylindrium?*».

21. **Fusidium sulphureum** (Schl.) Link Sp. pl. II, p. 98, *Fusarium sulphureum* Schlecht. Berol. II, p. 139. — Conidiis parvis fusiformibus curvatis crassiusculis, ad strata demum effusa congestis. 122

Hab. ad tubera putrescentia Solani effossa in Germania (Schlecht., Fuckel).

22. **Fusidium hysteriiforme** West. IV. Not. Crypt. Belg. p. 14. — Cæspitulis irregularibus, elongatis, sparsis v. confluentibus, albidis, nitidulis, subbullosis, epidermidem findentibus, farinaceis; conidiis 123

copiosis, hyalinis, ovoideis, ovoideo-oblongis v. subcylindraceis, subinde medio 1-septatis, 5-20 ≍ 3-5.

Hab. in cortice fructus Cucumeris Melonis, Gand. — « In speciminibus visis (West. Exs. n. 1299) cæspituli adsunt albi oblongi, pulveracei; conidia ovoidea 4 ≍ 2.5-3, hyalina (catenulata?). — « An *Oosporæ* species? ».

⁂ In foliis herbarum.

23. **Fusidium Petasitidis** Pass. in Myc. un. n. 1473. — Hypophyllum, plus minus effusum, albidum, flocculoso-pulverulentum; conidiis longitudine varia, oblongo-ellipticis vel bacillaribus, integris, hyalinis. 124

Hab. ad folia viva Petasitidis officinalis socia *Coleosporii Petasitidis*, Gajone pr. Parma Ital. bor. (Passerini). — « An *Ramularia Coleosporii* Sacc.? ».

24. **Fusidium (?) Asteris** Plowr. et Phill. in Grevillea. — Conidiis e foliis emergentibus cæspitulosque formantibus; cæspitulis centro continuis, ambitu interruptis; conidiis cylindraceis, 25 μ. longis, filis mycelicis intermixtis. 125

Hab. in utraque pagina foliorum languidorum Asteris Tripolii, Kings Lynn Britanniæ.

25. **Fusidium coccineum** Fuck. Symb. p. 370. — Cæspitulis minimis, granuliformibus, coccineis, in macula primo purpurea, dein exarida; conidiis elongatis, utrinque acutis, magnitudine varia, diaphanis, carneis. 126

Hab. in foliis viventibus Veronicæ officinalis, rarius pr. Œstrich et Budenheim Germaniæ.

26. **Fusidium punctiforme** Schlecht. in Bot. Zeit. 1852, p. 617. — Cæspitulis hypophyllis, punctiformibus, brunneolis maculas arescentes incolentibus, hyphis fasciculatis, cylindraceis, hyalinis, apice obtusis in conidia minuta cylindrica utrinque obtusa dilabentibus. 127

Hab. in foliis inferioribus Epilobii montani subvivis pr. Halle Germaniæ. — « An *Ramularia?* ».

27. **Fusidium pulveraceum** Speg. Fung. Arg. II, 39. — Maculis nullis; pulvinulis hypophyllis, nubiloso-pulverulentis, candidis, indeterminatis, 1-3 mill. diam.; conidiis cylindraceis vel rarius cylindraceo-fusoideis, utrinque acutiuscule rotundatis, continuis vel medio uniseptatis, 10-20 ≍ 2½-3, hyalinis, granulosis. 128

Hab. ad folia viva Polygoni acuminati in paludosis secus Rio de la Plata Argentinæ.

28. **Fusidium inæquale** Auersw. Fl. 1850, p. 283. — Conidiis roseis, hyalinis polymorphis (oblongis, fusiformibus et linearibus) 1-5-septatis vel integris utrinque rotundatis, 7,5-18 μ. longis. 129

Hab. . . . . . in Germania. — «An *Ramularia*?».

** In Monocotyledoneis.

29. **Fusidium granulatum** Fuck. Symb. myc. pag. 37. — Cæspitulis sparsis, granuliformibus, globosis, punctiformibus, roseis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, vix curvatis, 6 ≃ 1, hyalinis. 130

Hab. in foliis putridis Luzulæ maximæ, raro pr. Œstrich

30. **Fusidium Arundinis** Preuss F. Hoyersw. n. 1. Sturm. D. Fl. III. t. 2. — Cæspitulis sparsis, cinereis, subcircularibus, punctulatis; conidiis elongatis utrinque obtusis albis diaphanis, variæ magnitudinis, rectis. 131

Hab. in foliis Arundinis Phragmitis prope Hoyerswerda. 132

31. **Fusidium donacinum** Thüm. F. Litor. n. 270. — Cæspitulis parvis sed confluendo late effusis, albido-argillaceis, laxis, mollibus, pulvinatis; conidiis fusoideis, utrinque angustato-acutatis, rectis vel arcuatulis, continuis, enucleatis, numerosissimis, hyalinis, 10-17 ≃ 3.

Hab. in pagina inferiore et raro etiam superiore culmorum putridorum Arundinis Donacis, Parenzo Istriæ. — «An idem ac *Fusidium Arundinis* Pr.?».

*** In Acotyledoneis imprimis in Fungis.

32. **Fusidium rhodospermum** Corda Ic. fung. II, p. 1, t. VIII, fig. 8. — Cæspitulis minutis, roseis; conidiis oblongis, obtusis, nucleo luteolo, 6,4 μ. longis. 133

Hab. in hyphis Helminthosporii macrocarpi in ramis Coryli pr. Pragam.

33. **Fusidium aureum** Link Obs. I, p. 6 et Sp. pl. II, p. 97. — Conidiis fusiformibus aurantiacis, ad strata angusta digestis. 134

Hab. ad fungos putrescentes in agro Rostock Germaniæ (Link). — «An *Fusarium*?».

34. **Fusidium Septonematis** Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 48. — Conidiis quadrangulis, fusiformibus, acutis, albis, guttulis oleosis farctis, 46-47 μ. longis. 135

Hab. in foliis Septonematis secedentis in Bohemia pr. Hammerstein.

35. **Fusidium Haplotrichi** Corda Ic. fung. I, pag. I, fig. 49. — Coni- 136

diis gregariis, aureis, magnis, elongatis, utrinque rotundatis et inæqualibus.

Hab. in Polyactide olivacea et Haplotricho Berolini Germaniæ.

36. **Fusidium Hormiscii** Corda Ic. fung. I, fig. 47. — Minutissimum; conidiis effusis, elongatis, fere cylindricis, utrinque rotundatis, albis, diaphanis, guttulis oleosis farctis. 137

Hab. in floccis Hormiscii alti prope Reichenberg Bohemiæ.

37. **Fusidium Sphæriæ-chioneæ** Corda Ic. fung. II, pag. 2, tab. VIII, fig. 7. — Cæspitulis polymorphis, lente vix conspicuis, albido-glaucis; conidiis cylindricis, rectis utrinque obtusis, albis, hyalinis, punctulatis, 5,6-7,8 μ. longis. 138

Hab. in indumento peritheciorum Melanosporæ chioneæ in Suecia (E. Fries). — «An *Cylindrium?*».

38. **Fusidium botryoideum** Corda Ic. fung. I, pag. 3, fig. 46 et III, p. 3, fig. 7. — Cæspitulis cinereo-albis, verticaliter cylindraceis, flexuosis basi fasciculatis; conidiis ovato-oblongis pellucidis albis, 4,5 μ. longis, concatenatis. 139

Hab. in pilis Sphæriacearum in Cœlosphæriæ exilis pilis sterilibus nec non in pilis Helminthosporii, Doratomycetis etc.. — Forma prorsus distincta et sui generis, *Isariis* potius subaffinis.

39. **Fusidium expansum** (Schlecht.) Link Sp. pl. II, p. 98. *Fusarium expansum* Schlecht. Berol. II, p. 139. — Conidiis cylindricis, incurvis, aurantiacis, majusculis, effusis. 140

Hab. ad ramos obsidentes Stilbosporas in agro Berolinensi frequens (Schlechtendal). — «An revera *Fusarium?*».

40. **Fusidium Pteridis** Kalchbr. Bot. Zeit. 1861, p. 296. — Conidiis cylindricis rectis v. leniter curvis, utrinque vix attenuatis, obtusis, hyalinis, gelatinæ tenuis pellucidæ instar, inferiorem foliorum paginam occupantibus. 141

Hab. in pag. inf. foliorum Pteridis aquilinæ in Hungaria.

41. **Fusidium parasiticum** West. Bull. Ac. Brux. 1851, pag. 412. — Cæspitulis initio gelatinosis, dein subpulveraceis, candidis; conidiis perexiguis, copiosis, cylindraceo-fusiformibus, hyalinis, 20 = 5. 142

Hab. in apice stromatis sterilis Xylariæ cornutæ in Belgio.

MONILIA Pers. emend. Sacc. Mich. II, p. 17 nec Fr. (Etym. *monile*, ob conidia moniliformiter juncta). — Hyphæ erectæ vage ramosæ, sæpe cæspitulos densos efficientes, rarius effusæ, hinc inde den-

ticulos sporophoros exserentes. Conidia majuscula in catenulas initio digesta. — Huc forte ducendæ nonnullæ *Oosporæ* species hucusque imperfecte exploratæ.

1. **Monilia candida** Bon. Handb. p. 76, fig. 86, Sacc. F. ital. t. 851. — Cæspitulis lanosis, albis, hyphis septatis ramosis; conidiis catenulatis ovalibus subglobosis v. sæpius limoniiformibus, 6–7 ≃ 5, hyalinis. 143

   Hab. in ligno putrido in Germania et Italia.

2. **Monilia candicans** Sacc. Fung. ven. novi vel crit. n. 246, F. ital. t. 57. — Cæspitulis floccosis, e flavido candicantibus; hyphis sterilibus reptantibus, fertilibus assurgentibus remote articulatis, superne vage ramulosis, hyalinis; conidiis, catenulatis, e ramulis per sterigmata brevissima oriundis, limoniiformibus, 15 ≃ 9–10, subhyalinis, dilutissime flavidis. 144

   Hab. in truncis cariosis, putribus, Selva, Treviso Ital. bor.

3. **Monilia fumosa** Sacc. Mich. II, p. 544, F. it. t. 852. — Cæspitulis effusis, gossypinis, sordide fuscis; hyphis fertilibus assurgentibus bis furcatis, septulatis, 14 μ. diam., fumosis; conidiis ovato-limoniiformibus, 7–8 ≃ 6, basilaribus subtrigonis e hyalino fumosis catenulatis. 145

   Hab. in cortice putri et udo Robiniæ, Selva, Treviso Italiæ borealis.

4. **Monilia stricta** Preuss Fung. Hoyersw. n. 125. — Cæspitulis effusis cinereis, vix conspicuis; hypha primaria æquabili, subimpellucida, basi dilatata, atrofusca, supra pallida, septata, erecta, catenifera; catenulis subquinis dilatatis, in conidia cylindrica, alba pellucida dilabentibus. 146

   Hab. in foliis dejectis putridis Pini in nemoribus umbrosis, Pinka, Hoyerswerda.

5. **Monilia salebrosa** Preuss Fung. Hoyersw. n. 126. — Cæspitulis effusis, cinereis, vix conspicuis; hypha primaria salebrosa fusca, supra pallida, septata, erecta, catenifera; ramulis dilatatis in conidia cylindrica, cylindrico-obovata vel alba pellucida dilabentibus. 147

   Hab. in lignis putridis prope Hoyerswerda (Preuss).

6. **Monilia diffusa** Ellis et Ev. Journ. Myc. I, p. 44. — Effusa, tenuis, ferruginea; hyphis obsoletis in catenulas, 6–10-sporas, ramosas abeuntibus; conidiis acute ellipsoideis, fuscidulis, 7–10 ≃ 3–4, isthmo brevi, hyalino catenulatim connexis. 148

   Hab. in ligno putri, White Mountains Amer. bor. (Miss S. Minns).

7. **Monilia aurea** (Link) Gmel. Syst Nat. *Oidium aureum* Link Obs. I, p. 16, *Torula aurea* Corda Ic. f. 56, *Monilia hesperidica* Sacc. Mich. I, p. 86, Fung. it. t. 58. — Cæspitulis compactis, pulvinatis, ochraceo-flavis; hyphis adscendentibus, vage parce ramosis, septatis, 7-8 μ. crassis, apice v. prope apicem spinulosis; conidiis e spinulis oriundis limoniiformibus, h. e. utrinque apiculatis, 20 ≃ 12, paucis catenulatis, eguttulatis, flavis. 149

Hab. in ligno et cortice putri Quercus, Cerasi, Mali, Fraxini etc. et muscis putrescentibus in Britannia, Gallia, Italia, Germania, Belgio.

8. **Monilia platensis** Speg. Fung. Arg. Pug. II, p. 43. — Cæspitulis ellipticis vel orbicularibus, confluendo difformibus, prominulis 1-5 mm. diam., ochraceo-flavis, margine albicante ornatis; hyphis repentibus parce septulatis, hyalinis; conidiis ellipticis, utrinque obtusis, protoplasmate flavo-aurantiaco repletis, 15 ≃ 10, hyalinis. 150

Hab. in ligno salicino putri, a la Boca del Riachuelo Argentinæ. — *Moniliæ aureæ* affinis, sed conidiis utrinque rotundatis minoribusque recedit.

9. **Monilia Harknessi** Peck 34 Rep. N. Mus. 49. — Hyphis cæspitosis exiguis, brunneolis in conidia ellipsoidea v. limoniiformia, 6-10 ≃ 5, abeuntibus. 151

Hab. in lignis putridis Helderberg Mountains Amer. bor.

10. **Monilia megalospora** (B. et C.) Sacc. *Oidium megalosporum*, B. et C. Cub. Fungi n. 648. — Cæspitulis pulvinatis melleis, articulis ellipticis subglobosisque maximis, levibus, tritunicatis, 50-70 μ. long., nonnullis intermediis isthmo tereti connexis. 152

Hab. in corticibus putridis in Cuba, Polyporo quodam in Alabama, et in lignis cariosis, Buffalo Amer. bor. — « An *Coccosporæ* affinis species? ».

11. **Monilia aureo-fulva** C. et E. in Grevillea. — Læte aurantio-rubra, subeffusa, margine pallidiore; hyphis sparse ramosis, intricatis, septatis; conidiis apicalibus, amygdaliformibus, demum ovalibus, aurantiacis, primo paucis concatenatis, dein liberis, 25 ≃ 20. 153

Hab. in ligno quercino vetusto, New Jersey Amer. bor. — Affinis *Moniliæ aureæ*, sed magis effusa et color diversus; conidia e constrictione hypharum apicis formantur.

12. **Monilia viridi-flava** C. et Harkn. in Grevillea 1881, p. 129. — Cæspitulis hemisphæricis, viridi-flavis; hyphis repentibus, laxe ramosis, ramulis assurgentibus, hyalinis; conidiis catenulatis globosis hyalinis, 3-4 μ. diam., ex apice ramulorum. 154

Hab. in foliis emortuis Eucalypti in California. — Cæspituli 1-2 mm. lati dein confluentes.

13. **Monilia Linhartiana** Sacc. in Linhart Fung. Hungar. n. 198 cum icone. — Cæspitulis cinereo-albis, confertis, hypha hyalina, brevi, 1-3-cellulari, catenulas conidiorum 1-4 simplices vel dichotome ramosas apice gerente; conidiis hyalinis, globosis, interdum irregulariter rotundis, sæpe citriformibus, 12-18 ≃ 8-15. 155

Hab. in teneris ramis et foliis adhuc viventibus Pruni Padi ad Magyar-Ovarinum Comitatus Mosoniensis.

14. **Monilia Peckiana** Sacc. et Vogl. — Effusa, albida, velutina; hyphis ovato-clavatis subfasciculatis, subinde sursum parce colliculosis, 18-21 μ. cr.; catenulis conidiorum simplicibus v. parce ramosis brevibus; conidiis globoso-limoniiformibus granulosis sordide hyalinis, 18-25 ≃ 15-24. 156

Hab. in petiolis Vaccinii pensylvanici, quos enecat una cum foliis, Adirondack mountains Am. bor. (Peck). — Aff. *M. Linhartianæ* Sacc. a qua conidiis multo majoribus et catenis brevioribus et sæpe simplicibus differt. — Var. **angustior** Sacc.: conidiis angustioribus, 14-18 ≃ 10. In fructibus immaturis Pruni virginianæ Albany Americæ borealis (Peck).

15. **Monilia fructigena** Pers. Syn. p. 693, Sacc. F. it. tab. 848, *Oidium fructigenum* Link, *Torula fructigena* Pers. — Cæspitulis compactiusculis, pulvinatis, sæpe circinantibus confluentibusque, tomentosis, albidis dein carneo-ochraceis; hyphis fasciculatis breve ramosis; conidiis longe ramoso-catenulatis, ovoideis v. oblongis 25 ≃ 10-12 e hyalino carneolis. 157

Hab. in fructibus Piri, Mali, Persicæ, Armeniacæ in Germania, Gallia, Italia, Britannia, Belgio, Austria, America bor. — Var. **syconophila**. Cfr. Rabenh. Flora 1850, p. 632: conidiis acutioribus; cæspitulis subaurantiacis. In fructibus Fici siccis Casamicciola Ital. austr. — Var. **candida** Wallr. (sub *Oospora*): cæspitulis candidis. Ad poma sub dio putrescentia in Thuringia. «An hæc var. mera typi forma junior? — *Sporotrichum fructigenum* Link videtur quoque status infans».

16. **Monilia cinerea** Bon. Handb. p. 76, fig. 78, Sacc. F. it. t. 847. — Cæspitulis minutis, cinereis compactiusculis; hyphis cinereis ramulosis septatis; conidiis irregulare ellipsoideis v. sæpius limoniiformibus, 15-17 ≃ 10-12, e cinereo hyalinis, longe concatenatis. 158

Hab. in fructibus putrescentibus Pruni Cerasi in Germania et Italia.

17. **Monilia laxa** (Wallr.) Sacc. et Vogl., *Oospora laxa* Wallr. Flor. 159
Crypt. n. 1574, *Oidium laxum* Ehrenb. sylv. p. 10. 22, Link Sp. I, p. 323, *Acrosporium laxum* Pers. myc. I, p. 25. — Conidiis catenulatis, erectiusculis, divergenti-ramosis, dense aggregatis, griseis in articulos (conidia), singulos, ovales secedentibus.

Hab. in fructibus putridis Pruni Armeniacæ, in Germania (Ehrenberg). — « An diversa a *M. cinerea* Bon.? ».

18. **Monilia sitophila** (Mont.) Sacc., in Mich. II, p. 359, F. ital. t. 850, 160
Penicillium sitophilum Mont. Cent. IV, n. 99, t. 16, fig. 4, et Syll., p. 301, *Oidium aurantiacum* Lév. ex Mont. — Cæspitulis effusis amœne roseo-aurantiacis; hypha primaria ex mycelio repente assurgente, 120-130 ≍ 12, parce septato-constricta, sursum in ramos bis dichotomos divisa; ramis ramulisque crassiusculis, crebre septatis et facile secedentibus; conidiis acrogenis, breve catenulatis, globosis 10-12 μ. diam., basi distincte apiculatis indeque isthmico-conjunctis.

Hab. in medulla panis corrupti nec non in Tritico acervato in similagine Paris et Lyon in Gallia.

19. **Monilia Martinii** Ell. et Sacc. Mich. II. p. 379. — Cæspitulosa 161
v. effusa pallide lateritia, bombycina; hyphis sterilibus repentibus parcis, septulatis, fertilibus assurgentibus cylindraceis, 12-14 μ. cr., septatis sursum bis dichotome ramosis; conidiis ex ramorum apice oriundis, longiuscule et contigue concatenatis sed mox secedentibus, e globoso subcuboideis, 12-14 μ. diam., pallide rubescentibus, eguttulatis, levibus.

Hab. in rachide putrescente Zeæ Maydis, Florida Amer. bor. (Doct. G. Martin). — Procul dubio *Monilæ sitophilæ* (Mont.) Sacc. affinis: differt vero conidiis utrinque obtusis nec basi distincte apiculatis aliterque coloratis.

20. **Monilia mycophila** Sacc., *Monilia candida* Peck 25, Rep. fig. 106 162
nec Bonord. — Hyphis sparsis, erectis, simplicibus, septatis, pellucidis; conidiorum capitulis compactiusculis, subglobosis, albis; conidiis subglobosis, 6,5-7,5 μ. diam.

Hab. in fungis putridis Forestburgh Amer. bor.

21. **Monilia racemosa** Pers. Syn. fung. p. 692, *Mucor cæspitosus* 163
Bolt., Fung. t. 132, fig. 2, *Monilia cæspitosa* Purt. — Hyphis cæspitosis, racemose ramosis; catenulis conidiorum lateralibus et terminalibus, ternatis; conidiis (ex icone) globulosis.

Hab. in substantiis putrescentibus in Britannia, Germania et Italia. — « An *Spicariæ* species? ».

22. **Monilia Payenii** Sacc., *Monilia racemosa* Mont. Pl. Cell. nouv. Cent. VIII, p. 301, vix Pers. — Hyphis sterilibus leptomitiformibus immersis, contextis, candidis, fertilibus emersis, cæspitosis septatis intricatis, racemoso-ramosis, ramis apice tri-quinque-fidis, acuminatis totidem catenas conidiorum, terminales sustinentibus; conidiis hyalinis, sphæroideis 3,5 μ. diam. 164

Hab. in lagena aquæ distillatæ stricte occlusæ, diu servatæ, in qua Betæ vulgaris ofellæ maceratæ fuerant, in Gallia (Payen). — Rami alterni, 80-100 ≃ 2-3, ramulus terminalis longior, 150 μ.

23. **Monilia globosa** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2759. — Cæspitulis globosis, sparsis, nigris, compositis ex hyphis atro-fuligineis irregulariter aggregatis nec radiantibus; articulis globosis in quos demum soluta atro inquinat. 165

Hab. rarius in cortice juniorum ramorum Populi italicæ Bethlehem Amer. bor. — Species hæc et sequens videntur dematieæ, hinc non hujus loci et potius *Torulæ*.

24. **Monilia punctans** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2760. — Cæspitulis minutis, quasi punctantibus lignum, compositis ex hyphis crassiusculis brevibus subdivergentibus demum conglutinatis lignum inquinantibus, solutis nempe articulis nigro-subnitentibus; pulvinuli sæpe longe lateque confluunt, primum fibris ligni subimmersi. 166

Hab. passim obvia in lignis pirinis, Bethlehem Amer. bor.

CYLINDRIUM Bon. Handb. Myk. p. 34, emend. Sacc. Mich. II, p. 14 (Etym. *cylindros*), *Fusidium* Link et Auct. ex p. — Hyphæ brevissimæ, vix a conidiis distinctæ. Conidia concatenata, elongato-cylindracea, utrinque obtusa, hyalina v. lete colorata. Cæspituli tenues, plani, subpulveracei.

1. **Cylindrium elongatum** Bon. Handb. p. 34, Bot. Zeit. 1853, p. 282, t. 7, f. 1, Sacc. Myc. Ven. sp. p. 177, tab. XVI, f. 52. — Cæspitulis candidis, laxis; catenulis longis, flexuosis, repentibus cylindraceo-fusoideis, 15-18 μ. longis, medio 2 μ. crassis, apicibus 1 ½ μ. albo-hyalinis, utrinque 1-guttulatis rotundatisque; hyphis brevissimis, obsoletis. 167

Hab. in ligno putri quercino, in cupulis quercinis, in foliis Fagi et Quercus, in cortice Thujæ in Germania, Italia, America boreali.

2. **Cylindrium candidum** Bon. Handb. p. 34, fig. 4. — Album; conidiis cylindraceo-fusoideis in catenulas breves, ramulosas digestis. 168

Hab. in foliis (?) in Germania. — «An satis diversum a *C. elongato?*».

3. **Cylindrium Cordæ** Sacc. (non *C. Cordæ* Sacc. olim, quod *Ramularia*). *Fusidium cylindricum* Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 52, non Auctorum. — Cæspitulis tenuibus, pulverulentis albis; conidiis cylindricis minutis, diaphanis, utrinque truncatis. 169

Hab. in foliis putridis Quercuum, prop. Pragam. — «Verisimiliter idem ac *Cylindrium elongatum*».

4. **Cylindrium clandestinum** (Corda) Sacc. *Fusidium clandestinum* Corda Ic. fung. II, pag. 1, tab. VIII, fig. 4 et 5. — Cæspitulis tenuissimis, effusis, albidis; conidiis cylindricis, truncatis, hyalinis, albis, 14,5 μ. longis. 170

Hab. in fructibus, foliis Quercuum, cortice levi lignoque pr. Tuchomeric Bohemiæ. — Var. **microsporum** Cord. l. c. tab. VIII, f. 5. Cæspitulis gregariis tenuioribus glaucis; conidiis dimidio minoribus, 6,7 μ. longis. In parte interiore glandium Quercuum prope Pragam.

5. **Cylindrium flavo-virens** (Ditm.) Bon. Handb. p. 34, *Fusidium flavo-virens* Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 18, Corda Ic. V, f. 10, *Fusisporium flavo-virens* (Ditm.) Fr. S. M. III, p. 446, *Fusidium æruginosum* Link. — Cæspitulis planis, velutinis, flavo-virentibus; conidiis tereti-fusoideis, subinde curvulis, utrinque obtusiusculis (nec truncatis), 14–15 ≈ 3, e hyalino flavidulis; basidiis cæspitulosis, bacillaribus, 14–18 ≈ 2. 171

Hab. in foliis dejectis Quercuum, Fagorum etc. in Germania, Italia, Gallia, Belgio, Britannia, Suecia, America boreali.

6. **Cylindrium griseum** (Ditm?) Bon. Abhandl. II, p. 88, *Fusidium griseum* Link Obs. I, p. 6. Ditm. in Sturm D. C. F. t. 17. — Maculiforme, planum, subvelutinum griseum; conidiis cylindricis, 15–18 ≈ 2, utrinque obtuse rotundatis, subhyalinis. 172

Hab. in foliis putrescentibus Quercus etc. in Gallia, Italia, Germania, Suecia. — Catenulæ conidiorum subinde ramulosæ.

7. **Cylindrium carneum** Fuck. Symb. myc. pag. 347. — Late effusum, carneum; conidiis cylindraceis, latitudine duplo longioribus, ramoso-concatenatis, carneis. 173

Hab. in pag. inf. foliorum dejectorum Quercus pedunculatæ pr. Œstrich Germaniæ.

8. **Cylindrium aureum** (Link) Bon. Handb. pag. 34, *Fusidium aureum* Link Obs. I, pag. 6, *Fusisporium aureum* (Link) Fr. S. M. III, pag. 446. — Effusum; hyphis tenellis, evanescentibus; co- 174

nidiis fusoideis, rectiusculis, aurantiacis, catenulatis (teste Corda Anl. pag. 10).

Hab. in fungis putridis in Germania.

9. **Cylindrium Piri** (Cr.) Sacc. *Fusidium Piri* Cr. Fl. Finist. p. 13. — Cæspitulis primo albis, demum rubescentibus, 2-3 mm. latis, mollibus vel subgelatinosis; hyphis hyalinis, ramosis, numerosis, apice in 3-4 conidia catenulata cylindrica abeuntibus. 175

Hab. in ramulis emortuis Piri, Finistère Galliæ.

10. **Cylindrium Angelicæ** (Cr.) Sacc. *Fusidium Angelicæ* Cr. Fl. Finis. p. 13. — Cæspitulis carneis 1 mm. latis, hemisphæricis, mollibus; hyphis ramosis numerosis, apice in 3-4 conidia catenulata cylindrica, sexguttulata abeuntibus. 176

Hab. in fructibus emortuis Angelicæ silvestris, Finistère Galliæ.

11. **Cylindrium heteronemum** Sacc. Mich. I, p. 81, F. it. t. 36, Grev. t. 99, f. 21. — Breviter effusum, floccosum, candidum; hyphis filiformibus continuis, raro apice furcatis, 25-35 ≃ 3-3½; conidiis in catenulas longiusculas digestis, forma magnitudineque valde variis nempe cylindricis v. fusoideis, 15-25-35 ≃ 4-5, utrinque attenuato-truncatis, subapiculatis ex albo hyalinis. 177

Hab. in disco trunci salicini putrescentis, Selva Ital. bor., in fimo vaccino in Britannia. — Ad *Fusidium* accedit.

12. **Cylindrium tenue** (Bon.) Sacc. *Acrosporium tenue* Bon. Handb. p. 80, fig. 91. — Hyphis minutis, septatis, basi subcoalitis, adscendentibus, stratum flocculoso-pulveraceum albidum sistentibus, apice in conidia cylindracea utrinque rotundata abeuntibus. 178

Hab. in caulibus herbarum putrescentibus in Guestphalia.

POLYSCYTALUM Riess in Bot. Zeit. 1853, p. 138 et in Fres. Beitr. p. 95 (Etym. *polys* multus et *scytale* articulus et cylindrus). — Hyphæ parce ramulosæ, hyalinæ v. fumosæ. Conidia bacillaria, utrinque truncata concatenata.

1. **Polyscytalum fecundissimum** Riess Bot. Zeit. 1853, p. 138, t. III, fig. 14. et in Fres. Beitr. t. XII, fig. 4. — Cæspitulis sparsis albis v. dilute olivaceis, velutinis; hyphis septatis, infra dilute olivaceo-fuscellis supra hyalinis, attenuatis, in conidiorum catenulas albas, longissimas, ramosas abeuntibus; conidiis cylindricis utrinque truncatis, 14-18 μ. longis. 179

Hab. in foliis putrescentibus pr. Kassel Germaniæ.

2. **Polyscytalum sericeum** Sacc. Mich. I, p. 86, F. it. t. 58. — Cæ- 180

spitulis candidissimis, pulvinatis, minutis, sericeis; hyphis assurgentibus, parce vage ramosis, 70–80 ≃ 4, cylindraceis sursum attenuatis, parce septatis, hyalinis; conidiis in catenulas longas connexis, perfecte cylindricis, 12–15 ≃ 1, rectis, utrinque truncatis et lenissime margine dilatatis, 2-guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis Quercus pedunculatæ, Q. tinctoriæ, Fagi, Magnoliæ in Italia bor., Gallia, Germania, America boreali. — Var. **glandicola**: conidiis subinde solito paulo longioribus, nempe 20 ≃ 2. In glandibus quercinis in Gallia. — A *Polyscytalo fecundissimo* Riess, cui affine, differt hyphis perfecte albis conidiisque utrinque truncato-subincrassatis. Huc verisimiliter *Fusidium sericeum* Rabh. D. C. F. Fungi p. 42.

3. **Polyscytalum murinum** Oud. Hedw. 1882, p. 166. — Peraffine *P. sericeo*, a quo differt conidiis longitudine valde variis et promiscuis, nempe 7 μ. vel 15 μ. vel 25 μ. longis. 181

Hab. in fimo murino, Amsterdam Hollandiæ.

4. **Polyscytalum griseum** Sacc. Mich. I, p. 87, F. it. t. 60. — Cæspitulis pulvinatis, cæsio-griseis, velutinis; hyphis assurgentibus e basi incrassata sursum attenuatis, 30 ≃ 3, simplicibus, 5–6-septatis; griseis; conidiis ex apice hypharum oriundis longe catenulatis, cylindricis, 5–5½ ≃ 1, utrinque obtusiusculis, dilute cinereis. 182

Hab. in ramis cæsis quercinis udis in silva Montello Italiæ borealis.

GEOTRICHUM Link Obs. I, p. 53 (Etym. *ge* terra et *thrix* pilus). — Hyphæ steriles repentes; fertiles breves, adscendentes, septulatæ. Conidia concatenata, breve cylindracea, utrinque truncata, hyalina. — Cfr. *Oosporæ* species.

I. *Eu-Geotrichum:* species non fimicolæ.

1. **Geotrichum candidum** Link Obs. I, p. 15, Sacc. F. it. t. 790, *Botrytis geotricha* Link sp. I, 53, *Sporotrichum laxum* Mart. erl. 335, *Acrosporium candidum* Spr. syst. IV, 556, *Torula Geotricha* Corda in Sturm D. K. Fl. t. 33. — Cæspitulis pulvinulatis albis, subpulveraceis; hyphis sterilibus repentibus subcontinuis, fertilibus assurgentibus brevibus; conidiis cylindraceis utrinque truncatis 5–10 ≃ 4 hyalinis. 183

Hab. ad terram sterilem, ad ossa et chartam putrem in Germania, Italia, Gallia. — Forma *phytogena:* conidiis 4–7 ≃ 2,5–3.

In foliis et ramulis putrescentibus in Gallia (Malbranche) et Amer. bor. (Ellis).

2. **Geotrichum cinnamomeum** (Lib.) Sacc. Mich. II. p. 636, *Trichothecium cinnamomeum* Lib. herb. n. 1013. — Effusum, maculiforme, subvelutinum, cinnamomeum; hyphis repentibus, remote septatis parce ramosis filiformibus, 3½-4 μ. diam., conidiis concatenatis subcuboideis, 3-5 ≃ 4, 4-guttulatis e sporophoris brevibus oriundis. 184

Hab. in fragmentis ligneis, foliis in Arduennis (Libert).

3. **Geotrichum roseum** Grove in litt. — Hyphis repentibus, albis, intricatis; conidiis pallide roseis, concatenatis, breviter cylindricis, utrinque truncatis, 16-30 ≃ 9-10 v. subinde longioribus. 185

Hab. ad basim lunci, maculas parvas, rotundatas vel oblongas densas roseas efformans, sociâ *Pezizâ Curreianâ*, Sutton Park, Warwickshire Britanniæ.

4. **Geotrichum Mycoderma** (Bon.) Sacc. *Chalara Mycoderma* Bon. Handb. p. 26, fig. 27. — Mycelio filiformi stratum subgelatinosum album formante; hyphis fertilibus adscendentibus septatis, articulis inferioribus basi subincrassatis, sursum in conidia breve cylindracea, utrinque obtusa abeuntibus. 186

Hab. in superficie vini corrupti in Germania. — « An diversum ab *Oospora lactis*? ».

II. *Coprotrichum* Bon.: species fimicolæ.

5. **Geotrichum purpurascens** (Bon.) Sacc. *Coprotrichum purpurascens* Bon. Handb. p. 76, fig. 132. — Sordide pallide purpureum, cæspitulosum, setuloso-subpulveraceum; hyphis septatis, parce ramosis; conidiis cuboideo-rotundatis, hyalinis, catenulatis. 187

Hab. in merda humana in Germania. — Var. **lutescens** Sacc. F. it. t. 712: lutescens; hyphis subfasciculatis, rarius ramulosis, septatis, sursum pallidioribus et in conidia brevi-cylindracea, utrinque obtusa catenulata, hyalina, 10-12 ≃ 6 vel 8-10 ≃ 4-5, extima subellipsoidea abeuntibus. In stercore humano, Vittorio Ital. bor.

6. **Geotrichum cinereum** (Bon). Sacc. *Coprotrichum cinereum* Bon. Handb. p. 76, fig. 133. — Griseum furfuraceum cæspitulosum; hyphis septatis, ramulosis ad septa subinflatis v. subdenticulatis; conidiis cuboideo-rotundatis, hyalinis. 188

Hab. in merda humana in Germania.

OIDIUM Link emend. Sacc. Mich. II. p. 15 (Etym. *ooidion* parvum ovum, ob formam conidiorum). — Biogenum: hyphæ steriles de-

cumbentes, sporophora erecta subsimplicia. Conidia ovoidea catenulata, mox libera, majuscula, hyalina v. pallida. — Sistit ut plurimum statum conidicum *Erysiphearum*. — Species microsporæ forte aptius ad *Ovulariam* v. *Ramulariam* sunt ducendæ. — *Oidium opuntiæforme* Ces., teste Tulasneo, est gemma muscorum.

I. In Dicotyledoneis.

A) Species macrosporæ typicæ.

1. **Oidium erysiphoides** Fr. System. mycol. III, pag. 432. — Late effusum, indeterminatum, album; cæspitulis perspicuis, albo-roseolis; hyphis erectiusculis, gracillimis; conidiis ovato-oblongis, pellucidis, intus granulosis, majusculis, 30-40 ≃ 15-20. 189

Hab. in foliis vivis Humuli, Bidentis, Lantanæ, Tradescantiæ, Xanthii, Panzeriæ, Trifolii, Aquilegiæ, Cucurbitæ, Cucumeris, Cynoglossi, Valerianellæ, Berberidis, Syringæ, Lycii, Potentillæ, Bellidis, Lactucæ, Labiatarum etc. in toto orbe vulgatissimum. — **Umbelliferarum**: conidiis cylindraceis. Hinc inde. — Quum ad varias *Erysiphearum* species pertineat hæc mucedinea, forte in posterum erit dividenda.

2. **Oidium leucoconium** Desm. Ann. de Sc. Natur. 1829, XIII, p. 102, tab. 6, fig. 1, 2. — Cæspitulis valde effusis, albis; hyphis repentibus cum ramulis fertilibus brevibus et erectis; conidiis ovoideis, 20-30 ≃ 13-16, hyalinis. 190

Hab. in foliis, calycibus et ramulis Rosarum cultarum et silvaticarum in Gallia, Britannia, Germania, Italia, Ægypto, Amer. bor., Australia. — Sistit st. conidicum *Sphærothecæ pannosæ*.

3. **Oidium Tuckeri** Berk. in Garden. Chron. 1847, p. 779. — Cæspitulis dense gregariis, sæpe confluentibus et strata effusa albicantia formantibus, plus minusve arachnoideis, subalbidis, detergibilibus, postremo sordidis; hyphis sterilibus, haustoria lobulata gerentibus et sursum sporophora brevia exerentibus, achrois; conidiis ellipticis vel oblongis, utrinque obtuse rotundatis, 2-3 catenulatis, 25-30 ≃ 15-17, intus granulosis hyalinis. 191

Hab. in foliis fructibusque vivis Vitis viniferæ, in foliis junioribus V. æstivalis, V. ripariæ et V. candicantis in Britannia, Gallia, Germania, Italia, Lusitania, Amer. bor., Australia. — Cfr. Syll. I. p. 20. — Doctor Winter (Pilzflora II, p. 34) tradit in fungo hoc notissimo conidia 8 ≃ 5. Ea certe non mensus est!

4. **Oidium Valerianellæ** Fuckel Symb. myc. pag. 358. — Cæspitulis laxis, albis; conidiis oblongo-ovatis, obtusis, hyalinis. 192

Hab. in foliis vivis Valerianellæ carinatæ, sæpissime totam plantam destruens, in Germania et Italia.

5. **Oidium Verbenacæ** Pass. in Myc. Univ. n. 789. — Conidiis amplis, arcuatis, apicibus æqualibus, angustatis, intus multiguttulatis. 193

Hab. in foliis vivis Salviæ Verbenacæ prope Parmam Italiæ bor. (Passerini).

6. **Oidium Hyssopi** Erik. Hedw. 1883, p. 158. — Cæspitibus confluentibus in indumentum densum, griseo-album, utramque paginam foliorum caulesque obducentibus; conidiis ellipticis vel fere cylindraceis, utrinque obtuse rotundatis, hyalinis, 28-34 ≃ 12-20. 194

Hab. in foliis et caulibus Hyssopi officinalis, Stockholm Scandinaviæ.

7. **Oidium Abelmoschi** Thüm. in Grevillea. — Cæspitulis late effusis, epiphyllis, arachnoideis, tenuibus, gregariis, grumulosis, albicantibus, subdetergibilibus; hyphis brevissime e mycelio reptante erectis, solitariis, simplicibus, non septatis, tenuibus, hyalinis; conidiis magnis, ovoideis, episporio tenuissimo levi, granulosulis, utrinque rotundatis, raro subacutatis, 24-28 ≃ 14-18, hyalinis. 195

Hab. in foliis vivis Abelmoschi moschati, Hibisci esculenti, Mansura et in Græcia.

8. **Oidium carneum** Cooke in Grevillea — Effusum, carneum, farinaceum; hyphis repentibus, tenuibus, septatis, ramosis, ramulis assurgentibus; conidiis ellipticis, truncatis, concatenatis 20 ≃ 15, carneis, episporio granulato. 196

Hab. in foliis Malvaceæ, Belgaum Indiæ (Hobson).

9. **Oidium Ladaniferi** Thüm. Contr. ad flor. myc. lusit. pag. 6. — Cæspitulis epiphyllis, late effusis, arachnoideis, laxis, tenuissimis, albidis, plus minusve confluentibus; hyphis brevibus, erectis, rectis, subcrassis, apice sursum dilatatis, simplicibus, non septatis, achrois; conidiis late cylindricis vel irregulariter parallelogrammis, utrinque obtuso-subrotundatis, inæquilateralibus, hyalinis 30 ≃ 13. 197

Hab. in foliis vivis Cisti Ladaniferi pr. Coimbra Lusitaniæ (Mesnier).

10. **Oidium Drummondii** Thüm. in Myc. Univ. n. 1177. — Cæspitulis amphigenis, pulveraceis, late effusis, laxis e pallide roseo griseo-albidis, indeterminatis, tenuibus, subdetergibilibus; hyphis erectis, brevibus, rectis, ramosis, crassis, non (an semper?) septatis, hyalinis, diaphanis, apice obtuso; conidiis longe ellipticis vel fere late elliptico-cylindraceis, utrinque rotundatis, obtusis, hyalinis, pellucidis, 20-24 ≃ 14-16. 198

Hab. in foliis vivis Phlogis Drummondii, America bor. Aiken, Car. austr. (Ravenel).

11. **Oidium Chrysanthemi** Rabenh. Hedw. I, p. 19. t. III, fig. 1. — Effusum, album; hyphis sterilibus repentibus continuis, hyalinis; conidiis longe catenulatis, ellipsoideo-oblongis, utrinque rotundatis, intus granulosis, hyalinis, 40–50 ≃ 20–25. 199

Hab. in foliis Chrysanthemi culti in Germania, Italia etc.

12. **Oidium Violæ** Pass. in Thüm. Myc. Univ. n. 1176. — Mycelio arachnoideo, effuso, persistente; conidiis amplis, oblongis, moniliformiter concatenatis, tandem solutis, ellipticis, apicibus æqualibus, rotundatis. 200

Hab. in foliis vivis Violæ tricoloris cultæ, Parma in horto botanico (Passerini), pr. Coimbra (Mesnier).

13. **Oidium medicagineum** Thüm. in Grevillea. — Cæspitulis late effusis, epi-raro etiam hypophyllis, pulveraceis, dilute ochraceo-albidis; hyphis brevibus e mycelio repente erectis, simplicibus, continuis, hyalinis; conidiis numerosis, magnis, elliptico-parallelogrammis, utrinque obtusatis et minime angustatis medio subdilatatis, episporio levi, subcrasso, hyalinis, 26–28 ≃ 9–10. 201

Hab. in foliis vivis Medicaginis denticulatæ pr. Ssersseno in Fajum (Schweinfurth).

14. **Oidium megalosporum** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 32. — Maculis nullis v. pallide flavescentibus, indeterminatis amphigenis; cæspitulis hypophyllis, laxe pruinulosis, candidis, suborbicularibus, majusculis 0,5–2 mm. diam.; hyphis sterilibus repentibus intricato-ramulosis, parce septatis 10–15 μ. crass., primo hyalinis, dein subfuscescentibus, fertilibus erectis, longiuscule septulatis, apice mox in articulos secedentibus; articulis v. conidiis cylindraceis v. cylindraceo-ellipticis, utrinque truncatis, angulis rotundatis 35–40 ≃ 13, hyalinis non v. parce granuloso-guttulatis. 202

Hab. in foliis vivis v. languidis Trianospermæ ficifoliæ in dumetis, Palermo Argentinæ.

15. **Oidium Ruborum** Rabh. in Hedwigia 1878, p. 175. — Mycelio cinereo; conidiis oblongo-ovatis, hyalinis 35 ≃ 18–31, intus nubilosis. 203

Hab. in pagina infera foliorum Rubi Idæi et R. fruticosi in Germania, Italia, Lusitania. — Ab *O. leucoconio* præcipue dignoscitur, quia oriri incipit in pag. inferiore matricis.

16. **Oidium Passerinii** Bert., Nuov. Gior. Bot. Ital. 1879, p. 394. — Mycelio; albo filamentis tubulosis, articulatis; conidiis moniliformiter digestis, ovoideis. 204

Hab. in foliis Lauri lusitanicæ in Italia et Gallia australi.

17. **Oidium candidum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2750. — Floccis 205
crassis decumbentibus aggregatis, candidis, ex articulis crassis, torulæ non dissimilibus; sistens maculas candidas laxas.

Hab. in foliis quercinis putridis, Bethlehem Am. bor.

18. **Oidium quercinum** Thüm. Contr. ad flor. myc. lusit. p. 6. — Cæ- 206
spitulis laxis, epiphyllis, raro amphigenis, tenuissimis, radiatim effusis, candidis, solitariis vel raro confluentibus, magnis; hyphis erectis, subarcuatis, simplicibus, raro septatis, vertice æqualiter obtusatis, hyalinis; conidiis regulariter ellipsoideis, utrinque rotundatis achrois, episporio tenui, 26 ≈ 13.

Hab. in foliis vivis Quercus racemosæ pr. Coimbra Lusitaniæ (Mesnier).

19. **Oidium Aceris** Rabh. Flora 1854, p. 207, Sacc. Mich. II, p. 636. 207
— Dense cæspitosum, albido-rubescens; conidiis ovoideis v. late ovatis, sæpe truncatis, 25 ≈ 10 (secund. Rabenhorst 45 μ. long.).

Hab. in foliis Aceris Pseudoplatani in Italia, Coupal pr. Coimbra in Lusitania (Moller). — St. conid. *Uncinulæ bicornis.*

B) Species microsporæ.

20. **Oidium mespilinum** Thüm. Fungh. Litor. n. 249. — Cæspitulis te- 208
nuissimis, laxis, longe lateque arachnoideo-effusis, epiphyllis, candidis; hyphis brevibus, continuis, simplicibus, tenuibus, hyalinis; conidiis obovato-ellipsoideis, utrinque obtusatis, simplicibus, bi-tricatenulatis, hyalinis vel dilute griseis, 10 ≈ 6.

Hab. in foliis vivis Mespili germanicæ St. Nicolò pr. Parenzo Istriæ.

21. **Oidium pactolinum** Cooke in Grevillea. — Tenuiter effusum, au- 209
reo-fulvum; hyphis brevissimis, tenuibus, vix conspicuis; conidiis subglobosis, catenulatis utrinque polo primo truncatis, demum (liberis) rotundatis, plasmate aureo, subgranuloso repletis 10 μ. d.

Hab. in foliis vivis Jasmini Sambac in calidariis prope Isleworth in Britannia (G. Nicholson).

22. **Oidium pulvinatum** Cooke in Grevillea et Rav. Amer. Fung. n. 210
770. — Hypophyllum; fasciculis gregariis maculas indeterminatas efformantibus; hyphis abbreviatis, simplicibus, continuis, in pulvinulos convexos congestis; conidiis ellipticis, hyalinis, concatenatis 10-12 ≈ 5.

Hab. in foliis vivis Caryæ tomentosæ, S. Carolina Amer. bor. (Ravenel).

23. **Oidium Berberidis** Thüm. Contr. Fungh. Litor. n. 40, t. I, fig. 23. — Mycelio effuso, arachnoideo, tenui; cæspitibus laxis, gregariis, candidis, amphigenis; hyphis abbreviatis, simplicibus, superne sensim incrassatis, dein obtusis, rectis, continuis; conidiis cylindraceis, utrinque subrotundatis vel rotundo-obtusatis, unicellularibus, 7–8 ≃ 3–3,5, hyalinis. 211

Hab. in foliis vivis, in utraque pagina, Berberidis vulgaris Gorizia.

24. **Oidium Colutæ** Thüm. Contr. F. Litor. n. 41, t. I, f. 31. — Cæspitulis amphigenis, laxis, sparsis, tenuissimis, evanescentibus, arachnoideis, albidis; hyphis mediis, tenuibus, continuis, simplicibus, non septatis, suberectis vel etiam decumbentibus, hyalinis; conidiis ellipsoideis vel tandem subcurvatis, utrinque rotundatis, simplicibus, 8–9 ≃ 2,5–3, hyalinis. 212

Hab. in foliis vivis Coluteæ arborescentis Gorizia.

25. **Oidium Ambrosiæ** Thüm. in Myc. Univ. n. 872. — Mycelio effuso, arachnoideo, tenui, epi-raro etiam hypophyllo, candido; hyphis repentibus, brevibus, subramoso-erectis, tenuibus, continuis, non septatis, hyalinis; conidiis ellipticis, minutis, 4–5 ≃ 2,5–3, achrois. 213

Hab. in foliis vivis Ambrosiæ artemisiæfoliæ, Aiken Amer. bor., Carol. austral. (Ravenel).

26. **Oidium Lippiæ** Thüm. in Grevillea. — Utramque paginam foliorum obducens indumento denso griseo-albicante; hyphis brevissimis, simplicibus, raro ramosis, non septatis, inæqualibus, hyalinis, tenuibus, levibus; conidiis valde variis, ellipsoideis, cum apicibus utrinque acutatis, ovoideis vel longe clavato-ovatis, uniseptatis (?), utrinque rotundatis, pallidissime griseis, solitariis, plerumque 4–10 ≃ 4–7. 214

Hab. in foliis vivis Lippiæ nodifloræ, in hortis, Gesirah prope Cairo Ægypti.

27. **Oidium Tabaci** Thüm. Contr. Myc. Lus. n. 218. — Cæspitulis amphigenis, late effusis, paginam fere totam folii obducentibus et cum indumento arachnoideo, tenuissimo, albido obtegentibus; hyphis brevibus, simplicibus, pauciseptatis, subrectis, achrois; conidiis cylindrico-ellipsoideis, utrinque subacutatis, continuis, intus grumulosis, moniliformiter digestis, hyalinis, 11–14 ≃ 4–5. 215

Hab. in foliis vivis Nicotianæ Tabaci Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller) et in Italia bor.

28. **Oidium acutatum** Bon. Bot. Zeitung 1861, p. 196. — Cæspitulis parvis cinereis, macula fusca cinctis; conidiis minimis ellipticis cinereis; hyphis haud septatis, subulatis et cellulis majoribus cy- 216

lindricis ornatis, a quibus catenulæ conidiorum subramosæ assurgunt, mycelio ramoso repente.

Hab. in foliis Violæ odoratæ Guestphalia. — «Vix *Oidii* species».

29. **Oidium crystallinum** Lév. Ann. Sc. nat. 1843, p. 218, t. VII, f. 9. 217
— Floccis sparsis gregariisve simplicibus, albis, roridis; conidiis secedentibus inferioribus globosis, superioribus ovatis.

Hab. sero autumno in foliis vivis Sonchi oleracei, Mendon Galliæ.

30. **Oidium Balsamii** Mont. in B. et Br. Ann. N. H. n. 763. — (Diagnosim comparare non potui). 218

Hab. in foliis Verbasci nigri et Thapsi et Fragariæ in Britannia et Belgio.

II. In Monocotyledoneis.

31. **Oidium monilioides** Link Sp. I. p. 122, *Acrosporium monilioides* Nees. — Cæspitulis valde effusis, albo-ochraceis; conidiis moniliformi-catenulatis, ovoideis, simplicibus, albis v. sordide albis hyalinis, 25-30 ≃ 8-10. 219

Hab. in foliis culmisque vivis graminum, in tota Europa, Amer. bor. et Amer. australi. — Var. **ochraceum** Thüm. F. austr. n. 1084 e conidiis minoribus, ochraceis. Ad folia viva Bromi mollis in Bohemia (Thümen). — Sistit statum conidicum *Erysiphes graminis*.

32. **Oidium Tritici** (Cord.) Sacc. et Vogl., *Torula Tritici* Cord. Icon. Fung. V, p. 51, t. II, fig. 15. — Epiphyllum, rarius culmicolum, tomentosum, pallide fulvum v. ferrugineum, subeffusum; hyphis simplicibus, erectis, dein declinatis, subintricatis; conidiis ovoideo-oblongis, utrinque apiculatis et hylo instructis, glabris, subhyalinis, albidis; nucleo pleno grumuloso, 24-31 μ. longis. 220

Hab. in foliis vaginisque Agropyri repentis prope Prag Bohemiæ.

33. **Oidium rubellum** (Bon.) Sacc. et Vogl., *Torula rubella* Bon. Bot. Zeitung, 1861, pag. 195. — Conidiis ovoideis 3-4 catenulatis; hyphis articulato-septatis, rubicundis, subrubiginosis. 221

Hab. in foliis vivis graminum in Guestphalia — *O. monilioidi* affine.

34. **Oidium papillatum** (Bon.) Sacc. et Vogl., *Torula papillata* Bon., Bot. Zeit. 1861, p. 195, fig. 10. — Conidiis ovatis magnis utrin- 222

que subpapillatis hyalinis albis; hyphis simplicibus haud septatis et subinflatis.

Hab. in foliis vivis graminum in Guestphalia.

35. **Oidium bulbigerum** (Bon.) Sacc. et Vogl., *Torula bulbigera* Bon. 223
Bot. Zeitung 1861, p. 195, fig. 8. — Conidiis ovatis vel oblongo-ovatis, 4–6-catenulatis hyalinis, albis; hyphis triseptatis basi bulbosis; mycelio ramoso septato et repente.

Hab. in foliis graminum in Guestphalia.

PÆPALOPSIS Kühn in Hedw. 1883, p. 11 et 28 (Etym. *paipale* farina). — Hyphæ mycelicæ parenchymate matricis innatæ, ramosæ, effusæ. Conidia globosa per isthmos cylindricos conjuncta et catenulata, muco initio obvoluta.

1. **Pæpalopsis Irmischiæ** Kühn l. c. — Effusa, compactiuscula, pruinoso-pulveracea, alba; mycelio innato, filiformi; conidiis globosis, 3–8, sæpius 5 μ. diam., per isthmos catenulato-junctis, muco initio obvolutis, hyalinis. 224

Hab. in corollis Primularum e. g. officinalis, elatioris præcipue in staminibus, sociâ *Urocystide*, Halle (Kruel, Kühn). — Teste Kühnio forte sistit statum conidicum *Urocystidis*.

Subsect. 2. **Macronemeæ** Sacc.

Trib. 3. **Cephalosporieæ** Sacc.

ŒDOCEPHALUM Preuss F. Hoyersw. n. 100. (Etym. *oidos* tumor et *cephalos* caput), *Haplotrichum* Link Sp. pl. Fungi I, pag. 52, em. Harz Hyphom. p. 31. — Hyphæ steriles parcæ, repentes; fertiles erectæ, simplices, gregariæ, aspergilliformes, apice vesiculoso-inflatæ, vesicula verruculosa sed non v. vix areolata. Conidia sessilia, continua, globosa v. oblonga hyalina v. læte colorata. — *Haplotrichi* typus vesicula terminali caret, hinc ab *Œdocephalo* differt.

1. **Œdocephalum glomerulosum** (Bull.) Sacc. *Haplotrichum glomerulosum* (Bull.) Harz Hyph. p. 33, t. 1, f. 1, *Mucor glomerulosus* Bull. Champ. t. 504, f. 3, *Œdocephalum elegans* Preuss in Sturm D. C. F. t. 1, f. 31. — Gregarium, roseum v. sordide roseum; hyphis fertilibus $^1/_4$ mm. longis, distincte v. obsolete septatis, cylindraceis, sursum parum attenuatis, apice in vesiculam verrucosam desinentibus; conidiis maximis, 25 ≈ 12, ovoideis, pallide roseis capitulumque subsphæricum efformantibus, basi subapiculatis. 225

Hab. ad ramos arborum in Tubercularia et Sclerotio, nec non in ramis Robiniæ, Mori, Mali, etc. in Gallia, Germania, Italia, Belgio. — Teste Harzio huc, ut formæ, spectant *Hapl. roseum* Corda, *Gonatobotrys flava* Bon., *G. radians* Kickx et *G. cephalotrichiformis* Coëm.

2. **Œdocephalum roseum** Cooke Grev. I, p. 184, tab. 22, fig. 8, nec Auct. — Effusum, roseum, subinde cæspitulosum; hyphis æqualibus; capitulis subglobosis; conidiis ovatis v. ovalibus, levibus. 226

Hab. in charta et tela vetusta, Millfield Lane, Highgate Britanniæ. — Cæspituli exigui nudo oculo vix singulatim discernendi: plagulæ vero late effusæ, roseæ in matrice decolorata. — «Affine *H. læticolori*».

3. **Œdocephalum aurantiacum** Cooke Grevill. — Cæspitulis orbicularibus, aurantiacis; hyphis brevissimis, fasciculatis, septatis, hyalinis, supra globosis, papillatis; conidiis ex capitulis exeuntibus, globosis, aurantiacis, levibus. 227

Hab. in foliis arborum silvaticarum, Mysore Indiæ.

4. **Œdocephalum læticolor** B. et Br. Ann. N. H. n. 1056, t. 14, f. 12. — Exiguum, lateritio-rubrum; hyphis fertilibus, æqualibus, pallidis, apice inflatis; capitulo subgloboso; conidiis globoso-ellipsoideis extus granulatis, subinde apiculatis, 15-20 μ. longis. 228

Hab. in stercore ovino, Batheaston Britanniæ. — Hyphæ steriles parcæ, repentes, fertiles vix 1 mill. altæ.

5. **Œdocephalum albidum** Sacc. Mich. II, p. 288, Fungi ital. t. 805 (*Haplotrichum*). — Hyphis sterilibus repentibus, ramosis filiformibus, continuis, hyalinis; fertilibus solitariis vel subfasciculatis assurgentibus vel decumbentibus æque filiformibus, continuis hyalinis, longitudine variis, simplicibus, rarissime ramulo sporigero auctis, apice in vesiculam globulosam minutissime muriculatam desinentibus; conidiis ex muriculis oriundis globosis vel globoso-ellipsoideis, non concatenatis, 7-10 μ. diam., albo-hyalinis vel dilutissime flavidis. 229

Hab. in radicibus emortuis [illegible] scentibus Citri Limonum Risso, Salò Italiæ boreali. — Ab *Œdoceph. albo* Pr., cui affine, differt conidiis minoribus, levibus, hyphis continuis et toto habitu.

6. **Œdocephalum fimetarium** (Riess) Sacc. *Haplotrichum fimetarium* Riess in Fres. Beitr. p. 105, t. XIII, f. 59-65. — Cæspitulis tenuibus subochraceis; hyphis sterilibus vage ramosis septatis; fertilibus erectis cylindraceis, sursum attenuatis septatis, apice in vesiculam subglobosam minute verruculosam desinentibus; conidiis 230

ellipsoideo-oblongis, capitato-congestis, e denticulis oriundis, 8–10 μ. longis.

Hab. in fimo equino in Germania.

7. **Œdocephalum album** Preuss F. Hoyersw. n. 108. — Cæspitulis effusis albis; hyphis sterilibus repentibus ramosis; fertilibus erectis, septatis, simplicissimis, supra capituliformibus; conidiis globosis, albis, magnis; episporio subverrucoso; nucleo demum compacto turbido. 231

Hab. in ligno subputrido Pini, Hoyerswerda.

8. **Œdocephalum alienum** Preuss F. Hoyersw. n. 109. — Cæspitulis albis; hyphis sterilibus, repentibus, ramosis, septatis; fertilibus erectis inflatis, simplicissimis, supra vesiculosis; conidiis subglobosis albis; episporio levi; nucleo compacto. 232

Hab. in foliis delapsis Pini silvestris, Hoyerswerda (Preuss).

9. **Œdocephalum Preussii** Sacc., *Periconia alba* Preuss F. Hoyersw. n. 104. — Laxe gregarium; hyphis fertilibus erectis, ad basim bulbosis, supra attenuatis, apice clavato-rotundo; capitulis globosis albis; conidiis albis globosis. 233

Hab. in foliis et stipitibus putridis subtectis, Hoyerswerda (Preuss).

10. **Œdocephalum hyalinum** (Bon.) Sacc. *Periconia hyalina* Bonorden Abh. Geb. Mykol. II, p. 95. — Nudo oculo vix conspicuum; hyphis erectis, haud septatis, albis, hyalinis, deorsum attenuatis et ad basim mycelio repente conjunctis, sursum incrassatis et in vesiculam verruculosam subflavidam ampliatis; conidiis minimis globosis, albidis. 234

Hab. in foliis putridis in Guestphalia Germaniæ.

11. **Œdocephalum byssinum** (Bon.) Sacc. *Periconia byssina* Bonorden Abh. Geb. Mykol. II, p. 95, t. I, f. 12, *Stilbum byssinum* Pers.? — Hyphis erectis, candidis, haud septatis, longis, plerisque æqualibus; vesiculis globosis aut ovatis, verruculosis; capitulis globosis candidis, nitidis crystallinis; conidiis globosis, magnitudine variis. 235

Hab. in foliis putridis in Germania.

12. **Œdocephalum crystallinum** Ces. in Bot. Zeit. p. 299, Hedw. I, t. IV, f. 3. — Hyphis fertilibus erectis, septatis, in vesiculam globosam spinulosam desinentibus; conidiis ex spinulis oriundis capitato-congestis, dein subochraceis, oblongo-ovoideis, obtusis, hyalinis. 236

Hab. in conidio Sporodesmii (Ceratophori) macrochæti parasitice in Italia bor.

13. **Œdocephalum piriforme** (Bon.) Sacc. *Periconia piriformis* Bon. Handb. p. 113, f. 196. — Cæspitulis laneis: hyphis filiformibus 237

pallidis, continuis, erectis, apice piriformi-inflatis; conidiis capitatis globoso-ellipsoideis, minutissime muriculatis, brunneolis.

Hab. in Polyporo flavo in Guestphalia.

14. **Œdocephalum dichotomum** Preuss F. Hoyersw. n. 271. — Cæspitulis late expansis, sublanuginosis, albis; hyphis septatis, repetito-dichotomo-ramosis, apice capituliformibus; conidiis ovoideis, albis; episporio glabro, basi hilo instructo, hyalino. 238

Hab. in ramis dejectis Betulæ albæ, Hoyerswerda (Preuss). — A typo desciscit et sectionem propriam constituit.

RHOPALOMYCES Corda Prachtfl. p. 3 (Etym. *rhopale* clava et *myces* fungus). — Hyphæ steriles repentes, parcæ: fertiles erectæ, simplices v. raro furcatæ, apice vesiculoso-inflatæ, vesicula distincte areolata. Conidia ellipsoidea, continua, non catenulata, e centro papillato areolarum oriunda, hyalina v. pallide colorata. — Ab *Haplotricho* differt vesicula areolata, sed, teste Harzio, in ipso *Haplotricho* subinde areolatio tenuissima conspicienda est.

1. **Rhopalomyces elegans** Corda Prachtf. p. 3, t. II, Anl. p. LXVI, t. B. 20, f. 1-3, *Haplotrichum elegans* (Corda) Harz Hyph. p. 31, t. V, f. 5. — Hyphis fertilibus erectis continuis, hyalinis repentibus parcis; vesicula sphærica distincte hexagono-areolata, centro areolarum papillato; conidiis ellipsoideo-oblongis, hyalinis dein fuscellis, 35-40 ≃ 18. 239

Hab. in caulibus putridis inque ollis florum, raro, in Bohemia et Germania.

2. **Rhopalomyces candidus** B. et Br. Ann. N. H. n. 505, t. V, f. 3. — Albus; hyphis sterilibus obsoletis; fertilibus erectis, simplicibus, levibus, vesicula globosa v. subinde obovata, pulchre areolata; conidiis minutis, ellipsoideis. 240

Hab. in terra stercorata et humulo *(hops)* mixta, King's Cliffe Britanniæ. — Minutissimus, differt a *R. pallido* colore hyphisque simplicibus erectis.

3. **Rhopalomyces pallidus** B. et Br. Ann. N. H. n. 504, t. V, f. 2. — Pallide cervinus, effusus; hyphis fertilibus furcatis, flexuosis; conidiis minutis, ellipsoideis, ex papilla areolarum oriundis. 241

Hab. in storea (rossica) dejecta, King's Cliffe Britanniæ. — Late effusus, strata cervina subfurfuracea formans.

4. **Rhopalomyces Cucurbitarum** B. et R. North Amer. F. n. 666. — Hyalinus; hyphis inarticulatis; capitulis globosis echinulatis; conidiis obovatis ovatisque. 242

Hab. in cucurbitis putridis in Carolina infer. Amer. bor. (Ravenel). — Primo obtutu *Mucorem* æmulatur; conidia ex muriculis oriunda, subinde duo superimposita. — « Vesicula vere areolata? ».

5. **Rhopalomyces cervinus** Cooke in Rav. Amer. F. n. 574 et in Grev. XII, p. 27. — Effusus, indeterminatus, cervinus; hyphis repentibus; ramulis assurgentibus, septatis, globoso-capitatis; vesiculis spiculiferis, 50 μ. d.: conidiis ellipticis, hyalinis, e spiculis oriundis, 8 ≍ 4. 243

Hab. in fimo vaccino in Carolina Amer. bor.

CORONELLA Crouan Fl. Fin. p. 12, tab. suppl. fig. 21 (Etym. a *corona*). — Hyphæ fertiles, erectæ, septatæ, apice in discum stellato-lobatum desinentes, lobis seu basidiis oblongis cum ramulis rectis apice furcatis alternantibus. Conidia fusoidea v. ovato-oblonga, hyalina, non catenulata, pleurogena. — Pluribus notis cum *Coëmansiella* congruit; sed teste auctore disci lobi essent sporangia, quod ex icone non liquet.

1. **Coronella nivea** Crouan l. c. — Hyphis 1 mm. longis, simplicibus, septatis, erectis, albis; disci lobis (sporangiis Cr.) 10-12, clavato-oblongis, punctulatis, ramulis alternantibus sursum curvis, longioribus, apice bifidis; conidiis fusoideis utrinque obtusiusculis, hyalinis (pleurogenis visis). 244

Hab. in fimo murino ad ripas fossarum, Finistère Galliæ.

HYALOPUS Corda Anleit. p. 58 (Etym. *hyalos* hyalinus et *pous* pes). — Hyphæ steriles repentes, parcæ; fertiles erectæ, plerumque continuæ, hyalinæ, apice non v. vix inflatæ. Conidia capitata, sessilia, non catenulata, hyalina v. læte colorata, diu muco conglutinata.

1. **Hyalopus mycophilus** Corda Ic. II, p. 16, *Stilbum mycophilum* Corda l. c. I, p. 20, tab. V, fig. 267. — Cæspitulis effusis, tenuissimis, glaucescentibus; hyphis filiformibus gracilibus, erectis flexuosis, albis, cavis, supra capitatis, luteis; capitulo conidiorum glauco-albo; conidiis subglobosis. 245

Hab. in Morchella bohemica putrida prope Pragam.

2. **Hyalopus griseus** B. et C. North Amer. Fungi n. 599. — Effusus, griseus; hyphis mycelii decumbentibus articulatis, fertilibus inarticulatis subcarneis; capitulo clavato quartam hyphæ partem æquante; conidiis oblongis, copiosis, griseis. 246

Hab. in ligno Nyssæ sub cortice in Carolina inf. Amer. bor.

3. **Hyalopus mucorinus** B. et C. North Amer. Fungi n. 598. — Albus; hyphis fertilibus, filiformibus inarticulatis; capitulo clavato; quintam hyphæ partem æquante; conidiis minimis globosis. 247

Hab. in stercore gallinarum in Carolina inf. Amer. bor.

4. **Hyalopus tener** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, pag. 76. — Acervulis minutis albidis; hyphis fertilibus, simplicissimis, erectis, albis, diaphanis, subulatis, supra clavatis; capitulo albo, globoso; conidiis minutis oblongis. 248

Hab. in truncis deciduis Betulæ supra *Sphæriam cariosam (?)*, Hoyerswerda.

5. **Hyalopus parasitans** B. et C. North Amer. Fungi n. 597. — Albus, minutus; hyphis fertilibus sursum attenuatis, parce septatis; capitulo majusculo, obovato subirregulari; conidiis oblongis minutissimis. 249

Hab. parasitice in Merulio dejecto in Carolina inferiore (Ravenel).

6. **Hyalopus ochraceus** Corda Ic. fung. II, p. 16, *Stilbum ochraceum* Corda l. c. I, p. 20, f. 270. — Cæspitulis minutis, ochraceis; hyphis fasciculatis, simplicibus, rectis, diaphanis, pallide ochraceis; capitulis globosis, magnis, ochraceis; conidiis subglobosis. 250

Hab. in ligno putri denudato, Prag Bohemiæ.

7. **Hyalopus muscorum** Corda Ic. fung. II, p. 16, *Stilbum muscorum* Corda l. c. I, p. 20, f. 269. — Cæspitulis minutis, indeterminatis, tenuissimis; hyphis rectis, subulatis, albis, diaphanis, mycelio ramoso, septato, suffulto; capitulis conidiorum globosis, albis; conidiis ovatis, albis, sulco longitudinali notatis, nucleo subgloboso, hyalino. 251

Hab. in Marchantia spec. putrida, Berlin Germaniæ.

8. **Hyalopus crystallinus** Corda Ic. fung. II, p. 16, *Stilbum crystallinum* Corda ibid. I, p. 20, fig. 266. — Cæspitulis minutis albidis; hyphis simplicissimis, erectis, nanis, albis diaphanis, supra clavatis; capitulo albo, globoso; conidiis minutis, globosis. 252

Hab. in Cucurbitaria Laburni putrida prope Pragam.

9. **Hyalopus filiformis** Corda Ic. fung. II, p. 16, *Stilbum filiforme* Corda ibid. I, p. 20, fig. 268. — Cæspitulis elatis, bombycinis, albis; hyphis capillaribus, longissimis, flexuosis, albis, diaphanis, supra clavatis; capitulis oblongis, secedentibus albis; conidiis subglobosis, minutissimis, diaphanis albis. 253

Hab. in pulpa putrida Cassiæ Fistulæ, Prag Bohemiæ.

10. **Hyalopus melanocephalus** Corda Ic. fung. II, p. 16, *Stilbum me-* 254

lanocephalum Corda ibid. I, p. 20, fig. 271. — Cæspitulis indeterminatis, atris; hyphis simplicibus, rectis, luridis, semipellucidis; capitulis globosis atris; conidiis ovalibus semipellucidis luridis.

Hab. in oleo laurino inspissato rancido, Prag Bohemiæ. — « An hujus loci? ».

11. **Hyalopus ater** Corda Ic. fung. IV, p. 29, fig. 89. — Cæspitulis effusis, atris, velutinis; mycelio tenui, grumuloso, luteolo; hyphis fertilibus, simplicibus filiformibus subulatis diaphanis, infra fuscis supra pallidis; capitulo conidiorum primum albo dein luteolo globoso; conidiis oblongis, obtusis, virescenti-albidis, hyalinis, 6 μ. longis. 255

Hab. in ligno putri Carpini Betuli, Baumgarten prope Prag Bohemiæ.

DORATOMYCES Corda Ic. fung. I, p. 19 (Etym. *dory* hasta et *mykes*). — Hyphæ steriles repentes parcæ: fertiles erectæ, filiformes, simplices, septatæ. Conidia ovoidea, hyalina v. pallide colorata in capitulum elongatum digesta, non catenulata.

1. **Doratomyces tenuis** Corda Ic. fung. I, p. 19, fig. 262. — Gregarius griseo-virens v. glaucus, vix 1 mm. altus; hyphis fertilibus hyalinis, parce septatis; capitulis elongato-fusoideis, glaucis; conidiis ovoideis, hyalinis. 256

Hab. in flagellis putridis Calami, Rotang prope Pragam.

2. **Doratomyces viridis** Corda Ic. fung. I, p. 19, fig. 262. — Gregarius minutissimus, flavo-virescens; hyphis fertilibus, erectis, filiformibus, infra fuscis, sursum hyalinis, apice æquali; capitulis elongato-cylindraceis, nitide virentibus; conidiis ovoideis, minutis, 5-6 μ. longis 257

Hab. in foliis, ramulis lignoque putridis prope Reichenberg Bohemiæ.

3. **Doratomyces Sambuci** Crouan Fl. Finist. p. 15. — Hyphis fertilibus 1-3 μ. longis, rigidulis, continuis, erectis, nigricantibus; capitulo fusiformi, flavido; conidiis sphæricis albis, copiosis. 258

Hab. in trunco putrido Sambuci, Finistère Galliæ.

HAPLOTRICHUM Link Sp. pl. Fungi I, p. 52, nec Harz (Etym. *haplos* simplex et *thrix* pilus). — Hyphæ steriles repentes, parcæ; fertiles, erectæ, simplices, apice non v. vix inflatæ. Conidia capitata, continua, sessilia, non catenulata, hyalina v. pallide colorata. — Videretur *Œdocephalum* sed vesicula terminalis nulla.

1. **Haplotrichum capitatum** Link Sp. pl. I, p. 52, Corda Ic. fung. I, p. 20, fig. 265. — Cæspitulis tenuibus albis; hyphis fertilibus subulatis, septatis, diaphanis; capitulo albido globoso; conidiis ellipsoideis, subhyalinis. 259

Hab. ad truncos ramulosque arborum in Germania, Bohemia. Austria.

2. **Haplotrichum aurantiacum** Coëm. in Kickx Fl. cr. Fland. II, p. 276. — Cæspitulis minutis, sparsis, vivide aurantiacis; hyphis fertilibus simplicibus, brevibus, erectis, apice acutatis; conidiis perexiguis subovoideis, in capitulum junctis et facillime secedentibus. 260

Hab. in stercore murino in Belgio (Coëmans).

3. **Haplotrichum confervinum** (Wallr.) Rabenh. D. C. Fl. n. 935, Bon. Handb. p. 104, *Acladium confervinum* Wallr. Fl. Crypt. n. 1891. — Hyphis simplicissimis, erectis, stipatis (tamen caducis) capillaribus, parce remoteque septatis ibique exsiccando alternatim contractis, compressis, olivaceis; conidiis ovalibus minutissimis, primum in capitulum ovatum congestis, dein undique erraticis. 261

Hab. ad ligna decorticata Populi tremulæ in Thuringia. — Hyphæ conidiis destitutæ et articulis alternatim contractis, confervas æmulantur.

4. **Haplotrichum elongatum** (Fr.) Bon. Handb. p. 104, *Botrytis elongata* Fr. S. M. III, p. 395. — Hyphis aggregatis albis, fertilibus, simplicibus, erectis, longissimis, remote septatis, omnino æqualibus, apice vero subulatis, sterilibus tomentum laxum laneum album efficientibus; conidiis globosis, in capitulum densum congestis, haud seriatis, facile secedentibus, albis. 262

Hab. in caulibus herbarum putrescentibus in Suecia et Germania.

5. **Haplotrichum subpulvinatum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2637. — Subpulvinatum aggregatum et interdum effusum; hyphis densis, divergentibus ramosulis, griseo-canescentibus intricatis, sporidiferis erectis; conidiis majusculis ovatis concoloribus, apice collectis. 263

Hab. in truncis putridis corticatis, Bethlehem Amer. bor.

6. **Haplotrichum virescens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2636. — Hyphis effusis, intricatis ramosis, septatis, persistentibus, fuscescentibus, sporidiferis erectis; capitula ovalia ex conidiis virescentibus. 264

Hab. in cortice putrido ramorum, Bethlehem Amer. bor.

BOTRYOSPORIUM Corda Anl. p. 53 (Etym. *botrys* racemus et *spora*). — Hyphæ assurgentes, simplices vel furcatæ, longæ, lateraliter

vage (nec verticillato-) ramulosæ. Ramuli seu hyphæ fertiles (sporophora) simplices, apice spinulas 3 vel plures ferentes. Spinulæ capitulis conidiorum terminatæ. Conidia globosa vel ovoidea, hyalina, facile secedentia.

1. **Botryosporium diffusum** (Grev.) Corda in Sturm. D. C. Fl. t. 5 et Prachtfl. t. XIX, *Botrytis diffusa* Grev. Scot. t. 126, f. 2. — Hyphis fertilibus furcatis, septatis albis; sporophoris sparsis, apice 4-cephalis; capitulis globulosis; conidiis sphæricis vel ellipsoideis. 265

Hab. in caulibus, ramis, corticibus, foliisque putrescentibus in Britannia, Germania, Belgio et Amer. bor. — Sporophora, sec. auctores, initio apice 4-spora, dein 4-cephala.

2. **Botryosporium pulchrum** Corda Prachtfl. t. XIX, *B. elegans* Corda Anleit. t. B. 16, f. 6-8, (videtur idem), *Cephalosporium elegans* Bon. — Cæspitulis late expansis, laxis, albis subfarinosis; hyphis simplicibus v. dichotomis, longe racemoso-capitatis; sporophoris brevibus, patentibus, apice 5-spinulosis et 5-cephalis; capitulis sphæricis; conidiis ovoideis, hyalinis. 266

Hab. in caulibus herbaceis in Bohemia, Britannia, in foliis graminum in Amer. bor. — «Specimina americana, teste Peck, præbent sporophora apice inflata. An ergo potius *Haplotricho dichotomo* affinior species?».

3. **Botryosporium hamatum** Bon. Handb. p. 111, fig. 157. — Cæspitulis candidis, lanosis, compactiusculis; hyphis ramosis, septatis, apice incurvo-hamatis; sporophoris brevissimis; capitulis ellipsoideis; conidiis minutis globosis, hyalinis. 267

Hab. in ramis putridis pineis in Guestphalia. — «Conidia non vere capitata, sed potius racemosa; hinc species *Botryti* affinior videtur».

Species dubia, excludenda.

4. **Botryosporium prorumpens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3080. — Cæspitulis minutis, copiosis, subconfluentibus, aterrimis, ex fasciculatis sporisoriis pedicellatis. 268

Hab. in epidermide Euphorbiæ (et magis confluens etiam in Diantho), Bethlehem in Amer. bor. — Ex crusta quadam cinerescente, more *Cladosporii*, prorumpens. «An *Stachybotrys?*».

COEMANSIELLA Sacc. Syll. II, p. 815 (Etym. a cl. mycologo belgico Eug. Coëmans). — Mycelium filamentosum vage ramosum, perithecia *Kickxellæ alabastrinæ* gignens. Hyphæ fertiles superficiales

erectæ, tereti-fusoideæ, 2-3-septatæ, apice basidiis radiatim verticillatis, obclavatis asperulis apice bifidis coronatæ. Conidia elliptico-fusoidea e latere superiore basidiorum oriunda, sursum versa, hyalina. — Status ascoph. *Kickxellæ alabastrinæ* Coëm.

1. **Coëmansiella alabastrina** Sacc. l. c. *Kickxellæ alabastrinæ* st. conidic. Coëmans Spicil. myc. III, van Tighem Muc. Ann. Sc. Nat. 1873, t. 35, f. 120-135. — Hyphis fertilibus e mycelio *Kickxellæ* ortis epigæis, erectis, tereti-fusoideis, 2-3-septatis, apice obtusis radiisque verticillatis, 7-13 fusoideis v. obclavatis incurvis, subinde septatis, apice bifidis coronatis; conidiis in latere sup. colliculoso radiorum ubique insertis, elliptico-fusoideis, hyalinis, 12-14 ≃ 4,5. 269

Hab. in fimo stillicidiorum, in patella reposito et ad studium diu servato, Gand Belgii; in fimo felino, equino etc. in Gallia.

CEPHALOSPORIUM Corda Anleit. p. 61 (Etym. *cephalos* caput et *spora*). — Hyphæ steriles longe decumbentes ramos fertiles seu sporophora erectiuscula brevia, apice non inflata gerentes. Conidia sessilia globosa v. ovoidea hyalina v. pallide colorata in capitula collecta.

1. **Cephalosporium Acremonium** Corda Icon. Fung. III, p. II, f. 29, Fres. Beitr. t. XI, fig. 59-63, Sacc. F. it. t. 706. — Cæspitulis densiusculis, lanosis, albis, dein roseolis; sporophoris seu ramulis sporigeris continuis, simplicibus, 40-50 ≃ 3; capitulis conidiorum globosis, 8-10 μ. diam.; conidiis diu conglutinatis oblongo-ovoideis, 4 ≃ 1, hyalinis. 270

Hab. parasiticum in Hypoxylo purpureo putrescente in silva Cansiglio Italiæ, in Bohemia et Germania. — Var. **majus** Penzig Michelia II, p. 456, F. ital. tab. 1191. Effusum, totum candidum, floccosum; hyphis repentibus, subsimplicibus, continuis ramulos sporiferos breves, simplices, apice attenuatos alternatim gerentibus; conidiis in ramulorum apice conglobatis, oblongo-ovoideis, hyalinis, 4,5-5 ≃ 2-2,5. Parasiticum in cæspitulis Alternariæ tenuis, in foliis Citri Aurantii in agro Patavino. — «Secundum Corda sporophora apice inflatula, quæ non vidi».

2. **Cephalosporium macrocarpum** Corda Icon. Fung. III. p. 11, f. 30, Sacc. F. it. t. 705. — Cæspitulis minutis, vix conspicuis; sporophoris seu ramulis sporigeris continuis, subsimplicibus; capitulis conidiorum globosis 30 μ. diam.; conidiis diu et arcte conglutinatis, sphæroideo-angulosis, 4-6 μ. diam. hyalinis. 271

Hab. in hyphis Mucorum et in Polyporo fomentario putrescente, udo in Bohemia et Italia bor. — «An potius, ob conidia cohærentia, *Papulosporæ* species?».

3. **Cephalosporium curtipes** Sacc. F. it. t. 707, Mich. II, p. 286. — 272
Effusum, totum candidum, tomentellum; hyphis repentibus dichotome ramosis, usque 10 μ. diam., septatis, sporophora teretia brevissima hinc inde gerentibus; conidiis in sporophororum apice capitato-congestis, 9–10 ≃ 3½–4, ovato-oblongis, hyalinis.

Hab. in ramis caulibusque putrescentibus in horto Patavino, Ital. bor. — Forma et magnitudine conidiorum sporophorisque brevissimis a *Ceph. macrocarpo* et *Ceph. Acremonio* differt; *Botryosporium diffusum* conidiis globosis præ ceteris dignoscitur.

4. **Cephalosporium subverticillatum** Schulz. et Sacc. Fungi Slav. n. 69. 273
Schulz. Ill. fung. Slav. n. 192. — Effusum, albido-cinereum, subbombycinum; hyphis sterilibus repentibus, cylindraceis, subtortuosis, continuis, ramulos simplices v. sæpius sursum subverticillato-ramulosos gerentibus; ramis ramulisque sursum acutatis; conidiis in capitula globosa albida, 35–90 μ. diam., dense congestis, oblongis v. teretiusculis, utrinque rotundatis 6–10 μ. longis, subinde curvulis, hyalinis.

Hab. in fructibus Cucurbitæ putrescentibus, pr. Vinkovce Slavoniæ.

5. **Cephalosporium botryoides** Bon. Bot. Zeit. 1861, p. 202, t. VIII, 274
fig. 4. — Cæspitulis minutis, albis; hyphis erectis, parce septatis, albis, dichotome ramosis, ramulis fertilibus curtis, lateralibus, patentibus, apice tumidulis et gibbosis; conidiis minutissimis, ovato-ellipticis, albis, ad apices ramulorum in capitula irregularia congestis.

Hab. in foliis putridis in Guestphalia.

6. **Cephalosporium Saulcyanum** Mont. Pl. Cell. Cent. VII. p. 346. — 275
Cæspitibus laxis araneosis albis; mycelio repente, ramoso, continuo; hyphis fertilibus erectis simplicibus furcatisque, candidis, continuis alternatim seu spiraliter ramulosis, 2–2½ mm. long. 7,5 μ. latis, ramulis 30–70 ≃ 2, 5–3; conidiis in capitulum clavatum 15–30 μ. latum congestis, minutissimis globosis hyalinis, 2,5–5 μ. diam.

Hab. in cæspitibus Prasiolæ orbicularis apud Friedrichshaab Groenlandiæ in terra uda (Saulcy).

7. **Cephalosporium Bonordenii** Sacc. *Colletosporium album* Bon. 276
Handb. p. 109, fig. 154, a. b. — Cæspitulis densis, albis substantiæ medullari similibus; hyphis ramosissimis, contextis, non septa-

tis; conidiis globulosis, basi apiculatis in capitula ad ramulorum apicem collectis.

Hab. in ramis putridis dejectis, in Guestphalia. — Cæspituli densi, acu etiam rupti, filamentosi non videntur. Conidia hyalina sed in centro capitulorum obscura apparent.

8. **Cephalosporium roseum** Oud. Bijd. Fl. myc. Nederl. IX, p. 375. — 277
Mycelio repente ex hyphis subtilissimis, achromis ramosis continuis contexto, hyphas conidiophoras breves erectas emittente, conidiorum capitulo vertice ornatas; conidiis dilute hyalino-roseis, ovatis, protoplasmate granuloso dense repletis, 7 ≈ 3.

Hab. in calce diutius humectata ad superficiem murorum, Amsterdam Neerlandiæ. — Totus fungillus maculas dilute roseas format.

9. **Cephalosporium calcigenum** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, 278
p. 76. — Cæspitibus indeterminatis, latis, lanosis, crassis; mycelio repente ramoso, intertexto; hyphis sporophoris erectis brevibus, subulatis; capitulo conidiorum globoso, magno, muco involuto, albo ornatis; conidiis oblongis, albis, diaphanis.

Hab. in cubiculi parietibus nuper calce illinitis humidis, Hoyerswerda.

10. **Cephalosporium album** Preuss F. Hoyersw. n. 105. — Cæspiti- 279
bus minutis, albis, lanosis; mycelio repente ramoso, intertexto; sporophoris solitariis erectis, sæpe ramosis, apice incrassatis, capitulo conidiorum globoso, magno, muco involuto, albo ornatis; conidiis ovatis numerosis albis, diaphanis; nucleo repleto.

Hab. in truncis putridis Pinorum, Pinka, Hoyerswerda.

11. **Cephalosporium allogon** Preuss F. Hoyersw. n. 106. — Cæspi- 280
tulis latis, lanosis, albis; mycelio ramoso repente; sporophoris erectis, acumine exili nodoso, longo; conidiis obovatis subacuminatis minutis.

Hab. in interiore suberis parte in vacua lagena, Hoyerswerda.

12. **Cephalosporium robustum** Preuss F. Hoyersw. n. 14. — Cæspi- 281
tibus latis, albis; mycelio ramoso, repente; sporophoris brevibus, erectis, basi crassis, supra attenuatis; capitulis conidiorum minutis; conidiis paucis, albis, continuis, obovatis.

Hab. in ligno Mali putrescente in hortis, Hoyerswerda.

PAPULOSPORA Preuss F. Hoyersw. n. 40 (Etym. *papula* et *spora*). Hyphæ steriles effusæ, repentæ, ramosæ, septatæ, pellucidæ; ramulis fertilibus seu sporophoris pedicelliformibus adscendentibus

septatis, apice capitula conidiorum vix secedentium (sporam cellulosam solitariam referentia) gerentibus. Conidia globulosa v. ovoidea hyalina v. læte colorata.

1. **Papulospora sepedonioides** Preuss F. Hoyersw. n. 40 et in Sturm D. C. Fl. VI, t. 45. — Hyphis sterilibus effusis ferrugineis ramosis, septatis, intertextis; sporophoris pellucidis albis, pedicelliformibus septatis; conidiis oblongis 10-15 μ. longis, plasmate partito, in capitulum rubrum centro obscurius, jugiter conglutinatis. 282

Hab. in Brassica oleracea putrida in cellis et in pomis semiputridis in asseribus aere exclusis Hoyerswerda, in colla oryzina King's Cliffe Britanniæ. — Sec. auctores capitula centro continent corpus cellulosum rubrum 45 μ. diam. conidiis vestitum.

2. **Papulospora candida** Sacc. Mich. II, p. 576. — Effusa, breve velutina, candida; hyphis repentibus, filiformibus, septulatis, 3,5-4 μ. diam., hyalinis, ramulosis brevibus patentibus, sub-1-septatis; conidiis v. cellulis ovato-oblongis, subinde subcompressis, in capitulum globosum, 30-35 μ. diam., arcte conglutinatis (nec secedentibus), hyalinis, sæpe guttatis. 283

Hab. in clava Geoglossi glabri putrescentis, Newfield Am. bor., socio *Verticillio* (Ellis). — Conidia vel cellulæ in quoque capitulo 26-36.

TRICHODERMA Pers. Disp. fung. p. 12 emend. Harz Hyph. pag. 29 (Etym. *thrix* pilus et *derma*), *Pyrenium* Tode p. p. — Hyphæ steriles decumbentes in cæspitulos planos compactiusculos aggregatæ; rami fertiles adscendentes, typice divaricato-2-3-fidi, apicibus non inflatis ibique conidia capitata, minuta, læte colorata v. hyalina gerentes. — Specie prima dempta, ceteræ ferme dubiæ, præcipue ob insertionem conidiorum ignotam!

1. **Trichoderma lignorum** (Tode) Harz Einig. Hyph. pag. 29, t. IV, f. 6. *Pyrenium lignorum α vulgare* Tode Mekl. I, p. 33, t. III, f. 29, *Trichoderma viride* Pers. Syn. p. 230, Sacc. F. ital. t. 953. — Cæspitulis subcircularibus, pulvinatis, compactiusculis, dein effusis, initio albis, dein centro, demum omnino æruginosis, subinde flavicantibus; hyphis filiformibus continuis; fertilibus ascendentibus bi-trifido-ramosis; conidiis globosis, minutis, æruginosis, 3 μ. diam., in capitula parva acrogena collectis. 284

Hab. in cortice, ligno, foliis ramentisque putrescentibus in tota Europa, America boreali et australi. — Sistit statum conidicum *Hypocreæ rufæ*.

2. **Trichoderma granulosum** Fuck. Symb. myc. p. 364. — Cæspitulis gregariis, minutis, globosis, substipitatis, fuscis; conidiis demum liberis compactisve, minutissimis, globosis, flavo-virentibus. 285

Hab. in radicibus fagineis putridis pr. Eberbach Germaniæ.

3. **Trichoderma lateritio-roseum** Lib. in Cooke Grevilleæ. — Hemisphærico-pulvinatum, confluens, lateritio-roseum, pallescens; conidiis pellucidis, minimis, ovalibus. 286

Hab. in tuberibus putridis Solani tuberosi in Arduennis (Libert).

4. **Trichoderma vulpinum** Fuck. Symb. App. II. p. 80. — Cæspitulis gregariis sparsisque, raro confluentibus, subrotundis seu hemisphæricis oblongisque, 2-4 mm. lat., 2 mm. crass. levibus, sordido-albis, primo clausis, demum vertice irregulariter laceratis; conidiis copiosis, globosis, ochraceis, circa 4-5 μ. diam. 287

Hab. in stercore vulpino rarius pr. Budenheim Germaniæ. — Cuticula cæspitulum tegens, adest manifesta et post formationem conidiorum persistit. — «An ergo *Trichoderma?*».

5. **Trichoderma penicillatum** Wallr. Fl. cr. Germ. n. 1756. — Cæspitulis globosis basi depressis, fibris propexis brevibus fragilissimis candidis tectis, intus conidiis grumosis flavo-aurantiis fœtis. 288

Hab. ad ligna putrescentia Corylorum passim in Germania. — De hac et sequente specie dubia supersunt.

6. **Trichoderma pezizoideum** Wallr. Fl. cr. Germ. n. 1755. — Cæspitulis globosis, nonnisi in basin brevem productis subturbinatis v. subcylindricis, extus villo candido brevissimo obductis; conidiis dense conglobatis æreo-virentibus demum in vertice prominulo cæspituli emergentibus. 289

Hab. ad ligna decorticata quercina passim in Germania.

7. **Trichoderma album** Pr. F. Hoyersw. n. 140. — Subgregarium, minutum album; cæspitulo rotundato, pilis subseptatis laxis amicto; capillitio erecto, ramoso, pallido, ramis filiformibus; conidiis minutis globosis albis. 290

Hab. in ramulis dejectis semiputridis Rosæ, Hoyerswerda.

8. **Trichoderma rubro-pallens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2393. — Pulvinatum, confluens; strato cæspitoso albo, pallido, fatiscente in pulverem conidiorum rubrum. 291

Hab. ad vetustos Polyporos observatum, Bethlehem Amer. bor. — Affine et evidenter congener *T. viridis.*

9. **Trichoderma collæ** (Schw.) Sacc. *Pyrenium collæ* Schw. Syn. Am. bor. n. 2411. — Magnitudine seminis papaveris, nidulans in colla et 292

aggregatim aut cæspitosim prorumpens, ovato-globosum, incarnato-aurantium, tomento albido subinvolutum; intus similare, durum.

Hab. in colla indurata mucosa, Bethlehem Amer. bor.

10. **Trichoderma cinnabarinum** Wallr. Fl. crypt. n. 1752. — Cæspitulo subrotundo, ex hiphis læte cinnabarino-puniceis stipatis dense obtexto, dein a vertice inde in conidia primum conglobata stelliformia dein globosa distincta minima miniata fatiscente grumulosque pulverulentos nudos inconditos effusos mentiente. 293

Hab. ad pannos detritos in caveis udis projectos, in Thuringia. A *Sporotricho pannorum* Ehrenb. caute dignoscendum. Cæspituli primum punctiformes, dein majores semina Papaveris fere æquantes ex hyphis undique constipatis conidiorumque cumulum arcte involventibus compositi, amœne punicei, raro integri deprehenduntur, frequentius fatiscunt et pilos panni demum undique colore cinnabarino-miniatos tingunt.

11. **Trichoderma dubium** Alb. et Schw. Lus. p. 136, Fr. S. M. III, p. 216. — Subelongatum, adnatum, albidum dein luteum; conidiis compactis globosis concoloribus. 294

Hab. ad truncos vetustos cariosos fagineos in Suecia, Germania. — Variat subrotundum, ovale, sæpius lineare et seriatim confluens. Peridium (?) minus distinctum, quam in prima specie. Ceterum colore ab ea abunde distinctum, licet non satis cognitum sit.

12. **Trichoderma flavum** Somm. Lapp. p. 312. — Rotundatum, subliberum, villo albido obductum; conidiis minimis globosis flavis. 295

Hab. in variis quisquiliis putridis v. c. in panno vetusto; in Gado virente corrupto in Lapponia et Germania (Sommerf.). — Gregarium; primo sistit maculam parvam byssinam albam, sæpe late effusam, in qua oritur peridium (?) rotundatum, tenuissime albido-floccosum, 4-6 mm. latum, intus nucleo flavescente subpellucido. Sommerfeltii fungus paulo major, basi elongatur, ut subturbinatus evadat; 6-10 mm. altus. Velo evanescente e conidiis subperiphericis flavissimus evalit, sub quorum strato, ut in *Ægerita*, adest basis alba, sed ex hyphis tenuissimis compacte contexta, e qua hyphæ inter conidia porriguntur. — A *Botr. aurantiaca* Link diversissimum.

13. **Trichoderma globosum** Schw. Car. n. 524. — Globoso-pulvinatum, cinereum, demum olivaceo-nigrum; conidiis ovatis. 296

Hab. in ramis emortuis præcipue Liriodendri in Amer. Sept. *Trichoderma de lignorum* majus, agmine denso propullulans, confluens, jam externo colore recedens. Hyphæ vero in utroque sat si-

miles, hyalino-pellucidæ, septis raris at ægre conspicuis. Conidia ovata, subpellucida, fusca.

CORETHROPSIS Corda Prachtfl. 1, tab. I. (Etym. *corethron* scopa et *opsis* aspectus). — Hyphæ fertiles longe decumbentes, sporophora simplicia v. furcata, erectiuscula apice non v. vix inflata gerentes. Conidia capitata et sterigmatibus suffulta, continua, hyalina, ellipsoidea. — Characteres generis, meo sensu, ut *Cephalosporium*, sed capitula basidiis et subinde sterigmatibus radiantibus instructa.

1. **Corethropsis paradoxa** Corda Prachtfl. p. 1, t. I. *Stachylidium paradoxum* (Corda) Bon. Handb. fig. 152. — Hyphis albidis, fasciculatis adscendentibus, infra ramulos fertiles seu sporophoros septatos bi- vel trifidos emittentibus; sporophoris apice inflatis et capitato-sterigmatophoris; basidiis obclavatis; sterigmatibus filiformibus; conidiis ovoideis hyalinis. 297

Hab. ad terram (?) in agro Pragensi. — «Verisimiliter stroma erectum (isariaceum), de quo loquitur Corda, est vera *Isaria*, in qua *Corethropsis* parasitatur».

2. **Corethropsis pulchra** Sacc. Mich. I, p. 83, F. ital. t. 46. — Sordide alba majuscula; hyphis sterilibus repentibus, filiformibus, septatis, hinc inde angulato-flexis; fertilibus ex hypharum sterilium angulis assurgentibus filiformibus, 110 ≃ 7-8, sola ima basi 1-septatis, apice globulo conidiorum persistente 32 μ. diam. ornatis; basidiis ex hypharum apice obtuse attenuato radiatim divergentibus, subclavatis, sterigmata 3-5 pariter divergentia clavulataque gerentibus; conidiis in sterigmatum apice acrogenis ovato-oblongis, 3 ≃ 1, hyalinis. 298

Hab. in insectis putrescentibus eorumque *Isariis* ad folia Carpini Betuli, nec non ad folia Agrimoniæ Eupatorii, ut videtur, rarius, in Italia boreali. — Var. **brasiliensis** Sacc.: basidiis paulo crassioribus; conidiis 5-6 ≃ 1,5-2. In hypophyllo Filicum in Brasilia (Dedit cl. domina Bommer).

3. **Corethropsis australis** Speg. Fungi Arg. Pug. IV, n. 321. — Minutissima, candida; hyphis hyalinis, sterilibus procumbentibus, vage repentibus, fertilibus exsurgentibus, 100-120 ≃ 7-8, simplicibus, parcissimis, septulatis, apice vix capitulato-inflatis, 18 μ. crass.; sterigmatibus in parte superiore capituli tantum insidentibus, cylindraceo-clavatis, 8-9 ≃ 2, hyalinis, densiuscule stipatis; conidiis non 299

catenulatis, acrogenis, ellipticis v. elliptico-cylindraceis, 4-5 ≃ 2-2,5, hyalinis.

Hab. parasitica in ramulis obliteratis Isariæ arachnophilæ? in aranea quadam ad truncos cariosos in nemoribus «Montes largos» dictis, in Argentina.

SPICULARIA Pers. Myc. Eur. I, p. 39 em., Fuck. Symb. myc. p. 359 (Etym. a *spicula*). — Hyphæ fertiles erectæ, sursum ramulos breves verticillatos capitulum formantes exerentes. Conidia in apice ramulorum capitata.

1. **Spicularia Icterus** Fuck. Symb. myc. pag. 359, tab. II, fig. 34. 300
— Cæspitibus laxis, in macula exarida; hyphis fructiferis erectis, 2 mm. altis, septatis, ohraceis, apice verticillato-ramosis, ramulis binis apice conidia capitulata gerentibus; conidiis candidis, oblongo-ovatis, breviter stipitatis, 14 ≃ 8, simplicibus(?).

Hab. in foliis Vitis viniferæ varietatum plurimarum, quibus morbum dictum *Gelbsucht* affert, in Rhenogovia.

CYLINDROCEPHALUM Bon. Handb. p. 103, *Menispora* Corda et Cooke p. p. (Etym. *cylindros* et *cephalos* capitulum). — Hyphæ steriles obsoletæ v. manifestæ, repentes; fertiles erectæ simplices, apice monocephalæ. Conidia breve cylindracea in capitulum digesta, sessilia, hyalina v. late colorata. — Est *Haplotrichum* conidiis teretibus. A *Cylindrotricho* differt conidiis capitatis.

I. *Eu-Cylindrocephalum.*

Hyphæ steriles obsoletæ; fertiles elongatæ.

1. **Cylindrocephalum aureum** (Corda) Bon. Handb. p. 103, *Menispora aurea* Corda Ic. fung. II, pag. 12, fig. 56. — Cæspitulis minutis auratis; hyphis fertilibus ascendentibus, basi septatis, cellula summa elongata inflatula, sporophora; conidiis cylindraceis, apicibus rotundatis, in capitulum oblongo-ovatum aureum collectis. 301

Hab. in foliis lignoque Coryli Avellanæ pr. Prag Bohemiæ.

2. **Cylindrocephalum hyalinum** (Cooke et Harkn.) Sacc., *Menispora hyalina* Cooke et Harkn. in Grevillea 1881, p. 129. — Effusum, albidum; hyphis tenuibus, erectis, hyalinis; conidiis ad apicem fasciculatis, cylindricis, rectis vel leniter curvulis, utrinque rotundatis, continuis, hyalinis, 14-16 ≃ 2. 302

Hab. in ligno emortuo Eucalypti in California, sociâ quadam algâ viridi

II. *Cepho-cylindrium* Sacc.

Hyphæ steriles copiosæ; fertiles breves.

3. **Cylindrocephalum stellatum** (Harz) Sacc., *Cephalosporium stellatum* Harz Hyphom. pag. 31, tab. II, fig. 5. — Mycelio tenui, filiformi, repente, vix septulato; ramis fertilibus erectis, cylindricis, breviusculis; conidiis capitatis, 6-15 in quoque capitulo, cylindraceis, 5 μ. longis. 303

Hab. in Stilbo bulboso et St. vulgari parasitice, Wien Austriæ, et in Fistulina putri, Selva (Treviso) Italiæ bor.

Tribus 4. **Aspergilleæ** Sacc.

ASPERGILLUS Michel. Nov. pl. gen. p. 212 em. (Etym. ab *aspergillo*). — Hyphæ steriles effusæ, repentes; fertiles erectæ, apice inflato-vesiculosæ. Conidia catenulata, basidiis nullis v. a conidiis parum diversis suffulta. — Species aliquot *Eurotii* status conidicos sistunt. In multis intra mycelium sclerotia varia flavida, rubentia v. atra formantur, de quibus cfr. Wilhelm Pilzg. Aspergill. Berlin 1877. — Genus vastum sed species ejus non paucæ profecto dubiæ v. duplicatæ censendæ sunt.

I. Glaucescentes et virentes.

1. **Aspergillus glaucus** (L.) Link Sp. pl. Fungi I, p. 67, *Mucor glaucus* L., *Monilia glauca* Pers. — Hyphis repentibus, floccosis, ramosis, indistincte septatis, incoloribus; fertilibus erectis simplicibus, subcontinuis, hyalinis v. glaucescentibus, apice in vesiculam sphæricam desinentibus; conidiis circa vesiculam congregatis, concatenatis, basi sterigmatibus cylindraceis, hyalinis, 15 ≃ 4, suffultis, globosis muriculatis, primo hyalinis, dein glaucis, 8-10 μ. diam. 304

Hab. in ramis, foliis, fructibus omnibusque substantiis organicis putrescentibus in toto orbe vulgatissimus. — Sistit statum conidicum *Eurotii herbariorum*. — Var. ***olivascens** Sacc. F. it. tab. 702. Capitulis conidiorum viridi-olivaceis; hyphis subhyalinis 400-500 ≃ 18-20, in vesiculam globosam 60 μ. diam. desinentibus; conidiis globosis, 8-10 μ. diam., dein asperulis, olivaceis, catenulatis, basidiis brevibus teretibus suffultis. In fungis, Agaricis præprimis, putrescentibus, Montello in Italia boreali.

2. **Aspergillus repens** (Corda) Sacc. Mich. II. p. 577. *A. glaucus* var. *repens* Corda Ic. fung. V, p. 53, fig. 24. — Hyphis fertilibus continuis subhyalinis, 300-400 ≃ 10-14, apice in vesiculam globosam 305

30–35 μ. diam. inflatis; basidiis oblongis, 15 ≈ 4; conidiis catenulatis, inferioribus, globosis, 5–6 μ. diam., superioribus ovoideis, 10 ≈ 6, asperulis subhyalinis.

Hab. in figuris gypseis udis in Bohemia, et in Polyporo parasiticus, Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis).

3. **Aspergillus griseus** Link Sp. pl. Fung. I, p. 69, Bon. Handb. p. 112, fig. 188. — Hyphis sterilibus effusis griseis, ramosis, vix septatis; hyphis fertilibus erectis, septulatis; capitulis globoso-clavatis, minutis, griseis; conidiis minutis globosis, 2,5–3 μ. diam.; basidiis oblongis parvis. 306

Hab. in fructibus aliisque substantiis putrescentibus in Germania, Britannia, Gallia, Belgio, Italia, Amer. australi. — *Byssocladium fenestrale* Link (*Sporotrichum fenestrale* Ditm. D. C. Fl. III, t. 1) saltem quale ipse in vitris humidulis cubiculorum observavi, sistit *A. grisei* formam peculiarem mycelio dendritico-radiante ex loco. Hoc *Byssocladium* lectum est in Britannia, Belgio, Germania, Gallia, Italia etc.

4. **Aspergillus cinereus** Speg. Fung. Arg. Pug. III, n. 140. — Sparsus, fere solitarius, cinereus, hyphis flexilibus assurgentibus, filiformibus, continuis, 200–250 ≈ 3, hyalinis apice vesiculoso-inflatis, 50–70 μ. diam.; sterigmatibus cylindraceis v. conicis, obtusiusculis, 8 ≈ 3, hyalinis; conidiis catenulatis, levibus, minutis, 3,5–4 μ. diam., hyalinis. 307

Hab. ad plantas exsiccatas in herbariis, Bonaria Argentinæ.

5. **Aspergillus fumigatus** Fres. Beitr. p. 81, t. X, f. 1–11. — Hyphis sterilibus parcis; fertilibus assurgentibus, cylindricis, $^1/_6$–$^1/_4$ mm. long., sursum sensim crassioribus, fumoso-griseis; vesicula sphæroidea, 16–30 μ. diam., basidiis crebris radiantibus subfuligineis; conidiis sphæricis, levibus, 2,5 μ. diam., viridulis. 308

Hab. in lingua humana et in pulmonibus Otidis tardæ in Germania.

6. **Aspergillus virens** Link Obs. I, p. 14, Spec. I, p. 67, Sacc. F. ital. t. 20, Mich. I, p. 78. — Hyphis sterilibus repentibus, ramosis; fertilibus assurgentibus filiformibus, 300–500 ≈ 10, parcissime septatis, apice vesiculoso-inflatis, amœne virentibus; conidiis globosis, catenulatis, minutis, 3 μ. diam., viridulis, sæpe 1-guttulatis e vesicula immediate oriundis. 309

Hab. in nidis vesparum putrescentibus in Italia boreali, in fungis putrescentibus aliisque corporibus organicis putridis in Germania, Britannia, Belgio. — «Hunc genuinam speciem Linkianam

sistere fingo, etsi ad hanc eamdem quoque forma virescens *Aspergilli glauci* in fungis obvia æquo jure referri possit ».

7. **Aspergillus macrosporus** Bon. Handb. p. 112, fig. 193. — Cæspitulosus, cyaneo-virens, hyphis infra attenuatis, septulatis hyalinis; vesicula globosa levi; conidiis majusculis globosis, catenulatis, sordide purpurascentibus. 310

Hab. in pane nigricante in Guestphalia et in carne suina sale servata in Belgio.

8. **Aspergillus mucoroides** Corda Ic. fung. II, pag. 18, fig. 76. — Hyphis fertilibus, basi subfasciculatis continuis, initio albis, dein subcastaneis nitidis, fragilibus vesicula sphærica, levi; conidiis ovoideis griseo-virentibus in catenulas incompletas digestis. 6-6,5, μ. long. 311

Hab. in Mycodermate ad dolium vinarium in Bohemia.

9. **Aspergillus Hageni** Hall., Catt. Mic. corp. um. p. 123, t. VI, f. 8. — Hyphis fertilibus apice inflatis; basidiis radiantibus fusoideis apice acutis; conidiis catenulatis globosis viridulis. 312

Hab. in meatu auditivo externo hominis, otite laborantis (Hagen).

10. **Aspergillus microsporus** Boke, Catt. Mic. corp. um. p. 123, t. VI, f. 9. — Hyphis fertilibus simplicibus sub continuis, apice clavato-inflatis; basidiis simplicibus radiantibus breve fusoideis; conidiis catenulatis sphæricis, exiguis, glaucis. 313

Hab. in membrana tympani hominis ægrotantis.

11. **Aspergillus Michelii** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa XXIV, p. 76. — Mycelio effuso, hinc inde geniculato-conjugato; hyphis fertilibus erectis, simplicibus continuis; capitulo globoso, basidiis radiatis, brevibus confertis, omnino tecto; conidiis simplicibus hilo instructis, nucleo farctis, concatenatis in floccos simplices capituli basidiis insertos digestis. 314

Hab. in putrescentibus, Hoyerswerda.

II. Albicantes.

12. **Aspergillus candidus** Link Sp. pl. Fungi I, p. 65, Sacc. F. ital. t. 704. — Hyphis sterilibus repentibus; fertilibus gregariis, erectis simplicissimis, persistenter albis, continuis, 160-200 = 3,5-5, apice in vesiculam globoso-ellipsoideam parvam desinentibus; conidiis globosis concoloribus, 2,5-3 μ. diam., catenulatis. 315

Hab. ad plantas siccas fungosque locis udis conservatos minime rarus in Germania, Gallia, Britannia, Italia, America bor.,

Cuba etc. — Parvitate conidiorum et colore ab *A. glauco* statim dignoscitur.

13. **Aspergillus stercoreus** Sacc. Mich. I, p. 78, F. ital. tab. 19. — 316
Effusus, laneus, canescens; hyphis fertilibus assurgentibus, filiformibus, continuis, 600-800 ≈ 20, hyalinis, apice vesiculoso-inflatis; conidiis catenulatis, e globoso ovoideis, 7-10 ≈ 6-7, hyalinis e sporophoris conico-oblongis vesiculam tegentibus oriundis.

Hab. in stercore humano putrescente in Italia boreali et in Argentina (Spegazzini).

14. **Aspergillus clavatus** Desm. Ann. Sc. nat. 1834, II, p. 71, t. II, 317
fig. 4, Sacc. F. ital. t. 701. — Hyphis sterilibus effusis, laneis sordide albis; fertilibus continuis, prælongis usque 3 mm. long., 40-50 μ. diam., sursum inflato-clavatis; conidiis minutis, 4 ≈ 2-3, hyalinis, basidiis brevibus suffultis.

Hab. in stercore anserino, gallinaceo aliisque corporibus putrescentibus in Gallia, Belgio, Italia, America bor.

15. **Aspergillus clavellus** Peck 34 Rep. St. Mus. 49, t. II, f. 1-5. — 318
Hyphis sterilibus repentibus, copiosis, albis, laxis; fertilibus erectis sursum in vesiculam oblongo-ellipticam v. clavatam abeuntibus; capitulo initio albo, dein glauco-virente; conidiis globosis v. late ellipsoideis levibus 4-5 μ. long., catenulatis.

Hab. in oleribus? coctis *(cooked squash)*, Albany Amer. bor. — « Affinis *Asp. clavato* ».

16. **Aspergillus Mülleri** Berk. Austral. Fungi n. 207. — Niveus; mycelio repente; hyphis fertilibus, erectis, subflexuosis; conidiis inæqualibus ellipticis obovatisque minutissime asperulis, 10-12 μ. d. 319

Hab. in Lepiota bubalina Oolingyarrah Australiæ. — Eadem species, ut videtur, occurrit in *Agarico luminante* in Australia.

17. **Aspergillus mollis** Berk. Engl. Fl. V, p. 340. — Hyphis fertilibus erectis, albis, dichotome ramosis, apice clavatis; conidiis majusculis, subglobosis. 320

Hab. in foliis emortuis in Britannia. — Sistit fasciculos minutos, sparsos albosque ex mycelio tenui procumbente.

18. **Aspergillus dubius** Corda Ic. fung. II, p. 18, fig. 77. — Cæspitibus minutis albis; hypha fertili simplici recta pellucida ½-1 mm. alta; vesicula globosa alba ab hypha septo divisa, basidiis tereti-clavatis simplicibus tecta; conidiis obovatis inæqualibus candidis, nucleatis. 321

Hab. in caseo helvetico et hollandico, cum *Oospora crusta-*

cea in Bohemia — A *Sterigmatocyste dubia*, ad quam solito ducitur, basidiorum fabricâ omnino diversus.

III. Rubescentes.

19. **Aspergillus ochraceo-ruber** Sacc. F. ital. t. 17, Mich. I, p. 77. 322
— Gregarius, totus amœne ex ochraceo ruber; hyphis sterilibus repentibus parce septatis, fertilibus erectis, circa ¾ mm. altis, filiformibus, septatis, apice vesiculoso-inflatis; conidiis catenulatis, radiantibus, ovoideis basi subapiculatis, majusculis, 15-18 ≈ 12-13, plerumque multiguttulatis; capitulis ¼ mm. diam.

Hab. in cortice lignoque putri juglandino, Patavii Italiæ bor. — Ab *Asp. roseo* Cooke Handb. p. 588, probe diversus.

20. **Aspergillus oosporus** (Link) Wallr. Fl. cr. n. 1928, *A. ovalispermus* Link Obs. II, p. 37. — Hyphis robustis, densis erectiusculis; conidiis ovalibus incumbentibus albis. 323

Hab. ad poma putrida passim in Germania. — « Sec. Bonorden species hæc cum *Asp. dubio* Corda collidit, quod absonum videtur ». Cfr. Corda II, f. 77.

21. **Aspergillus erythrocephalus** B. et C. Fungi Cub. n. 642. — Hyphis hyalinis rigidis e mycelio flavo oriundis; capitulo globoso lateritio; conidiis late ellipticis, 10 μ. longis e vesicula papillata oriundis. 324

Hab. in fructibus dejectis in Cuba.

22. **Aspergillus carneolus** Sacc. Mich. I, p. 77, F. ital. tab. 18. — Effusus, sordide carneus; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, parce septatis, filiformibus; fertilibus assurgentibus, filiformibus, 120-130 ≈ 10, septatis, apice vesiculoso-inflatis, vesicula levi 30 μ. diam.; conidiis catenulatis, sed mox secedentibus, ovato-oblongis, 6-8 ≈ 3-4, e hyalino roseis. 325

Hab. in culmis et paniculis putrescentibus udis Sorghi vulgaris, Selva (Treviso) Ital. bor. — Ab *Asp. roseo* Link, Berk., cujus habitum refert, conidiis oblongis nec globosis hyphisque septatis nec continuis statim distinguitur.

23. **Aspergillus roseus** Link sec. Berk. Engl. Fl. V, p. 340, nec auct. — Mycelio tenui; hyphis fertilibus simplicibus, non septatis; conidiis globosis minutis, roseis, moniliforme catenulatis. 326

Hab. in charta humida, lino, tapetis in Britannia. — « Secundum diagnosim Berkeleyi vera *Aspergilli* species, sed typus Linkianus, sec. auctores, spectat ad *Haplotrichum*, quod cfr. ».

24. **Aspergillus purpureo-fuscus** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2680. — 327

Mycelio longe lateque effuso, tenui; hyphis fertilibus ramosis et erectis, aut etiam simplicibus, septatis purpureo-fuscis; conidiis creberrimis, concoloribus, demum canescentibus, majusculis.

Hab. in caulibus putridis Brassicæ rarius Bethlehem Amer. bor. — Species elegans et persistens.

IV. Flavescentes et fulvi.

25. **Aspergillus flavus** Link Obs. I, p. 14, Nees Syst. f. 60. Bonord. Handb. f. 192. — Hyphis arachnoideis albis; fertilibus erectis laxe cæspitosis, circa apicem subglobosum album, verruculosum, dein lutescentem, conidia globosa exigua, 5-7 μ. diam. tenuissime verruculosa concoloria colligentibus; sterigmatibus simplicibus. 328

Hab. ad plantas siccatas herbariorum, in cera humida, in excrementis, ad truncos in Germania, Belgio, Italia, America boreali. — Sclerotia, sec. Wilhelm, minuta tuberosa, nigra.

26. **Aspergillus flavidus** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 913. — Flavidus; hyphis granulatis inarticulatis; conidiis late ellipticis, 6-7 μ. longis. 329

Hab. in insula Ceylon. — Conidia ex basidiis minutis erectis facile dilabentibus oriuntur.

27. **Aspergillus fimeti** Sacc. et Speg. F. ital. t. 703, Mich. II, p. 543. — Gregarius, lutescens; hyphis fertilibus cylindraceis e mycelio repente surgentibus, spurie septatis, 800-1000 ≈ 20-25, sursum in vesiculam ovoideam inflatis; conidiis ovoideis, 8-10 ≈ 6-7, hyalinis, guttulatis, coacervatis luteolis; basidiis nullis v. perexiguis. 330

Hab. in stercore suino, Selva (Treviso) Italiæ bor.

28. **Aspergillus alutaceus** B. et C. North Amer. Fungi n. 655. — Hyphis tenuibus alutaceis; conidiis globosis alutaceis; basidiis seu sporophoris linearibus flexuosis. 331

Hab. in Zea Mayde putri in America boreali.

29. **Aspergillus spiralis** Grov. New or not. Fungi II, p. 10, t. 257, f. 5. — Hyphis sterilibus dichotomis, septatis, effuso-intricatis, spiralibus, citrinis; fertilibus luteis, erectis, continuis, semel bisque apice dichotomis, ramulo utroque in capitulum subclavatum evadente; sterigmatibus simplicibus, obovatis vel oblongis medioque constrictis (soleiformibus), 20-30 ≈ 10; conidiis obovatis, dein globosis, inæqualibus, levibus, luteis, dein glaucescentibus, 10-12 μ. d. 332

Hab. in subere, quo phiala solutionis ammonio-carminiaceæ plena claudebatur, Birmingham. — Conidia nonnumquam 8-15 μ. longa, inferiora, obovata; hyphæ steriles eximie spiraliter

tortæ, æque ac infra fertiles; hæ sæpe ad apicem usque spirales. *Penicillio bicolori* Fr. seu *Moniliæ Penicillo* Pers. Obs. II, pl. 4, f. 9, ut videtur, subsimilis.

30. **Aspergillus laneus** Link Sp. pl. Fungi I, p. 66. — Hyphis ramosis implexis expansis sublanatis, dein versus apicem globosum luteolis ibique conidiis lutescentibus suffusis. 333

Hab. ad fungos putridos rarius in Germania,

31. **Aspergillus ferrugineus** Fuck. Symb. myc. p. 358, nec Link. — Ferrugineus; hyphis sterilibus repentibus, continuis, ramosis; fructiferis erectis 1 mm. altis, longitudinaliter striatis, non septatis; capitulis globosis; conidiis minimis, ovatis. 334

Hab. in doliis in cellis vinariis udis, Œstrich Rhenogoviæ.

32. **Aspergillus africanus** Dur. et Mont. Fl. Alg. I, p. 342, Syll. crypt. n. 1113. — Hyphis fertilibus rufo-spadiceis, erectis, ramosis septatis ramisque patentibus, anastomosantibus apice inflato-capitatis; capitulis globosis, oblongis aut ovoideis aculeatis; conidiis sphæricis concoloribus subconcatenatis. 335

Hab. in acervulis Opuntiæ prope Alger (Durieu).

33. **Aspergillus flavescens** Wred. Myringomyk. 1868, Catt. Mic. corp. um. p. 120, t. V, f. 7. — Mycelio lanuginoso; hyphis fertilibus simplicibus v. subramosis apice globoso-inflatis; basidiis tenuibus radiantibus; conidiis sphæroideis fusco-flavidis. 336

Hab. in meatu auditivo hominis in Rossia.

V. Fuscescentes.

34. **Aspergillus nigricans** Cooke Some Mould p. 3, t. IX, f. 3 et in Grevillea. — Hyphis fertilibus erectis, albis, simplicibus, continuis apice in vesiculam globosam inflatis; basidiis linearibus conidia sphærica, 5 μ. diam., subfuliginea, catenulata gerentibus. 337

Hab. in meatu auditivo humano in Britannia (A. E. Durham). Capitula nudo oculo nigra, 100 μ. d. *A. nigrescens* differt.

35. **Aspergillus fuliginosus** Peck 26 Rep. p. 79. — Hyphis repentibus hyalinis, septatis; fertilibus erectis, continuis, apice vesiculâ muriculatâ coronatis; conidiis globosis, fuliginosis, levibus, 4 μ. d. 338

Hab. in colla oryzina aliisque substantiis vegetabilibus, Albany Amer. bor. — Cl. Peck coluit quoque in fructibus Mali. Vesicula describitur *rough with projecting processes.*

36. **Aspergillus fuscus** Bon. Bot. Zeit. 1861, p. 202. — Effusus, fusco-albus; hyphis sterilibus repentibus; fertilibus curtis deorsum 339

attenuatis, haud septatis, vesicula ovali; basidiis piriformibus; conidiis globosis, majusculis, spinulosis, radiatim catenulatis, fuscis.

Hab. in foliis siccis Corni albæ in Guestphalia.

37. **Aspergillus cimmerius** B. et C. North Amer. Fungi n. 656. — 340
Aterrimus; hyphis septatis; conidiis ellipticis, 7 μ. long., processibus minutis interjectis; conidiis basilaribus cuneiformibus.

Hab. in fructibus Pæoniæ, New England Amer. bor. (Russel).

38. **Aspergillus olivaceus** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 77. 341
— Hyphasmate effuso, ramoso, repente; hypha fertili simplici recta, pellucida, continua, supra incrassata; capitulo minuto; fibris suffultoriis brevibus, olivaceis; catenis conidiorum olivaceo-fuscis; conidiis minutis, levibus, hyalinis, globosis, nucleum includentibus.

Hab. in humido pulvere herbæ Taraxaci, Hoyerswerda.

39. **Aspergillus Cookei** Sacc. *Aspergillus mucoroideus* Cooke in Grev. 342
vol. XII, p. 9, nec Corda. — Gregarius; mycelio albo, intricato-intertexto; hyphis erectis, hyalinis, continuis, vesicula magna globosa coronatis; basidiis brevibus, cylindricis; conidiis diu persistentibus, globosis, fuscis, 4 μ. d., concatenatis, capitulum globosum, 150 μ. d., atrum formantibus.

Hab. in plantis dejectis e. g. Gomphrena, Arnheim's Land; in foliis, Jhonstone River (Berthold).

40. **Aspergillus nanus** Mont. Syll. Crypt. n. 1112. — Fuliginosus; 343
stipitibus brevibus achromaticis, e crusta flavescente exsurgentibus, capitulo sphærico coronatis; capitulo conidiis brevissimis radiatis tecto; basidiis hyalinis, 15 μ. longis, simplicibus concatenatis fuligineis sphæricis, 3. μ. diam.

Hab. in Oryza cocta ubi *Micrococcus prodigiosus* colebatur, in consortio *Penicillii glauci, Mucoris Mucedinis* etc. Paris Galliæ. — Totus fungillus vix semimillimetro longior. Capitulum primitus album, dein fuliginosum, pulverulentum. Stipes hyalinus, continuus, erectus, $^1/_{50}$ mm. crassus, in capitulum sphæricum dilatatus, 60 μ. diametro crassum. Ab omnibus minutie coloreque capituli differre dicitur.

STERIGMATOCYSTIS Cram. Viert. natur. Gesell. Zürich 1859, Fres. Beitr. p. 83 (Etym. *sterigma* et *cyste* vesica). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ simplices apice vesiculoso-inflatæ. Conidia basidiis verticillato-ramosis suffulta, plerumque globosa. — Species numerosæ, præcipue a cl. van Tieghem et Bainier inventæ, pleræque tamen non plene descriptæ.

I. Albicantes.

1. **Sterigmatocystis italica** Sacc. Mich. I, p. 91, *A. sterigmatophorus* Sacc. Myc. Ven. Spec. p. 184, t. XVII, f. 5-8. — Candida, sparsa; hyphis fertilibus simplicibus, cylindricis, superne obscure 2-3-septatis, vesicula sphærica papillata terminatis; papillis vesiculæ periphericis ramulos conidiophoros di-trichotomos gerentibus; catenulis ex conidiis subsenis conflatis apiceque ramulorum insertis; conidiis perfecte sphæricis, circa 6 μ. diam., non contiguis, sed pedicellis seu sterigmatibus tenuissimis connexis. 344

Hab. in caryopsidibus Maydis corruptis, udis, Padova Italiæ bor., rarissime. — Affinis *S. dubiæ*, sed ab ea abunde differt sporophoris bis di-trichotomis, nec simpliciter umbellatim 4-ramulosis; conidiis sphæricis nec obovatis et præcipue per sterigmata invicem connexis.

2. **Sterigmatocystis candida** Sacc. Mich. I, p. 91 et F. ital. t. 80. — Effusa, floccosa, candida; hyphis fertilibus erectis, filiformibus, continuis, 14-15 μ. d., apice vesiculoso-inflatis; vesicula 40 μ. d., sphæroidea asperula, undique basidiophora; basidiis radiantibus clavatis, apice sterigmata 3-4 filiformia gerentibus; conidiis e sterigmatum apice oriundis, catenulatis, inferioribus oblongis, ceteris globulosis, $2^1/_2$ μ. d., hyalinis; capitulo integro 100-120 μ. d. 345

Hab. in larvis insectorum putrescentibus, Selva (Treviso) Ital. bor., et in superficie acidi citrici, Saintes Galliæ.

3. **Sterigmatocystis dubia** (B. et Br.) Sacc. F. ital. t. 902, *Aspergillus dubius* B. et Br. Ann. N. H. n. 520, nec Corda Ic. fung. II, f. 77. — Cæspitulis minutis, albis; hyphis sterilibus repentibus; fertilibus erectis simplicibus, continuis, apice globoso-inflatis; basidiis linearibus radiantibus, apice sterigmata 3-4 cylindracea gerentibus; conidiis subglobosis hyalinis, 4-5,5, 1-guttatis. 346

Hab. in stercore, caseo putri etc. in Bohemia, Britannia, Italia. — Vesicula 30-40 μ. diam. *Aspergillus dubius* Corda basidiis omnino simplicibus est genuina *Aspergilli* species quam cfr.

4. **Sterigmatocystis pulchella** Speg. Fungi Arg. Pug. III, n. 142. — Gregaria, pusilla, candida; hyphis fertilibus adsurgentibus, hyalinis, filiformibus, 200-250 ≃ 5, apice vesiculoso-inflatis, 40-50 μ. diam., sterigmatibus primariis cylindraceis, apice dilatato-incrassatis, 16-20 ≃ 3-5, tria sterigmata secundaria, subcylindracea, minuta, 5 ≃ 2, gerentibus; conidiis hyalinis, parvulis, globosis, levibus, 5 ≃ 5. 347

Hab. in corio vetusto loco udo diu servato en Ramos Mejia, Argentinæ.

5. **Sterigmatocystis coronata** v. Tiegh. Bull. Soc. bot. Fr. 1877, p. 103. — Capitulis albis usque 1 mm. diam.; sterigmatibus 10-12 in quoque basidio coronantibus; conidiis 1,5-2 μ. diam. 348

Hab. in Gallia.

6. **Sterigmatocystis alba** v. Tiegh. Bain. Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 30. — Mycelio maculiformi albo; hyphis filiformibus 84 μ. longis, vesiculam 35-45 μ. diam. gerentibus; basidiis 16-17 μ. longis: sterigmatibus 12-13 μ. longis; conidiis sphæricis albis 3,2 μ. diam. 349

Hab. in avena et charta putrescente, Paris Galliæ.

7. **Sterigmatocystis candidula** Bain. Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 30 (*S. candida*). — Alba; hypha fertili, 6,3 μ. cr.; vesicula 16-17 μ. d.; basidiis 42 μ. longis sterigmata 10 μ. longa gerentibus; conidiis levibus, globosis 3 μ. d. 350

Hab. in foliis putrescentibus, Paris Galliæ. — « Diversa a mea *S. candida* ».

II. Flavicantes.

8. **Sterigmatocystis sulphurea** Fres. Beitr. p. 83, t. X, f. 30-33. — Hyphis fertilibus simplicibus, continuis hyalinis, circ. 1 mm. longis, rarius parce septatis; vesicula globosa, asperula; basidiis clavulatis, apice sterigmata minuta, plerumque bina gerentibus; conidiis catenulatis, globosis, 2-3 μ. diam., capitulum sulphureum formantibus. 351

Hab. in excrementis Fringillæ Spini prope Frankfurt Germaniæ.

9. **Sterigmatocystis butyracea** Bain. in Bull. Soc. Bot. Franc. 1880 p. 29. — Tota pallide lutea; hyphis fertilibus erectis, inæqualibus, leniter asperulis, fusco-luteolis; vesicula globosa 46-63 μ. diam.; conidiis levibus, 5,2 μ. d., luteolis in sterigmatibus quaternis acicularibus 12,6 μ. longis insertis; basidiis 25 μ. longis. 352

Hab. in seminibus dulcibus Amygdali communis putridis. Paris Galliæ.

10. **Sterigmatocystis lutea** Bain. in Bull. Soc. Bot. Franc. 1880, p. 30. — Lutea; mycelio repente; hyphis fertilibus erectis; basidiis usque ad sex sterigmata gerentibus; conidiis levibus 6,5 μ. diam. 353

Hab. in seminibus Artemisiæ loco udo servatis, Paris Galliæ. — An differt ab hac *S. lutea*, v. Tiegh. Bull. Soc. Bot. Fr. 1877 p. 103: conidiis ochraceo-flavis, in seminibus Phœnicis?

11. **Sterigmatocystis albo-lutea** Bain. in Bull. Soc. Bot. Franc. 1880, 354
p. 30. — Minuta, albo-luteola.
Hab. in substantiis putridis, Paris Galliæ.

III. Ferrugineæ et rubescentes.

12. **Sterigmatocystis ferruginea** Cooke in Grevillea et Some Moulds 355
p. 2, t. IX, f. 2. — Effusa, lanosa, ferruginea; hyphis erectis, hyalinis, septatis, supra globoso-inflatis; vesiculæ processibus cuneatis, radiantibus, basidia 2-3 ellipsoidea apice 3-4-papillato-conidiophora gerentibus; conidiis globosis, ferrugineis, asperulis, 10 μ. diam.
Hab. in pupa Lepidopterorum, Cachor Indiæ (T. Moore).

13. **Sterigmatocystis fulva** (Mont.) Sacc. *Aspergillus fulvus* Mont. 356
Pl. Cell. Cent. VI, n. 82, Syll. cript. n. 1115. — Hyphis albis, sterilibus lanæformibus ramosis septatis, fertilibus simplicibus erectis asperulis, apice vesiculoso-inflatis; capitulo primum aurantio dein fulvo, basidiis radiantibus apice multifidis tecto, divisionibus basidiorum catenas conidiorum minutorum globosorum fulcientibus.
Hab. in Sericaria Mori, Muscardine, in Gallia australi (Guérin-Meneville).

14. **Sterigmatocystis purpurea** v. Tiegh. Bull. Soc. bot. Fr. 1877, 357
p. 103. — Basidiis rubro-violaceo-fuscis; conidiis muricatis, carneis.
Hab. in tuberibus Solani tuberosi in Gallia.

15. **Sterigmatocystis carnea** v. Tiegh. Bull. Soc. bot. Fr. 1877, p. 103. 358
— Basidiis valde crassis; conidiis carneis.
Hab. in nuce Bertholletiæ in Gallia.

IV. Glaucæ et virentes.

16. **Sterigmatocystis glauca** Bain. in Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 29, 359
pl. I, pag. 3. — Mycelio albo, pelliculoso; hyphis fertilibus erectis in vesiculam globosam 33,6 μ. diam. inflatis; basidiis 10,4 μ. long. sterigmatibus acicularibus 10,5 μ. long.; conidiis primum ovoideis, demum sphæroideis 4,2 μ. diam. glaucis.
Hab. in sedimento vini et in extracto Hyoscyami, Paris Galliæ.

17. **Sterigmatocystis varia** Bain. in Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 30. 360
— Hyphis fertilibus erectis, 420 μ. altis; in vesiculam globosam 19 μ. diam. desinentibus, luteis; basidiis 4,2 μ. long., sterigmatibus 8,5 μ. long.; conidiis globosis 2,5 μ. diam., viridibus.

Hab. in charta crassa et foliis exsiccatis Cheiranthi, Paris Galliæ.

18. **Sterigmatocystis olivacea** v. Tiegh. Bull. Soc. bot. Fr. 1877, p. 361
103. — Conidiis olivaceo-viridulis.

Hab. in Coccis tritis in Gallia.

19. **Sterigmatocystis minor** Bain. in Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 31. 362
Hyphis fertilibus 252 μ. longis; basidiis 6,3 μ. d.; sterigmatibus 8, 4 μ. long.; conidiis sphæroideis, 2,5 μ. diam. viridibus.

Hab. in substantiis putridis Paris Galliæ.

20. **Sterigmatocystis prasina** Bain. in Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 30. 363
— Conidiis sphæroideis 2,4 μ. diam,, albido-viridulis.

Hab. in substantiis putrescentibus, Paris Galliæ.

21. **Sterigmatocystis virens** v. Tiegh. Bull. Soc. bot. Fr. 1877, p. 364
104. — Conidiis glauco-viridulis.

Hab. in corio in Gallia.

V. Nigricantes.

22. **Sterigmatocystis nigra** v. Tiegh. Bull. Soc. Bot. Fr. 1877. Bain. 365
Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 30, t. 1, f. 4, *Aspergillus niger* v. Tiegh. Ann. Sc. nat. 1867, p. 240 et 1869, t. VII, f. 4. — Hyphis fertilibus erectis, 800-1000 ≃ 11-16, crasse tunicatis, hyalinis, v. sub vesicula sphærica leniter atratis; mycelii hyphis tenuioribus; capitulis subglobosis e nigro fuscis; basidiis 40 μ. longis radiantibus; sterigmatibus 8-0 μ. longis obclavatis; conidiis globosis, 3,4-4,5 tenuissime verruculosis e violaceo fuscis, catenulatis.

Hab. in dilutis gallis, in solutione tannica, saccharina, citrica, tartrica etc.; in pane udo, in urina acida, in foliis dejectis in Gallia et Germania. — Cl. van Tieghem primitus basidia simplicia descripsit postea vero ramosa vidit. — Sclerotia, sec. Wilhelm, globosa v. cylindracea pallide fusco-rufa.

23. **Sterigmatocystis fusca** Bain. in Bull. Soc. bot. Fr. 1880, p. 29, 366
pl. I, f. 4. — Hyphis erectis in vesiculam globosam 63 μ. diam. desinentibus; basidiis 27 ≃ 11, sterigmatibus 12,5 μ.; conidiis primum hyalinis dein luteo-fuscis, sphæroideis, 9,4 μ. d. verrucosis.

Hab. in seminibus Delphinii Staphysagriæ et in substantiis organicis putridis, Paris Galliæ.

24. **Sterigmatocystis antacustica** Cram. Vierteljahr. nat. Gesell. Zürich. — Hyphis sterilibus septatis, contextis; fertilibus erectis, continuis, vesicula terminatis, 1-1,5 mm. longis; basidiis radiantibus 367

copiosis apice sterigmatibus 3-5 coronatis; conidiis globosis, minutis, catenulatis.

Hab. in ductu auriculari externo humano in Germania. — Teste Wilhelm huc spectat *Sterig. nigra* v. Tiegh.

25. **Sterigmatocystis phæocephala** (Dur. et Mont.) Sacc. F. ital. t. 903, 363
Aspergillus phæocephalus D. et M. Fl. Alg. p. 342, Syll. crypt. n. 1114. — Hyphis sterilibus repentibus lutescentibus; fertilibus albis dein subochraceis gregariis simplicibus, continuis, sub apice globoso-inflato strangulatis; vesicula sphærica lutescente; basidiis clavatis radiantibus subhyalinis, 12 ≍ 5, apice sterigmatibus 2-4 oblongis, 10 ≍ 3, coronatis; conidiis minutis subglobosis, 3-4 μ. d., initio vinosis dein fuscis (tandem, ut videtur, asperulis).

Hab. super radicem Helminthiæ echioidis in Algeria (Durieu), in bulbis Allii, caseo etc. in Italia sup.; in radicibus putridis in Germania (Zimmermann), in radicibus Asparagi, Madras (Cooke), in foliis petiolisque Trithrinacis in Argentina (Speg.).

26. **Sterigmatocystis carbonaria** Bain. in Bull. Soc. bot. Fr. 1880, 369
p. 27, pl. I, f. 2. — Mycelio repente, hyalino, septato; hyphis fertilibus erectis, in vesiculam sphæroideam 31,5 μ. diam. desinentibus; basidiis clavatis 8-9 μ. long., 3-5 sæpe quattuor sterigmata gerentibus; sterigmatibus lageniformibus 27 μ. longis; conidiis sphæroideis, grosse verrucosis, catenulatis, 10,5 μ. diam., nigris, verrucis 1,2 μ. longis.

Hab. in substantiis organicis corruptis, Paris Galliæ.

DIMARGARIS v. Tiegh. in Ann. Scienc. Nat. 1875, p. 154, t. IV, f. I. (Etym. a *dis* duo et *margarites* margarita, ob duas guttas prope septa). — Hyphæ fertiles erectæ, septatæ, simplices ad septa utrinque 1-nucleolatæ, sursum vesiculoso-inflatæ; basidia clavata, teretiuscula simplicia, septata, radiantia. Conidia ad septa apicemque basidiorum oriunda, catenulata.

1. **Dimargaris crystalligena** v. Tiegh. in Ann. Scienc. Nat. 1875, p. 370
154, t. 4, f. E. 162-164. — Alba; hyphis fertilibus erectis crystalliferis, septatis, prope septa utrinque 1-nucleatis, 40 μ. latis, 4-5 mm. altis, apice vesiculoso-inflatis; sterilibus repentibus, septato-nucleolatis, gracilibus 4-6 μ. latis; basidiis in papillis vesiculæ insertis biseptatis, radiantibus catenulas conidiorum, ad septa apicemque insertas, gerentibus; conidiis ovoideis, minutis 4 ≍ 3 hyalinis.

Hab. parasitice in hyphis Mucorinearum, Paris Galliæ.

DISPIRA v. Tiegh. in Ann. Scienc. Nat. 1875, p. 160, tab. IV, fig. F. (Etym. a *dis* bis et *spira*, ob ramulos spiraliter recurvatos). — Hyphæ fertiles erectæ, septatæ, dichotome ramosæ, rami ramulique circinati, ramuli nonnulli steriles, ceteri in vesiculam sphæroideam papillatam producti. Basidia ovoideo-elongata, 1-septata, radiantia, apice catenulam conidiorum gerentia. Conidia ovoidea hyalina.

1. **Dispira cornuta** v. Tiegh. in Ann. Scienc. Nat. 1874, p. 160, t. IV, fig. F. 173-177. — Hyphis sterilibus repentibus, gracilibus, ramosis, tortuosis, septatis; fertilibus erectis crassioribus, 1-2 mm. altis, parce septatis; repetito dichotome ramosis, ramulis ramulisque circinatis, ramulis sterilibus paucis subulatis; fertilibus vesiculoso-inflatis; vesicula sphæroidea papillata, basidia radiantia, bicellularia, ovoideo-elongata in papillis inserta, gerente; catenulis conidiorum apice basidiorum orientibus; conidiis minutis ovoideis, 4-5 ≃ 3, hyalinis. 371

Hab. in fimo murino et parasitice in hyphis Mucorinearum, Paris Galliæ.

AMBLYOSPORIUM Fres. Beitr. p. 99, t. XII, f. 17-21 (Etym. *amblys* obtusus et *spora*). — Hyphæ steriles repentes; hyphæ fertiles apice non inflatæ, regulariter verticillato-ramosæ. Conidia oblonga, utrinque truncata (doliiformia) continua, catenulata, amœne colorata.

1. **Amblyosporium Botrytis** Fres. Beitr. p. 99, t. XII, f. 17-21, *Amblyosporium umbellatum* Harz Hyphom. p. 48, t. II, f. Sacc, F. it. t. 708, *Briarea aurea* Fuck. Symb. p. 359, Sacc. Mycol. Ven. p. 184, t. XVII, f. 1-4. — Cæspitulis effusis, amœne flavo-croceis, sublaneis; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus erectis, septatis, crassiusculis 20-25 μ. diam. apice ramulos bis verticillato ferentibus; conidiis ellipsoideis, majusculis primo albis dein amœne croceis utrinque truncato-apiculatis et simulate isthmo connexis, 15-18 ≃ 10-12, siccis striatulis. 372

Hab. in Agaricis, Boletis et Lycoperdis putridis in Germania, Italia, Britannia. — « *Acladium globosum* Wallr. Fl. crypt. App. n. 1943 *b.* eadem species mihi videtur ». — « *A. umbellatum*, teste Harz, differret ab *A. Botryte* catenulis conidiorum magis inter se adhærentium ramulosis capitulisque umbellatis potius quam botryoideis, sed differentiæ, ut ipse censeo, potius ab observationis momento pendent ».

PENICILLIUM Link. Sp. pl. Fungi I, p. 69 (Etym. *penicillus*), *Rhodocephalus* Corda. — Hyphæ septulatæ steriles repentes; hyphæ fertiles apice inæqualiter verticillato-ramulosæ seu penicillato-ramosæ. Conidia sphæroidea, catenulata, hyalina v. læte colorata. (St. perfectus tuberoideus, asciger, teste Brefeld) — *Penicillium curtipes* Berk Mould Amber, n. 1, est species statu fossili in Borussia reperta.

I. Glaucescentia et grisea.

1. **Penicillium glaucum** Link Obs. myc. I. p. 15, Sacc. F. ital. t. 892. 373
Aspergillus simplex Pers., *Botrytis glauca* Spreng., *Mucor crustaceus* L. (?), *Penicillium crustaceum* Fr., *Penicillium expansum* Link. — Mycelio effuso repente, candido; hyphis sterilibus repentibus, intricatis, septatis; hyphis fertilibus erectis, apice ramoso-penicillatis, ramis solitariis vel geminatis, erectis, apice 1-2-furcatis, ramulis erectis; conidiis in ramulorum apice insidentibus, concatenatis, sphæricis vel late ellipticis, levibus, æruginoso-hyalinis, 4 μ. diam.

Hab. in fructibus, foliis, caulibus omnibusque substantiis organicis udis v. putridis in toto orbe. — Forma ascophora hujus hyphomycetis præbet tubercula exigua flavida tandem ascis 6-8-sporis referta: sporidiis lenticularibus margine subcanaliculatis, hyalinis (teste Brefeld). — Var. **Coremium** (*Floccaria glauca* Grev.). Hyphis fertilibus fasciculato-constipatis, stipitem album formantibus. Hinc inde cum specie.

2. **Penicillium digitatum** (Fr.) Sacc. Fungi Ital. 894, Penzig in Mich. 374
II, p. 458, *Monilia digitata* Pers. Syn. Fung. p. 693. — Cæspitulis dense aggregatis, floccosis, glaucis; hyphis sterilibus effusis, repentibus fertilibus erectis, septatis, superne ramosis, hyalinis; ramis solitariis accumbentibus, erectis, ramulosis, ramulis binatis vel verticillatis; conidiis in apice ramulorum concatenatis, sphæricis vel ellipsoideis, levibus, albis, demum glaucis, 4-6 μ. diam.

Hab. in cortice fructuum putrescentium Citri Limonum in Italia, Gallia, Germania.

3. **Penicillium griseum** Bonord. Abh. Geb. Mykol. II, p. 92. — Cæ- 375
spitulis densis, effusis; hyphis griseis plerumque septatis, hinc inde flexis, apice leniter tumidis et *Penicillii glauci* ad instar ramosis; conidiis sphæricis griseis v. subvirescentibus, quam *P. glauci* duplo crassioribus.

Hab. in caulibus foliisque putridis, nec non in pane, in

Guestphalia. — Hypha fertilis plerumque apice furcata, subinde vero ramis asymmetricis binis ascendentibus aucta.

4. **Penicillium radians** Bonord. Abh. Geb. Mykol. II, p. 92. — Fasciculis minutis radiantibus, hyphis mycelicis repentibus interpositis; fasciculis initio albis dein cyaneo-virentibus v. cervino-griseis; hyphis continuis raro 1-septatis; ramis conidiophoris simplicibus ex apice hyphæ oriundis, subulatis; conidiis exiguis sphæricis, griseis. 376

Hab. in foliis putridis in Guestphalia.

5. **Penicillium plicatum** Bon. Handb. p. 75, fig. 81. — Plicato-membranaceum, griseo-pallens, quatuor mm. crassum, udum subgelatinosum, siccum sublaneum; hyphis parce ramosis, septatis, crassis, fertilibus apice penicillato-ramosis; conidiis majusculis, rotundis ex albo hyalinis. 377

Hab. in obturaculo vasi vinarii vetusti, terra repleti, in Guestphalia.

6. **Penicillium quadrifidum** Salisb. in Hallier's Zeitsch. Paras. IV, Bd. 1, Heft. Catt. Mic. carp. um. p. 123, t. VI, f. 11. — Hyphis mycelicis nodosis; fertilibus septulatis apice in ramos quaternos æquales, deorsum subfasciculatos divisis; ramis apice 3-4 verticillato-ramulosis; conidiis longe catenulatis, globosis, glaucis. 378

Hab. in sanguine hominis erysipelate affecti in Britannia (Salisbury).

7. **Penicillium pruriosum** Salisb. in Catt. Mic. corp. um. p. 124, t. VI, f. 12. — Hyphis fertilibus septulatis, ramosis (?), apice in ramulos 6-8 conidiophoros verticillatos, arrectos desinentibus; conidiis globoso-ellipsoideis, nucleatis. 379

Hab. in membrana mucosa vulvæ muliebris et vesicæ urinariæ hominis in Britannia (Salisbury).

8. **Penicillium fasciculatum** Somm. Lapp. p. 312. — Hyphis omnibus fertilibus discretis erectis apice trifidis ramulosisque; conidiis glaucescentibus. 380

Hab. ad caules herbarum majorum v. c. Rumicum, Epilobii angustifolii, Sclerotio duro sæpe innatum. — Hyphæ fertiles discretæ, nunquam *Coremii* more junctæ, apice trichotome penicillatæ, ramis ramulosis.

II. Albicantia.

9. **Penicillium candidum** Link Obs. mycol. I, p. 15 Sacc. F. ital. t. 891. — Cæspitulis confluentibus, candidis; hyphis sterilibus repentibus, intricatis, septatis, albis; fertilibus adscendentibus vel ere- 381

ctis, septulatis superne ramosis, ramis erectis, ramulosis; conidiis in ramulorum apice concatenatis, globosis, albis, minutis, 2–3 μ. d.

Hab. in foliis, bulbis, fungis etc. putrescentibus in Germania, Italia, Gallia, Austria, Britannia, Belgio, Am. bor. — Var. **coremioides** (*Coremium candidum* Nees Syst. t. 86): hyphis clavato-fasciculatis. In substantiis variis cum specie.

10. **Penicillium Hypomycetis** Sacc., *Hypomycetis aureo-nitentis* st. 382
conid. Plowr. Grev. XI, pag. 49, tab. 156, fig. c. d. — Effusum album; hyphis erectis, septatis, hyalinis apice arrecte capitato-2–3-chotomis; conidiis catenulatis ellipsoideis, hyalinis, 3–4 ≃ 2.

Hab. in Stereo hirsuto in Britannia. — « Affine *P. candido*, a quo conidiis ellipsoideis et ramis magis regularibus differre videtur.

11. **Penicillium album** Preuss F. Hoyersw. n. 120. — Effusum album; 383
hypha fertili erecta, infra simplici non septata, apice ramoso geniculato; ramis bis-quaternatimve subverticillatis; catenulis conidiorum apicibus ramulorum singulatim innatis; conidiis ovatis albis.

Hab. in Dictydio cernuo, Hoyerswerda.

12. **Penicillium leucocephalum** Rabenh. D. C. Fl. n. 857 *Rhodoce-* 384
phalus candidus Corda Ic. fung. I, pag. 2, fig. 282. — Album tenuissimum vix conspicuum; hyphis simplicibus continuis, apice in ramulos abbreviatos adscendentes divisis; conidiis subglobosis in catenas longas digestis.

Hab. in cortice Fagi prope Reichenberg Bohemiæ.

13. **Penicillium subtile** Berk. Ann. N. H. n. 241, t. XIV, f. 25. — 385
Perexiguum, albo-niveum; mycelio repente delicatissimo; hyphis fertilibus erectis, simplicibus v. ternatis; catenulis parcis; conidiis late ellipsoideis, majusculis, utrinque apiculatis.

Hab. in interiore parte Salicis emortuæ, Tansor, Nortlis Britanniæ. — Var. **ramosius** Grov. New or. notew. Fungi p. 11. Omnino candidissimum et tenellum; hyphis sterilibus repentibus; fertilibus erectis, sæpe apice ternatis, paucis infra ramis instructis; conidiorum catenulis curtis (in quaque catena quaterna usque ad octona adsunt); conidiis hyalinis, crasse ellipticis, utrinque apiculatis, 16–20 ≃ 10. In ligno putri, Hampton in Arden Britanniæ.

14. **Penicillium megalosporum** B. et Br. Ann. N. H., n. 1457. — Al- 386
bo-niveum, breve; hyphis fasciculatis; conidiis globosis v. oblongis, levibus, 13–25 μ. diam. v. amplius si oblongis.

Hab. in cavea vetusta gallinarum, Menmuir (Rev. M. Anderson).

15. **Penicillium brevipes** Corda Icon. IV, pag. 31, tab. VII, fig. 93. — 387

Hyphasmate spurio; hyphis erectis minutis albis simplicibus; ramulis minutis, simplicissimis in capitulum minutum conglobatis: catenis brevibus subæqualibus, rectis, albis; conidiis minutis globosis hyalinis 6 μ. longis.

Hab. in ligno nudo Sambuci nigræ, Prag Bohemiæ.

16. **Penicillium Fieberi** Bon. Handb. p. 76, fig. 79. — Hyphis fertilibus erectis crebre septatis, hyalinis e mycelio repente oriundis, apice in ramulos radiatim divergentes exiguos divisis; conidiis catenulatis globosis, summis duplo crassioribus, levibus (rarius asperulis) hyalinis. 388

Hab. in substantiis putridis in Guestphalia.

17. **Penicillium Morsus-Ranæ** Corda Icon. V, p. 53, tab. II, fig. 23. — Cæspitulis tenuissimis, laxis, albis; hyphis brevibus, simplicibus septatis, albis, hyalinis, supra ramulis penicillatis; catenulis longiusculis, flexuosis, albis; conidiis ovoideis albis, 3-3,5 μ. diam. 389

Hab. in foliis putridis Hydrocharidis Morsus-Ranæ Prag Bohemiæ.

18. **Penicillium sparsum** Grev. Sc. Cr. Fl. t. 58, f. 2. — Cæspitulis elongatis albidis, 12-20 mm. longis; hyphis sterilibus effusis; fertilibus simplicibus sparsis septatis, erectiusculis, sursum bis penicillato-ramosis, ramulis sursum attenuatis; conidiis albo-hyalinis. 390

Hab. in caulibus putrescentibus Lapparum in Scotia.

19. **Penicillium ovoideum** Preuss F. Hoyersw. n. 272. — Cæspitibus diffusis indeterminatis, albis; mycelio stratoso, albo; hyphis erectis, albis, simplicibus, septatis, supra ramosis, ramulis verticillato-capituliformibus; capitulo floccis elongatis ornato; conidiis ovoideis, albis; episporio levi; nucleo firmo. 391

Hab. in ichthyocolla humida, Hoyerswerda.

20. **Penicillium gliocladioides** Preuss F. Hoyersw. n. 16. — Cæspitulis albis; mycelio repente; hypha fertili erecta, supra tripartita et penicillato-ramosa; ramis ramulisque continuis, cateniferis; catenis brevibus; conidiis albis, globosis, hyalinis, nucleis minoribus. 392

Hab. in ramulis dejectis, Hoyerswerda.

21. **Penicillium abnorme** B. et Br. Ann. N. H. n. 1911, t. III, f. 4. — Album; hyphis tenuibus continuis apice obconico-inflatis; conidiis exiguis globoso-ellipsoideis catenulatis ex apice vesiculæ obconicæ oriundis. 393

Hab. in foliis Trientalis in Britannia. — (An potius forma *Aspergilli?*).

III. Flavicantia, fulva, ochracea.

22. **Penicillium bicolor** Fr. S. M. III, p. 408. — Hyphis sterilibus effusis, flavicantibus; fertilibus subfasciculatis, apice penicillatis: conidiis glaucis. 394

Hab. in substantiis organicis putridis in Germania, Italia, Suecia, Gallia, Britannia. — Var. **Coremium** (*Coremium glaucum* Link). Hyphis in stipitem coalitis albidis. Hinc inde cum specie. «An totum *P. bicolor* mera forma sit *P. glauci* verisimile est».

23. **Penicillium armeniacum** Berk. Introd. Bot. Crypt. p. 298, f. 68, c. — Armeniacum; hyphis fertilibus erectis, septatis apice in ramos bis dichotomos breves torulosos desinentibus; conidiis ramuloso-catenulatis oblongis, subinde isthmo brevi connexis. 395

Hab. in Zea Mayde in Carolina inf. Amer. bor. — «Verisimiliter idem ac *Monilia sitophila*, quam confer.».

24. **Penicillium macrosporum** B. et Br. Ann. Nat. Hist., n. 1978. — Aurantiacum; conidiis sphæricis, majusculis. 296

Hab. in Lactariis putridis in Britannia (J. D. C. Sowerby). — Conferenda speciei icon Sowerbyana in Museo britannico.

25. **Penicillium epigæum** B. et C. North Am. Fung. n. 677. — Crassum, fulvum; hyphis satis ramosis deorsum cylindricis, articulis sursum cuneatis; conidiis inferioribus ellipticis pedicello brevi connectente, superioribus globosis, 13–15 μ. diam. 397

Hab. ad terram, New England Amer. bor. (Murray).

26. **Penicillium fulvum** Rabenh. D. C. Fl. n. 856, p. 37, t. 18, *Rhodocephalus aureus* Corda Icon. fung. III, p. 12, f. 33. — Gregarius, minutissimus, aureus; hyphis hyalinis, albis; capitulo brevi, obtuso; ramulis confertis abbreviatis lutescentibus; catenis conidiorum longissimis, confertissimis, numerosis, simplicibus; conidiis aureis, globosis, episporio crasso hyalino nucleo spurio præditis, 3,5–5 μ. diam. 398

Hab. in fragmentis udis vasorum porcellaneorum, Prag Bohemiæ.

27. **Penicillium aureum** Corda Prachtfl. p. 38, t. XVIII. — Cæspitulis minutis, vix 1 mm. diam., gregariis, aureis v. amœne viridibus, siccis expallentibus v. subolivaceis; hyphis erectis, longis, gracilibus, sursum ramosis; catenis conidiorum subpendulis; conidiis ovoideis, inæqualibus. 399

Hab. in aquæductibus pineis putridis, cariosis prope Prag Bohemiæ.

28. **Penicillium repens** C. et Ell. in Grevillea. — Argillaceum, effusum; hyphis repentibus, intricatis: ramis adscendentibus; ramulis patentibus, brevibus, quandoque furcatis: capitulis bifurcatis, hyalinis: conidiis globosis. 400

Hab. in truncis putridis Magnoliæ, New Jersey Amer. bor.

29. **Penicillium glauco-ochraceum** Preuss F. Hoyersw. n. 122. — Mycelio effuso, ramoso, repente; hypha fertili erecta, septata, simplici, dichotoma et trichotoma, apice incrassato et truncato: ramulis minutis, simplicissimis, in capitulum minutum conglobatis; catenis longis æqualibus nutantibus, singulatim apicibus ramulorum innatis; conidiis globosis, glauco-ochraceis. 401

Hab. in truncis arborum putrescentium, Hoyerswerda.

30. **Penicillium firmum** Preuss F. Hoyersw. n. 124. — Cæspitulis late expansis ochraceo-virentibus; mycelio repente septato; hypha fertili erecta brevi, septata basi amœne fusca, supra dilute fusca, ramosa; ramulis regulariter positis, curvatis adscendentibus: catenis conidiorum longis ramosisque; conidiis ovatis hyalinis, nucleo firmo farcto. 402

Hab. in ligno Pini, Hoyerswerda.

31. **Penicillium coffeicolor** B. et Br. Ann. N. H. n. 1614. — Late effusum, umbrinum; hyphis brevibus, crassiusculis; conidiis globosis majusculis, 12-13 μ. diam., subinde variis, sæpe nucleatis. 403

Hab. in solutione Pasteuriana in Britannia.

IV. Rubescentia.

32. **Penicillium cinnabarinum** Fuck. Symb. Myc. App. II. p. 79. — Cæspitulis densis, effusis, amœne, immutabile cinnabarinis; hyphis fertilibus erectis, ramosis, continuis, ramis apice conidia concatenata, plerumque ovata, utrinque apiculata, continua, magnitudine valde varia gerentibus. 404

Hab. in stercore putri Columbarum, non raro, in Rhenogovia.

33. **Penicillium roseum** Link Obs. II, p. 37. — Hyphis sterilibus repentibus arachnoideis albis; hyphis teneris albis parce congestis, fertilibus erectis apice penicillato-subramosis; conidiis globosis roseis catenulatis persistentibus. 405

Hab. ad caules siccos v. c. Solani. Hibisci in Germania, Belgio et Ceylon. — Var. **coremioides** Kickx Fl. cr. Flandr. II, pag. 306: hyphis sæpe fasciculatis. In Boletis et Sclerotiis putrescentibus in Belgio. — «Fungillus roseus tam frequens in foliis

Buxi non est *Penicillium roseum*, sub quo nomine sæpe traditur, sed *Verticillium Buxi*».

34. **Penicillium incarnatum** B. et Br. F. of Ceyl. n. 910. — Cæspitulis minutis pallide carneis; hyphis articulatis erectis hyalinis, apice digitatis; conidiis limoniformibus, 7–8 μ. longis. 406

Hab. in foliis Monocotyledoneæ cujusdam, Ceylon.

35. **Penicillium brevicaule** Sacc. F. it. t. 893, Mich. II, p. 547. — Cæspitulis effusis, sordide et pallide rubentibus, mucedineis; hyphis fertilibus, e mycelio minuto assurgentibus brevibus, cylindraceis, septatis, subinde ad septa constrictis, sursum opposite verticillateque ramosis; ramulis apice acutis; conidiis in catenulas digestis, globosis, 5–7 μ. d., verruculosis, e hyalino rubescentibus. 407

Hab. in charta putrescente, sociis *Aspergillo glauco, Mucore racemoso*, Padova Italiæ bor.

36. **Penicillium toruloides** Preuss F. Hoyersw. n. 15. — Cæspitibus crassis, effusis, indeterminatis, amœne rubris, farinosis; strato mycelico repente, septato, subalbo; hyphis erectis, carneo-rubris, articulatis, supra ramosis; ramulis sparsis, subpatentibus; catenis conidiorum paucis; conidiis globosis, hylo subinstructis. 408

Hab. in Phaseolis exsiccatorio male exsiccatis, Hoyerswerda.

V. Fuscidula.

37. **Penicillium tenellum** Cooke Grev. — Effusum, pallide fumosum; hyphis gracilibus, simplicibus vel furcatis, brevibus, septatis, diaphanis; conidiis globosis, minimis, hyalinis, 3 μ. diam. 409

Hab. in foliis putrescentibus Symploci, Bengala Indiæ. — Strata 20–30 mm. lat., sed tenuia, plana. — Hyphæ vix 100 μ. altæ.

38. **Penicillium canum** Preuss F. Hoyersw. n. 121. — Cæspitulis minutis cano-fuscis, late expansis, pulverulentis; mycelio ramoso conjuncto; hyphis rarius septatis; ramis verticillatis; catenulis conidiorum longis solitariis; conidiis magnis subovatis, episporio hyalino ferrugineolo, utrinque hilo instructis, nucleo granulato. 410

Hab. in foliis Allii Moly putridis post pluvias in hortis, Hoyerswerda.

GLIOCLADIUM Corda Ic. fung. IV, p. 30. (Etym. *glia* gluten et *clados* ramus). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ simplices septatæ apice penicillato-ramosæ. Conidia ex apice ramulorum oriunda, initio catenulata, capitulum diu muco obvolutum forman-

tia. — *Gliocladium* est verum *Penicillium*, sed capitulum diu muco obvolutum adest.

1. **Gliocladium penicillioides** Corda Ic. fung. IV, p. 31, f. 92. — Cæspitulis minutissimis, punctiformibus, albis; hyphis erectis flexuosis supra incrassatis, septatis pulverulentis, albis; ramis oppositis, ramulis verticillatis, quaternatis, confertis; capitulo conidiorum globoso, albo; conidiis conglutinatis oblongis strato gelatinoso crasso cinctis, 6 μ. long. 411

Hab. in Stereo hirsuto et Stereo sanguinolento Prag Bohemiæ.

BRIAREA Corda in Sturm D. C. Fl. 11, p. 11. (Etym. a *Briareo* centum brachiis pollente). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ, simplices, apice vesicula et basidiis carentes et catenulas radiantes conidiorum immediate exerentes. Conidia globosa v. ovoidea, continua, hyalina v. læte colorata. — A *Penicillio* ramulorum conidiophororum defectu dignoscitur.

1. **Briarea elegans** Sturm D. C. Fl. p. 11, f. 6. *Aspergillus penicillatus* Grev. t. 32. — Grisea, sparsa v. gregaria; hyphis fertilibus simplicibus, constricto-septatis; catenulis conidiorum laxis ex apice hyphæ primariæ immediate oriundis; conidiis subglobosis. 412

Hab. in gramineis putrescentibus in Scotia, Britannia; in corio putri in Hollandia. — In forma coriicola, teste Oudemans, hyphæ steriles repentes, ramosæ, continuæ, hyalinæ, teneræ, ramulis acutis.

2. **Briarea orbicula** (Corda) Bon. Handb. p. 74, *Penicillium orbicula* Corda Ic. fung. III, p. 12, f. 34. — Cæspitulis crassis, orbiculatis, medio umbonatis, cervinis, dein glaucescentibus; fungillis confertissimis; hyphis erectis, simplicibus, septatis, supra obtusatis, capitulo catenis elongatis ornato; conidiis ovoideis, 3,5 μ. longis isthmis minutis albis, interpositis. 413

Hab. in charta putrescente, Prag Bohemiæ.

Tribus 5. **Botryteæ** Sacc.

HAPLARIA Link Obs. I, p. 9 (Etym. *haplos* simplex, ob hyphas fertiles parum divisas). — Hyphæ steriles repentes; fertiles, 2-plurifurcatæ, erectæ. Conidia hypharum lateribus adhærentia, sessilia globosa v. ovoidea, subhyalina.

1. **Haplaria grisea** Link Obs. I, p. 9, f. 12, *Acladium griseum* Wallr. Fl. cr. n. 1892, *Botrytis Haplaria* Corda Ic. fung. I, f. 246. — 414

Hyphis tenerrimis, rigidulis, simplicibus v. furcatis, apice acutatis, erectis segregatis griseis remote septatis; conidiis subglobosis minutissimis, primum circa v. infra apicem conglobatis, dein dispersis undique diffusis, subhyalinis.

Hab. ad folia sicca graminum, potissimum palustrium, e. g. Arundinis, Calami et Sparganii vulgaris, in Germania, Belgio, Britannia. — Var. **salicina**. Cfr. Sacc. F. ital. tab. 798. Cæspitulis effusis, cinerescentibus, subvelutinis; hyphis fertilibus, ramoso-furcatis, septatis; conidiis lateribus hypharum insertis oboovatis, 4 ≃ 3, 1-guttatis, subhyalinis. In cortice Salicis putrescente, Selva (Treviso).

2. **Haplaria repens** Bon. Handb. p. 87, f. 95, Sacc. F. it. t. 797. — 415
Cæspitulis effusis olivaceo-fuscescentibus; hyphis e basi 2-3-furcatis v. rarius simplicibus, subcontinuis; conidiis hypharum lateribus insertis, ovoideis, minutissimis, 2,5-3 ≃ 1,5 subhyalinis v. dilute olivaceis.

Hab. supra Melanomma Pulverem-pyrium in Guestphalia, et in caulibus putridis in calidariis, Dresden Germaniæ.

3. **Haplaria chlorina** Ell. et Ever. Torr. Bot. Club Vol. X, n. 9. — 416
Minuta; cæspitulis chlorinis, 0,5-1 mm. diam.; hyphis erectis cæspitosis, 3-4 aggregatis, sub microscopio brunneolis, subtilibus, 4-5 septatis; typice minute verrucosis, sæpe subglobosis v. fere ellipticis, 1,5-2 ≃ 1,5, hyalinis.

Hab. in ligno putri Magnoliæ, Newfield N. J. Amer. bor.

4. **Haplaria brevis** Bon. Handb. p. 88, f. 96. — Cæspitulis griseo- 417
albidis; hyphis fertilibus erectis, brevi-3-4-ramosis; conidiis sphæricis in ramulorum flexionibus sessilibus.

Hab. in lignis putridis in Guestphalia.

5. **Haplaria haplosperma** (Corda) Bon. Handb. p. 88, *Psilonia haplo-* 418
sperma Corda Ic. fung. I, p. 16, f. 230. — Cæspitulis olivaceo-viridibus; hyphis erectis, ramosis laxis, pallidis, pauci-septatis, diaphanis 4-5 μ. crassis; conidiis raris albis, majusculis, sphæricis, 8,9 μ. crassis.

Hab. in ligno populino prope Prag Bohemiæ.

6. **Haplaria Equiseti** Bon. Handb. p. 88, f. 102. — Hyphis continuis 419
2-3 furcatis, intus granulosis, apice obtusiusculis; conidiis majusculis, ovato-globosis, sessilibus parcis.

Hab. in Equisetis in Guestphalia.

7. **Haplaria? candidissima** (Schw.) Sacc. *Chloridium candidissimum* 420

Schw. Syn. Amer. bor. n. 2587. — Mycelio omnium tenuissimo; hyphis candidissimis; conidiis difformibus, minutissimis.

Hab. ad ligna putrida Bethlehem Amer. bor. — Cito omnino evanescens.

ACLADIUM Link Obs. I, p. 9 (Etym. *a* priv. et *clados* ramus). — Hyphæ steriles repentes. Hyphæ fertiles indivisæ, erectæ. Conidia hypharum lateribus adhærentia, sessilia, continua, subhyalina.

1. **Acladium conspersum** Link Obs. I, p. 9, f. 13, Bon. Handb. f. 101. 421
— Hyphis erectis brevibus, simplicibus, luteo-albentibus, in cæspitulos exiguos dein confluentes congestis; conidiis ovalibus, hyalinis hinc inde inspersis dein aufugis.

Hab. ad truncos putridos in Thuringia et in Italia bor. — In specimine italico, a me viso, conidia sunt ovoidea, perexigua, nempe vix 2 μ. longa, hyphæ satis hærentia.

2. **Acladium niveum** (Lév.) Sacc. *Haplaria nivea* Lév. Ann Sc. nat. 422
1843, p. 216, t. VII, f. 7. — Hyphis erectis fasciculatis, simplicibus, septatis æqualibus; conidiis ovoideis, niveis, hinc inde subverticillato-glomeratis, continuis.

Hab. in Cucurbitaria elongata ad ramos Robiniæ, Paris Galliæ. — « An species affinis *Gonatobotryti simplici* Bon.? ».

3. **Acladium pallidum** Harz. Hyphom. p. 26, t. IV, f. 2. — Cæspitulis 423
laxis hyalinis v. griseolis; hyphis fertilibus erectis continuis, raro septatis, simplicibus, rarius 2-3-furcatis; conidiis sphæroideis, sessilibus, hyalinis, 3-4 μ. diam.

Hab. in foliis caulibusque putridis, Wien Austriæ. — « Ad *Haplariam* nutat ».

4. **Acladium curvatum** Bon. Handb. p. 87, f. 98. — Hyphis simplici- 424
bus, continuis, curvatis, cæspitulos albos tenues formantibus; conidiis lateralibus, globosis.

Hab. in putrescentibus in Guestphalia.

5. **Acladium heterosporum** Wallr. Fl. cr. a. 1887. — Hyphis assur- 425
gentibus remote septatis tortuoso-nodosis, a media inde parte ad verticem conidiis variis, aliis ovalibus, aliis oblongis cylindricisque obtusis hyalinis creberrimis, nonnisi obsolete septatis obsessis, cæspitulum circumscriptum rotundatum maculiforme sparsum glauco-virescens constituentibus.

Hab. ad folia putrescentia Juglandis, in agro Northusano (Wallr.) et in calamis Scirpi lacustris prope Estrich Rhenogoviæ (Fuckel).

6. **Acladium microspermum** Link Obs. I. pag. 10. — Hyphis erectis, albis, tenerrimis, ocius jam caducis, in cæspitulos effusos congestis; conidiis globosis, minutis ubique dispersis. 426

Hab. in truncis putridis in Germania.

7. **Acladium densissimum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2584. — Cæspitulis densissimis uncialibus, effuso-pulvinatis, griseo-canescentibus; hyphis persistentibus; conidiis majusculis concoloribus. 427

Hab. ad truncos et asseres putridos, Bethlehem Amer. bor.

CYLINDROTRICHUM Bonorden Handb. p. 88. (Etym. *cylindros* et *trichos* pilus). — Hyphæ steriles repentes; fertiles adscendentes simplices, rarius parce ramosæ. Conidia pleurogena breve cylindracea, continua, subhyalina.

1. **Cylindrotrichum album** Bon. Handb. p. 88, fig. 99. — Cæspitulis albis; hyphis continuis simplicibus v. furcatis; conidiis cylindricis utrinque truncatis, prope mediam hypham crebrioribus. 428

Hab. in lignis putrescentibus in Guestphalia.

2. **Cylindrotrichum oligospermum** (Corda) Bon. Handb. p. 88, *Menispora oligosperma* Corda Ic. fung. II, p. 12, fig. 55. — Cæspitulis tenuissimis vix conspicuis, effusis, fuscidulis; hyphis fertilibus erectis, septatis, fuscescentibus, stromati maculiformi fusco innatis; conidiis cylindraceis utrinque rotundatis, albis, intus guttulis 2 vel 4 farctis, 13–14 μ. longis. 429

Hab. in ligno betulino prope Prag Bohemiæ.

3. **Cylindrotrichum repens** Bon. Handb. p. 88, fig. 97. — Hyphis sterilibus et fertilibus subrepentibus, parce ramosis, cæspitulos griseos tenues efformantibus; conidiis pleurogenis cylindraceis, utrinque rotundatis, præcipue ad medias hyphas appresse insertis. 430

Hab. in radicibus putridis Helianthi annui in Guestphalia.

4. **Cylindrotrichum inflatum** Bon. Handb. p. 88, *Menispora cylindrosperma* Corda Ic. fung. I, p. 16, f. 226. — Cæspitulis late effusis, fuscis, tenuibus; hyphis subsolitariis, simplicibus, erectis, septatis, infra fuscidulis medio pallidis diaphanis, articulo ultimo elongato, incrassato, lanceolato et apiculato, albido; conidiis rectis cylindricis utrinque truncatis albis, 12 μ. longis. 431

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

PHYSOSPORA Fr. Summa Veg. Sc. p. 495 (Etym. *physa* vesica et *spora*). — Hyphæ vage iteratoque ramosæ, solito procumbentes.

hinc inde articulos turgidiores, ubique denticulato-sporigeros gerentes. Conidia subsphæroidea, continua, læte colorata.

1. **Physospora rubiginosa** Fr l. c., Sacc. F. it. t. 719, *Sporotrichum rubiginosum* Fr. S. M. III, p. 419. — Cæspitulis effusis, lanoso-velutinis, amœne aurantiaco-rubiginosis; hyphis repentibus, varie ramosis, 7–8 μ. diam., septatis, hinc inde ramos fertiles assurgentes gerentibus; ramulis fertilibus denticulis conidiophoris exasperatis vel vesiculas ovoideas denticulato-conidiophoras exerentibus; conidiis e globoso ellipsoideis, 14–15 ≃ 12–14, crassiuscule tunicatis, intus guttulatis, rubiginosis. 432

Hab. in truncis putrescentibus in Suecia, Italia bor. (in calidariis), Amer. merid. et in Africa australi.

2. **Physospora ferruginea** Fr. Summa Veg. Sc. p. 495, *Sporotrichum ferrugineum* Fr. S. M. III, p. 418. — Cæspitulis tomentosis late effusis, ferrugineis, sat persistentibus; hyphis ramosis intertextis, crassiusculis, fragilibus; conidiis globosis minutis. 433

Hab. ad truncos putres in Suecia.

HYPHODERMA Fr. Summa Veg. Sc. p. 447 (Etym. *hypha* et *derma*). *Hyphelia* Fr. et Auct. p. p. — Hyphæ fertiles simplices breves, assurgentes, continuæ stratum effusum subcrustaceo-byssinum formantes. Conidia acrogena, continua, hyalina v. læte colorata. — Species auctorum plures ad *Corticium* vel *Hypochnum* spectant.

1. **Hyphoderma roseum** (Pers.) Fr. l. c., Sacc. F. ital. 803, *Trichoderma roseum* Pers. Syn. 231, Hoffm. Germ. t. 10, f. 1, *Hyphelia rosea* Fr. — Cæspitulis primum rotundis dein effusis, applanatis, e villo subtilissimo in membranulam coacto formatis, ambitum hyphoideum circumspargentibus, fragilissimis; hyphis filiformibus parallele stipatis, hyalinis apice conidia globosa pluriguttulata, rosea, 7–8 μ. diam., gerentibus. 434

Hab. ad ligna vetusta, lubentius sub Alnorum, Populorum et Juglandium cortice, laxe inhærente, in Germania, Italia, Britannia, Suecia.

ACREMONIUM Link Obs. myc. I, p. 13, emend. Sacc. Mich. II, p. 17 (Etym. *acros* extimus et *monos* unus, ob conidia solitarie acrogena). — Hyphæ subsimplices, procumbentes, hinc inde sporophora gerentes. Conidia in sporophororum apice solitarie acrogena, hyalina vel læte colorata. — Species phæosporas seposui sub titulo *Acremoniellæ*.

1. **Acremonium alternatum** Link Obs. myc. I, p. 13, Ditm. in Sturm. 435
Fl. Crypt. I, t. 3, Sacc. F. ital. t. 714. — Hyphis arachnoideis effusis laxe intertextis albis, ramulos fertiles breves, alternos emittentibus: conidiis ellipsoideis sed ob mucum sæpe obducentem sphæroideis.

Hab. ad folia dejecta faginea agri Rostoch. (Ditmar), in foliis variis in Britannia, et in foliis putridis Aloum etc. Patavii. Habitus (in exempl. patavinis) in sicco exacte ut ic. Sturmiana ostendit, ex eo quod conidia muco adhuc obvoluta sunt et simulate sphærica 6–7 μ. diam., sed madore mucus solvitur et tunc fiunt ellipsoideo-oblongata. 6–10 ≃ 2–3, interdum curvula, hyalina; ramuli sporophori acutiusculis, 40–50 μ. longi.

2. **Acremonium verticillatum** Link Obs. I, p. 20, Nees Syst. p. 45. 436
f. 39. — Hyphis tenerrimis dense intertextis effusis albis in ramulos fertiles verticillatos divisis; conidiis minimis ovalibus.

Hab. ad truncos Pinuum etc. putridos in Germania, Britannia, Belgio.

3. **Acremonium spicatum** Bon. Handb. p. 91, f. 104. — Hyphis con- 437
tinuis, raro ramosis; sporophoris spicatim digestis; conidiis globosis, hyalinis.

Hab. in tuberibus Solani tuberosi in Guestphalia.

4. **Acremonium erectum** Bon. Handb. p. 91, f. 105. — Cæspitulis 438
minutis gossypinis albis; hyphis fertilibus erectiusculis, sterilibus repentibus; conidiis initio subcordatis dein rotundis.

Hab. in colla amylacea putrescente in Guestphalia.

5. **Acremonium Brassicæ** Schulz. et Sacc. Micr. Slav. n. 66. Schulz. 439
Ill. fung. n. 177. — Effusum, album, mucedineum, 4–6 mm. extensum; hyphis repentibus filiformibus intricatis parce septatis ramulos fertiles alternos simplices plus minus breves non vel 1-septatos gerentibus; conidiis acrogenis globosis subinde basi subapiculatis, crassiuscule tunicatis, 6–8 μ. diam., subhyalinis, episporio crassiusculo.

Hab. in caule putri Brassicæ oleraceæ var. caulocarpæ prope Vinkovce Slavoniæ. — Ab *Acr. alternato* conidiis globosis majusculis mox dignoscendum.

6. **Acremonium album** Preuss F. Hoyersw. n. 31. Sturm D. C. Fr. 440
fasc. 25, tab. 9. — Mycelio bombycino albo; hyphis septatis subcentrifugis expansis, ramosis; ramulis sporigeris irregulariter positis, brevibus; conidiis ovatis albis pellucidis.

Hab. in peridiis Cribrariæ vulgaris, prope Hoyerswerda.

7. **Acremonium Bonordenii** Sacc. *Acr. album* Bon. Bot. Zeit. 1853, 441
p. 288, t. 7, f. 16, nec Preuss (1851). — Effusum, album; hyphis repentibus hyalinis, flexuosis, continuis; ramulis sporigeris patentibus subulatis, conidiis minutis, ovoideis, acrogenis, 4-6 *p.* longis.

Hab. in tuberibus putridis Solani tuberosi et in ligno puri in Guestphalia. — «An *Oospora* imperfecte observata?».

8. **Acremonium nitidum** Mart. Fl. Erl. p. 339. — Acervulis confer- 442
tis, oblongis 1-4 mm. long., pulchre coccineis; hyphis limitatis coccineis.

Hab. ad Ustulinam vulgarem in agro Erlangensi (Martius). — Dubium! comparandum, teste Frieso, cum *Sporotricho cinnabarino*.

RHINOTRICHUM Corda Ic. fung. I, p. 17 (Etym. *rhin* nasus et *thrix* pilus). — Saprogenum. Hyphæ steriles repentes, fertiles erectæ, subsimplices, ad apicem denticulato-sporigeræ. Conidia ovoidea v. oblonga, hyalina v. pallida v. læte colorata.

I. Albida vel grisea.

1. **Rhinotrichum repens** Preuss in Sturm D. C. F. III, p. 6. t. 22. — 443
Mycelio effuso cinereo v. luteolo; hyphis ramosis, diaphanis, intricatis, septatis, repentibus; fertilibus erectis septatis, hyalinis, supra verrucosis et sporidiferis; conidiis ovato-acuminatis, e hyalino fumosis, levibus basi apiculatis, intus granulosis, 20 ≈ 12.

Hab. in ligno putrido Pini, Alni, Piri etc. in Germania, Italia, Britannia, America boreali.

2. **Rhinotrichum macrosporum** Farlow, in Mich. II, p. 148, F. ital. 444
t. 959. — Effusum vel pulvinatum, bombycinum, sordide album; hyphis repentibus, vage ramosis, septulatis, hyalinis, fertilibus assurgentibus filiformibus, 250-350 ≈ 7, remote septatis, apicem versus denticulos sat protuberantes acutiusculos exerentibus; conidiis e denticulis oriundis, obovoideis, basi brevissime apiculatis, 30-35 ≈ 16, nubilcais e hyalino dilute ochraceis.

Hab. in fragmentis ligneis putridis, Cambridge (Mass.), Amer. bor. (Farlow). — A *R. repente* conidiis duplo majoribus et hyphis proportione multo tenuioribus statim dignoscitur.

3. **Rhinotrichum Opuntia** B. et Br. Ann. N. H. n. 761, t. XVI, f. 13. 445
— Album; hyphis crassiusculis basi simplicibus, sursum bis terve furcatis, hinc inde subincrassatis, ramulis ultimis clavatis, late- [illegible] conidia globosa gerentibus.

Hab. prope Woolwich Britanniæ. — «An potius *Botryti* magis affine?».

4. **Rhinotrichum decolorans** Cooke in Grevillea V, p. 58. — Niveum. 446
dein brunneolum; hyphis erectis, apice bis vel ter furcato-corymbosis, apicibus clavulatis; conidiis globosis, rugulosis, minute apiculatis, hyalinis, 10 μ. diam.

Hab. in fragmentis fagineis, Forden Britanniæ. — «Ob hyphas fertiles ramosas vix hujus loci, ut præcedens, cui videtur valde affine».

5. **Rhinotrichum microsporum** Berk. Fl. Tasm. pag. 272. — Hyphis 447
agglutinatis, clavulas subcylindricas efformantibus, apicibus cylindrico-clavatis, spiculiferis; conidiis globosis minutis, 5-6 μ. diam.

Hab ad terram in Tasmania (Archer). — «An *Botrytis epigæa* vel affinis?».

6. **Rhinotrichum Carteri** Cooke in Grevillea. — Album, pezizæforme, 448
subcompactum; hyphis ramosis, septatis, sursum clavatis; subnodulosis; conidiis globosis, 8 μ. diam., hyalinis, leniter ad basim apiculatis.

Hab. in Upper Hunter River N. S. W. Australiæ (Carter).

7. **Rhinotrichum cucumerinum** B. et C. North Amer. Fungi n. 664. 449
— Albidum; hyphis inarticulatis, primum simplicibus sursum clavatis, granulato-spiculatis, dein proliferis; conidiis obovatis, 12-15 μ. long.

Hab. in culmis Zeæ in Carolina inferiore.

8. **Rhinotrichum tenellum** B. et C. North Amer. Fungi n. 663. — 450
Album; hyphis erectis primum simplicibus, apice clavatis, longe spiculigeris, dein proliferis; conidiis oblongo-ellipticis.

Hab. in Allio Cepa putrescente in Carolina inferiore.

9. **Rhinotrichum lanosum** Cooke Handb. n. 1769, *Clinotrichum lanosum* Cooke Pop. Sc. Rev. 1871, t. 68, f. 1-3. — Album vel dilute ochraceum, cæspitulos densos formans; hyphis sterilibus delicatissimis, ramosis, adscendentibus; fertilibus decumbentibus, longis, delicatis, septatis breve patenti-ramosis, apicibus 2-4-spiculigeris; conidiis obovatis, hyalinis. 451

Hab. in charta uda murali in Britannia. — Forte, præeunte ipso Cookeo, genus distinctum.

10. **Rhinotrichum breve** B. et C. North Amer. Fungi n. 665. — Hyphis brevibus apice crassiusculo vix echinulato sporiferis; conidiis breviter fusiformibus, initio limoniformibus, medio tumidis, 12-13 μ. longis; nucleo magno. 452

Hab. in pag. inferiore foliorum Quercus obtusilobæ in Carolina inferiore.

11. **Rhinotrichum griseum** Sacc. Mich. I, p. 87, Fungi ital. t. 63. — 453
Cæspitulis floccosis, e cæsio griseis cum soris Uredinearum concrescentibus; hyphis fasciculatis, continuis, simplicibus, cinereis, sursum acutiuscule hinc inde denticulatis; conidiis ex hypharum denticulis oriundis, limoniiformibus, 15–20 ≈ 10, quandoque inæquilateralibus, concoloribus.

Hab. in soris Uredinis Ruborum, in pagina inferiore foliorum Rubi cæsii et R. fruticosi in silva Montello et Selva Ital. bor. — Characteribus ad gen. *Ocularium* quoque vergit sed vegetatione et habitatione ab hac longius distat.

II. Subrosea.

12. **Rhinotrichum Bloxami** B. et Br. Ann. N. H. n. 541, t. VII, f. 19. 454
— Sparsum, album vel carneolum; mycelio decumbente, hyalino, septato; hyphis fertilibus erectis, rarius parce divisis; apicibus clavatis sparse spiculigeris; conidiis subellipticis vel obovatis, modo obtusis modo apiculatis, hyalinis.

Hab. in ligno dejecto, Twycross Britanniæ et in Amer. bor. — Articuli ultimi subinde moniliformes, penultimus articulus subinde 1–2-spiculiger.

13. **Rhinotrichum decipiens** Cooke Grev. XIV, p. 6. — Late effusum, 455
subcorticiiforme, initio pallide roseum, dein expallens, interdum velutinum, margine subradiato, sæpius a matrice separabile; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, septatis, dense intertextis; ramis fertilibus breviusculis crebrius septatis, erectis clavatis, articulis extimis singulis binisve, breve acute denticulatis; conidiis ovoideis, 22–25 ≈ 14–15.

Hab. in corticibus muscisque, quos obducit, Carlisle Britanniæ (Doct. Carlyle).

14. **Rhinotrichum carneum** Ell. et Ever. in Journ. of Myc. 1885. — 456
Hyphis floccosis effusis, sordide albis dein carneis, crassis; fertilibus apice obtuse rotundatis; conidiis globosis, verruculosis, 5 μ. d., spiculis minutis insertis.

Hab. in corticibus Oregon Amer. bor. (W. S. Carpenter).

III. Aurea, fulva, ochracea, citrina.

15. **Rhinotrichum Curtisii** Berk. North Amer. Fungi n. 657, *Aspergillus laneus* Schw. — Aureum; hyphis deorsum divisis, flexuosis 457

septatis, apice tumidis, articulo ultimo vel subinde etiam penultimo spiculigeris; conidiis subglobosis, 12–13 μ. diam.

Hab. in lignis et corticibus quercinis alneis etc. putridis in Florida, Carolina Texas, Pensylvania Amer. bor.

16. **Rhinotrichum corticioides** Cooke in Grevillea XII, p. 27. — Effusum, compactum, pallidum, corticiiforme, demum rimosum: hyphis repentibus, ramosis; ramulis assurgentibus, crassioribus, moniliformi-constrictis, cellulis ultimis penultimisque spiculosis, aurantio-fulvis; conidiis ellipticis, profusis, levibus, concoloribus, 12–14 ≃ 6,5–7. 458

Hab. in lignis pineis acervatis (?), in Carolina infer.

17. **Rhinotrichum globiferum** B. et Br. Fungi of Ceyl., n. 912. — Aureum; hyphis ramosis, parce articulatis; conidiis sparsis globosis. 459

Hab. in corticibus in insula Ceylon.

18. **Rhinotrichum pulchrum** Berk. Austr. Fungi n. 206. — Strato tenui croceo; hyphis globoso-clavatis; conidiis citriformibus, 15 μ. longis, immixtis aliis triseptatis. 460

Hab. in ligno putri Wangaratta Australiæ.

19. **Rhinotrichum bellum** B. et C. North Amer. Fungi n. 658. — Vivide aurantiacum, effusum; conidiis oblongo-ellipticis, 15 μ. longis. 461

Hab. in ligno putri Alabama Amer bor. (Beaumont).

20. **Rhinotrichum armeniacum** B. et C. North Amer. Fungi n. 659. — Armeniacum: hyphis adscendentibus, minute granulatis septatis; articulis ultimis longioribus; conidiis globosis. 462

Hab. in Polyporo Schweinitzii in Carolina inferiore. — Sistit stratum tenue.

21. **Rhinotrichum sulphureum** Ell. et Everh. Bull. Torr. 1884, p. 18. — Effusum, tenue, album dein sulphureum; hyphis sterilibus repentibus ramosis septatis; fertilibus erectis simplicibus, 4–6-septatis, 200–250 ≃ 7–8, sursum sensim attenuatis et tuberculatis; conidiis e tuberculis oriundis ellipsoideis, 11–15 ≃ 9–10. 463

Hab. in ligno putri Decorah, Jowa, Amer. bor.

22. **Rhinotrichum chrysospermum** Sacc. Fungi Ven. Ser. V, p. 196, F. ital. t. 61. — Hyphis sterilibus parcis repentibus; fertilibus assurgentibus, fuscidulis, 80–120 ≃ 3, septatis, versus apicem pallidioribus et ob sterigmata minute muriculatis; conidiis subcapitatis, fusoideis, utrinque acutis, 18–20 ≃ 3, nubilosis, flavidis. 464

Hab. in ligno quercino putri, ubi maculas dilute aureas efformat, Selva (Treviso) Italiæ bor.

23. **Rhinotrichum fulvum** B. et C. North Am. Fungi n. 660. — Te- 465

nue. fulvum; mycelio pallidiore; hyphis septatis. articulo ultimo elongato echinulato: conidiis subglobosis.

Hab. in ligno putri in Carolina super. Amer. bor. (Ravenel). — Habitus *Cosporæ fulvæ*.

24. **Rhinotrichum subalutaceum** Peck 34 Rep. St. Mus. p. 51. — Hyphis sterilibus elongatis, ramosis, repentibus, intricatis. septatis. cæspitulos tomentosos brunneo-alutaceos formantibus; hyphis fertilibus breviusculis continuis sursum attenuatis et denticulatis: conidiis globosis, subalutaceis minute asperulis 7–10 μ. diam. 466

Hab. in ligno putri, Helderberg mountains Amer. bor.

25. **Rhinotrichum fusiferum** B. et C. North Am. Fungi n. 661. — Minutum. luteum; hyphis brevibus inarticulatis; conidiis fusiformibus sparsis. 35–40 μ. longis. 467

Hab. in ligno dejecto udo in Carolina inf. Amer. bor. — Pulchella species.

26. **Rhinotrichum oblongisporum** Preuss F. Hoyersw. n. 75. — Cæspitibus effusis, dilute ochraceis: hyphis ramosis diaphanis. septatis, repentibus suffultis, erectis septatis, supra verrucosis. conidiiferis; conidiis magnis, oblongis diaphanis; episporio glabro, hilo basilari instructo; nucleo firmo. 468

Hab. in ligno putrido Pini, Hoyerswerda.

27. **Rhinotrichum ramosissimum** B. et Curt. North Am. Fungi n. 662 et Grevill. 1882, p. 14. — Pallide cervinum v. alutaceum; hyphis valde ramosis, septatis, articulis ultimis elongatis denticulatis; conidiis obovatis infra apiculatis. 469

Hab. in lignis putrescentibus in Carolina inf. (Ravenel) et Moffat N. B. (Dr. Bayley Balfour). — Varietas adest hyphis in cæspitulos trichiæformes congestis. «An verum *Rhinotrichum*?».

28. **Rhinotrichum Thwaitesii** B. et Br. Ann. N. H. n. 542, t. VI. f. 12. — Cæspitulis suborbicularibus v. confluentibus, flavis margine pallidioribus, effusis, epigæis, intertextis; hyphis fertilibus erectis. dichotomis, apicibus leniter incrassatis; conidiis globosis, echinulatis, breve stipitellatis. 470

Hab. in terra nuda, Bristol Britanniæ. — Var. **fulvum** Grove in litt. Typo præter colorem fulvum conidiaque paulo leviora simillimum. In ligno putri Hampton-in-Arden (Grove).

29. **Rhinotrichum pulveraceum** Ellis Journ. of Mycol. I, pag. 47. — Stratis tenuibus, pallide flavidis. subgranulosis; hyphis valde ramosis septatis. vix 3 μ. diam., extremitatibus incrassatis levibusque; conidiis ellipsoideis, basi apiculatis, 5–12 = 5–7 v. globosis 471

5–9 μ. diam., circa extremitates insertis et, ut videtur, ex earum interiore orientibus.

Hab. in ligno et cortice emortuis in Amer. boreali. — Strata fere corticiiformia. « Vix *Rhinotrichum* ob defectum denticulorum conidiophororum.

30. **Rhinotrichum pallidum** B. et Br. Fungi of Ceylon n. 1208. — 472
Pallide citrinum, effusum; hyphis articulatis; articulis spiculiferis, sporiferis; conidiis subglobosis v. obovatis 17–18 ≂ 12–13.

Hab. in substantiis vegetabilibus putridis, Peradeniya Ceylon.

V. Nigricantia.

31. **Rhinotrichum simplex** Corda Ic. fung. I, p. 17, fig. 232. — Cæspi- 473
tulis minutis, atris; hyphis simplicibus, erectis, rigidis septatis; infra atris, supra fuscis et verrucosis; conidiis magnis ovato-acuminatis, fuscis, subdiaphanis, hylo minuto basilari instructis.

Hab. in ligno sicco, prope Reichenberg Bohemiæ. — « An dematieum? ex icone tamen videtur hujus loci ».

SPOROTRICHUM Link. Sp. pl. Fungi I, p. 1, em. Sacc. Mich. II, p. 16 (Etym. *spora* et *thrix* pilus). — Hyphæ vage iteratoque ramosæ, septatæ v. continuæ solito procumbentes æquales. Conidia in ramorum v. denticulorum apicibus acrogena, solito subsolitaria, ovoidea v. subglobosa. — A. *Botryte* differt præsertim hyphis omnibus procumbentibus et conidiis subsolitariis; a *Trichosporio* colore numquam atro. Sed permultæ species, ab auctoribus veteribus imperfecte descriptæ, meras formas v. mycelia aut initia aliarum tantum sistunt. Obscuriores species rejeci.

I. Albescentia

a) Phytophila et saprophila.

1. **Sporotrichum incrustans** Sacc. F. it. t. 745, Mich. II, p. 553. — 474
Late effusum, candidum, subincrustans; hyphis repentibus intricatis, parce septatis, filiformibus, ramulos fertiles adscendentes hinc inde exerentibus; conidiis sæpius acrogenis, ovoideis, 15–16 ≂ 5–6, 2-guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis Hederæ Helicis subemortuis, Selva (Treviso) Italiæ borealis.

2. **Sporotrichum pulviniforme** Thüm. Hedw. 1880, p. 190, *Botrytis* 475
densa Lib. n. 417. — Cæspitulis densis pulvinatis albidis; hyphis

septatis ramosis, ramis apice sæpius bifidis; conidiis oblongis, utrinque obtusiusculis, 2-guttulatis, $4\frac{1}{2}$-$5\frac{1}{2}$ = 2-$2\frac{1}{2}$, hyalinis.

Hab. in foliis putridis Fagi in Arduennis (Libert). — Descriptio *Botrytis densæ* Ditm. vix convenit.

3. **Sporotrichum foliorum** Desm. Ann. Sc. nat. 1838, p. 309. — Hyphis delicatissimis appressis, ramosis, radiantibus, albis, maculas minutas subpulveraceas formantibus; conidiis perexiguis ovoideis, albis in centro maculæ inspersis. 476

Hab. in pag. inferiore Brassicæ in Galliæ.

4. **Sporotrichum epiphyllum** Link Sp. pl. Fungi I. p. 6. — Mycelio subeffuso, maculiformi, subrotundo; hyphis brevibus tenerrimis subramosis; conidiis densissimis, copiosissimis globosis. 477

Hab. in foliis herbarum exsiccatarum, e. g. Calaminthæ pr. Idriam; in foliis emortuis Pelargonii in Africa australi (Mac-Owan). — In f. *Pelargonii* hyphasma albidum demum cæsium.

5. **Sporotrichum byssinum** Link Sp. pl. Fung. I. p. 20, *Byssocladium candidum* Link Obs. II, p. 36, *Himantia plumosa* Pers. M. E. I, pag. 90. — Hyphis centrifugis apicem versus expansis albis in hyphasma tenuissimum effusum laxe contextis; conidiis globosis minutis concoloribus. 478

Hab. ad folia arborum dejecta (Link). — Cautius profecto ab *Ozonio candido* Mart., si quidem differt, dignoscendum, Linkii auctoritate tamen laudatum. Wallr. Fl. cr. n. 1836.

6. **Sporotrichum solubile** Schw. Syn. Am. bor. n. 2512. — Mycelio crasso, interdum crassitie duarum linearum, ex hyphis firmis crassiusculis tam densim contexto, ut facillime omnino separabili, pellem referente similem fragmento chartæ bibulæ, ambitu determinato, candido; conidiis rarioribus, hyphis adhærentibus, minutis, non aggregatis nec unquam velatis. 479

Hab. rarius inter folia dejecta copia aggregata, longe lateque ea investiens; omnium distinctissimum. Bethlehem Amer. bor. — Ad longitudinem plurium unciarum super folia effusum, quæ inde inter se connexa, locis equidem siccis sed suffocatis.

7. **Sporotrichum candidum** Link Obs. I, p. 9. Nees Syst. f. 45. — Hyphis vagis adpressis laxe contextis hyphasma tenerrimum demum effusum præstantibus; conidiis globosis concoloribus albis. 480

Hab. ad truncos putres nemorum umbrosorum passim in Germania.

8. **Sporotrichum obducens** Link Sp. pl. Fungi I, p. 2. — Hyphis adpressis albis in hyphasma tenue primum circumscriptum dein ef- 481

fusum dense jugiterque constipatis, cubilia obducentibus; conidiis globosis concoloribus.

Hab. ad ligna truncorum exesorum decorticata in Germania. 482

9. **Sporotrichum polysporum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 2. — Hyphis albidis hyalinis in hyphasma pulvinatum crassiusculum molle laxe intertextis; conidiis globosis minutis concoloribus plurimis interspersis.

Hab. ad cortices arborum putredine exesos in Germania.

10. **Sporotrichum laxum** Nees Syst. p. 49, fig. 45, *Sp. minutum* Grev. Sc. Cr. t. 108. f. 1. — Hyphis vagiter ramosis, laxis, adpressis hyphasma tenuissimum album demum effusum constituentibus; conidiis concoloribus obovatis parcius adspersis. 483

Hab. ad ligna putria in Germania; in variis substantiis et in muris argillaceis in Britannia et Belgio. — Minutum, niveum, cæspitulosum, subinde confluens; cæspituli 1 mm. diam.; ramuli subinde attenuati.

11. **Sporotrichum intertextum** Schw. Syn. Am. bor. n. 2509. — Mycelio latissimo, effuso, ligno arctim adpresso tenuissimo sed separabili, ex hyphis valde intertextis formato, ambitu subdeterminato ibique fibrillulosim diviso, albido; conidiis non primo ab hyphis velatis, densissimis, globosis, candidis. 484

Hab. ad truncos quercinos longe ac late, pedali longitudine interdum effusum, Bethlehem Am. bor.

12. **Sporotrichum cohærens** Schw. Syn. Am. bor. n. 2511. — Mycelio longe lateque effuso candido, ex hyphis crassis tam firmis contexto, ut faciliter cæspituli fragmenta tanquam pellis detrahantur, ambitu tamen hyphæ tenuissimæ lanosæ et quasi fimbriatæ radiantes observantur; conidiis nudis conglomeratis candidissimis dense impositis, farinæ ad instar adhærentibus, nec faciliter detergibilibus. 485

Hab. in epidermide putridissima ramorum Castanearum, ad longitudinem bi- vel tripedalem effusum, Bethlehem Amer. bor.

13. **Sporotrichum Pellicula** Link Sp. pl. Fungi I, p. 3. — Hyphis tenerrimis hyalinis primum erectiusculis dein subsidentibus in hyphasma tenerrimum candidum jugiter intertextum constipatis; conidiis globosis minutis parcius interspersis. 486

Hab. ad caules herbarum siccos, Dahliæ præprimis, in Germania.

14. **Sporotrichum exile** Schulz. et Sacc. F. Slav. n. 65, Schulz. III. fung. Slav. n. 446. — Maculiforme, minutum, albo-velutinum; hy- 487

phis repentibus parce et vage ramosis, intricatis, filiformibus, septatis, ramulis breviusculis non v. 1-septatis, patulis, monosporis; conidiis globoso-ovoideis, 8–10 = 6–6½ 1-hyalinis.

Hab. in imo culmo putri Zeæ Maydis pr. Vinkovce Slavoniæ.

15. **Sporotrichum Himantiæ** Schw. Syn. Am. bor. n. 2510. — Mycelio candidissimo, Himantiæ ad instar, expanso; hyphis plerumque transversis, subparallelis parum intertextis; ambitu effigurato; conidiis nudis creberrimis globosis, candidis, conglomeratis inspersis. 488

Hab. in caulibus v. c. Zeæ passim effusum, Bethlehem Americæ borealis.

16. **Sporotrichum lyococcon** Ehrenb. Sylv. Berol. p. 11. — Hyphis intertextis crassiusculis stuposis albentibus; conidiis globosis subtruncatis conglobatis dispersis. 489

Hab. ad fructus Prunorum putres in Germania (Ehrenberg).

17. **Sporotrichum canescens** Speg. Fung. Argent. Pug. II. p. 41. — Effusum candido-canescens; hyphis repentibus parasiticis, parce septatis, 4½ 5 μ. crass., hinc inde assurgentibus et apice 3–8 conidia globosa 3–4 μ. crass., hyalina gerentibus. 490

Hab. in foliis Polygoni Hydropiperis prope Chacarita Amer. Austr. — Parasiticum ad hyphas *Cercosporæ Hydropiperis* (Thüm.) Speg.

18. **Sporotrichum hospicida** Schulz. et Sacc. F. Slav. n. 70. Schulz. III, fung. Slav. n. 816. — Effusum bombycinum, albidum; hyphis intricato-ramosis, repentibus, septatis, hyalinis, cylindricis; conidiis globosis 4–5 μ. d., pleurogenis, sessilibus, levibus, hyalinis. 491

Hab. in stromatibus Melogrammatis vagantis pr. Vinkovce Slavoniæ.

19. **Sporotrichum agaricinum** Link Jahrb. I, p. 170, *S. saccharinum* Link Obs. II, p. 38. — Hyphis parcis hyalinis in cæspites pertenues, conidiis globosis obliteratos, junctis. 492

Hab. in Agaricis putrescentibus in Germania.

20. **Sporotrichum Fungorum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 4. — Album; hyphis protensis laxe in hyphasma tenerrimum effusum lanosum contextis; conidiis globosis minutis. 493

Hab. ad fungos putres in Germania.

21. **Sporotrichum lichenicolum** B. et Br. F. of Ceyl. n. 916. — Niveum; hyphis erectis furcatis acutis; conidiis oblongis apicalibus. 494

Hab. in lichenibus in insula Ceylon.

22. **Sporotrichum thebaicum** Ehrenb. in Link Sp. pl. Fung. I, p. 6. 495

— Mycelio tenuissimo effuso, hyphis sparsis laxis, raris; conidiis conglomeratis copiosissimis globosis albis.

Hab. ad terram humidam ad Esul in Ægypto, strata tenuia formans.

23. **Sporotrichum bombycinum** (Cord.) Rab. D. C. Fl. n. 745, *Capillaria bombycina* Cord. Ic. fung. I, p. 10, fig. 154. — Mycelio effuso, crasso, bombycino, albo; hyphis ramosissimis, intricatis, subrugulosis, albis, diaphanis; conidiis minutis ellipticis subacutis, albis. 496

Hab. in linteo putrido prop. Prag Bohemiæ.

24. **Sporotrichum pannicolum** Cord. in Rab. D. C. Fl. n. 732, *Capillaria pannicola* Corda Ic. fung. I, p. 10, f. 152. — Mycelio effuso, albo, pulverulento; hyphis ramosis, continuis, albis; conidiis ovato-oblongis concoloribus, pellucidis, 8–7 μ. diam. 497

Hab. in panno quisquiliis tecto, putrido, prop. Prag Bohemiæ.

b) Zoophila (*Microsporon* Gruby).

25. **Sporotrichum bronchiale** Mont. Plant. cell. nouv. p. 92. — Hyphis candidis laxis decumbentibus ramosis, ramis patenti-erectis articulatis, articulis 5–7 μ. diam. triplo quintuplove longioribus; conidiis globosis minutis hyalinis, 5 μ. diam. 498

Hab. in bronchiis quorumdam ægrotorum in Gallia (Doct. Gubler).

26. **Sporotrichum** (*Microsporon*) **mentagrophytes** Rob. Hist. veget. paras., Catt. Mic. corp. uman. p. 129, t. VI, f. 14. — Hyphis dense intertextis; conidiis subglobosis, numerosissimis 6–12 μ. diam. 499

Hab. prope bulbum capillorum hominis, *mentagram* forte generans.

27. **Sporotrichum** (*Microsporon*) **minutissimum** Burghardt et Bärenspr. in Uhle et Wagn. Pat. gen. 1869. — Hyphis tenuibus ramosis varie intertextis; conidiis minutissimis, hyalinis. 500

Hab. præsertim in axillis et inguinibus hominis, morbum rubro-maculosum contagiosum generans.

28. **Sporotrichum** (*Microsporon*) **Furfur** Rob. Hist. nat. veg. paras. Catt. Mic. corp. uman. p. 136, t. VI, f. 18. — Hyphis ramoso-intertextis, 1–2 μ. cr., hic vacuis, hinc granulosis; conidiis sphæroideis, valde refrangentibus, 4–6 μ. diam. 501

Hab. in epidermide humana *pityriasin versicolorem* generans.

29. **Sporotrichum** (*Microsporon*) **Audouini** Gruby Recherch. Porrigo 1843. Catt. Mic. corp. uman. p. 128, t. VI, f. 49, *Trichophyton decalvans* Malmst. — Hyphis undulatis, anastomosantibus, contextis; conidiis globosis v. ellipsoideis, 2–4–5 μ. diam., subinde (teste Malassez) 5–6 in catenulam digestis. 502

Hab. in superficie capillorum hominis, generans, secundum auctores aliquot, morbum dictum *aream Celsi*, v. *porriginem decalvantem*. — « An *Oospora?* ».

30. **Sporotrichum vellereum** Sacc. et Speg. Mich. II, p. 287. F. it. t. 741. — Cæspitulosum, candidum, subbombycinum; hyphis repentibus filiformibus varie ramosis, parce septulatis 2–3 μ. diam.: conidiis in ramis (sporophoris) spicatim digestis pedicelloque brevi sed distinctissimo præditis, patulis, obovatis, 8–9 ≃ 4–5, deorsum breve acutatis, hyalinis, levibus. 503

Hab. in vellere udo putrescente canino, Conegliano Italiæ borealis. — A *Sporotricho flavissimo* Link Harz Hyph. p. 21, t. IV, fig. 7, cui fabricâ maxime accedit, differt colore constanter albo, conidiis paulo majoribus obovatis, hyphis diu hærentibus. — Var. **flavum** Sacc. Mich. II, p. 635. Differt colore flavo et conidiis obovatis 7–8 ≃ 5 flavidis. In pennis villoque putri animalium in Arduennis (Libert).

31. **Sporotrichum minutulum** Speg., Fung. Argent. Pug. II, p. 42. — Cæspitulis candidis, sparsis, vel gregariis confluentibusque, minutis ($^1/_3$–1 mm.); hyphis repentibus, parce septatis tenuibus, 3–4 μ. cr., hyalinis, crebre ramulosis apice 1–3 conidia elliptico-cylindracea, utrinque rotundata 3–4 ≃ 1–1,5, hyalina gerentibus. 504

Hab. in larvis putrescentibus Fidicinæ (Cicadæ) Bonaërensis prope Barracas del Sur Amer. austr.

32. **Sporotrichum globuliferum** Speg., Fung. Argent. Pug. II, p. 42. — Cæspitulis majusculis 1,5 mm. diam., externis vel internis, candidis, gossypino-floccosis; hyphis repentibus, parce septatis, hyalinis 3–4 μ. crassis, crebre ramuloso-anastomosantibus; conidiis minutis globosis vel globoso-ellipticis, hyalinis 2–2,5 ≃ 1,5–2, in glomerulis in hyphis dense sparsis, globosis 60–70 μ. crass., congestis. 505

Hab. in corporibus putrescentibus Coleopterum (*Monocrepidii* et *Naupacti xanthographi*) in sæpibus prope San José de Flores Amer. bor.

33. **Sporotrichum minimum** Speg. F. Argent. Pug. IV, n. 324. — Effusum candidissimum, e pulverulento gossypinum; pulvinulis parvulis $^1/_{10}$–$^1/_2$ mm. diam.; hyphis repentibus, dense intricato-ramosis, 506

gracillimis 1-,5-2 μ. cr., parcissime septulatis, levissimis, hyalinis; conidiis e globoso ovoideis 1,5-2 μ. cr., hinc inde sparsis, levissimis, ex uno latere acutatis, hyalinis.

Hab. ad corpus putrescens Attæ (Formicæ) Lundii Guér. in truncis cariosis, vetustis, Boca del Riachuelo Argentinæ.

34. **Sporotrichum densum** Link Obs. myc. I, p. 11, Nees Syst. fig. 45. — Hyphis parce ramosis hyalinis candidis in hyphasma crassiusculum densum constipatis; conidiis globosis minutis. 5

Hab. ad insecta emortua e. g. coleoptera, vespas in umbrosis, nec non ad folia carnesque mucidas, in Germania, Australia. — «An affinis *Botryti Bassianæ?*».

35. **Sporotrichum lanatum** Wallr. Fl. cr. n. 1835. — Hyphis ramosissimis implexis albo-pallescentibus pellucidis parce septatis polysporis, in hyphasma pulvinatum mollissimum elasticum laxe contextis; conidiis globosis minimis plurimis concoloribus demum aufugis. 508

Hab. ad pennas anserinas in cryptis putredine exesas agri Northusani Germaniæ. Hyphæ demum magis pallescunt. — Affine *Sp. polysporo*, locus tamen natalis et conidia aliquantulum majora differentiam suadent.

36. **Sporotrichum inquinatum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 5, *S. merdarium album* Link Obs. — Hyphis hyalinis candidis laxe circumscripteque contextis; conidiis globosis primum concoloribus dein pallide lutescentibus plurimis obliteratis. 509

Hab. ad merdam humanam siccam in Germania (Ehrenberg).

II. Flava v. crocea.

37. **Sporotrichum flavissimum** Link Obs. II, p. 34, ?*Sp. sulphureum* Grev. Sc. Cr. t. 108, f. 2. — Hyphis protensis parce septatis ramosis hyalinis in hyphasma crassum longe effusum stuposum laxe congestis, ramulis sporophoris brevibus; conidiis obovatis v. subglobosis 4,3-5,7 μ. long. flavissimis. 510

Hab. ad ligna, folia, caules, tubera putrescentia, terram stercoratam in Germania, Austria, Britannia. — Teste Harzio l. c. huc spectant *Spor. sulphureum* Grev., *Sp. lætum* Link, *Sp. merdarium β flavum* Link, *Sp. sparsum* Link.

38. **Sporotrichum sulphureum** Grev. Sc. Cr. t. 108, f. 2. — Cæspitulis subcircularibus, minutis, sulphureis, mox fugacibus; hyphis delica- 511

tis, remote septatis, laxe intertextis, subinde ramosis; conidiis minutis globosis, hinc inde congestis.

Hab. in vasis vinariis, in cortice udo arborum, præsertim fagineo, in Britannia, Belgio, America bor., Suecia.

39. **Sporotrichum vitellinum** Link Obs. I, p. 11. — Hyphis teneris 512
protensis in hyphasma crassiusculum stuposum longe excurrens implicitis albidis, hyalinis; conidiis minutis globosis vitellinis demum pallidioribus uberrimis.

Hab. ad asseres putrescentes agri Rostoch (Siemssen.), in obturaculis resina obductis in Belgio.

40. **Sporotrichum aureum** Link Obs. I, p. 11, *Mucor aurantius* Bull. 513
Champ. t. 504, f. 5, *Sporotrichum aurantiacum* Fr. S. M. III, p. 423, *Ægerita aurantia* DC. — Hyphis crispulis in hyphasma crassiusculum pulvinatum laxe congestis; conidiis globosis croceis creberrimis superfusis, 4–5 μ. diam., demum asperulis.

Hab. ad ligna et folia putria, alnea præprimis, nec non in subere udo in Germania, Belgio, Italia.

41. **Sporotrichum flavicans** Fr. S. M. III, p. 419. Kickx Fl. cr. Fl. 514
II, p. 289. — Effusum, delicatum, fugax; hyphis fertilibus abbreviatis, inæqualiter ramosis, demum collabentibus, initio albidis dein pallide flavis; conidiis exiguis globulosis, flavidis.

Hab. in lignis et subere udo in cellis vinariis in Belgio. — Synonymon *Acladii microspermi* dicitur. An?

42. **Sporotrichum lætum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 9. — Hyphis subtilis- 515
simis parcis rariter dispersis, conidiorum globosorum minutorum flavissimorum 2 = 1.5 strue obliteratis.

Hab. ad ligna putria sub umbra dejecta in Germania et in Fennia.

43. **Sporotrichum flavo-virens** Link Spec. Fungi I, pag. 17. Mich. 516
II, p. 358. — Hyphis breviusculis, parce ramulosis, in cæspitulos minutos flavo-virentes collectis; conidiis acrogenis globosis, 3 μ. d., flavo-olivaceis, 1-guttulatis.

Hab. in ramis corticatis quercinis putrescentibus in Gallia et Lusatia.

44. **Sporotrichum lutescens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2525. — My- 517
celio determinatim effuso oblongo ex hyphis densis intertextis lutescentibus; conidiis globosis, concoloribus.

Hab. rarius in corticibus, Bethlehem Amer. bor. — Affine *Sp. candido* et *obducenti*, colore distinctissimum.

45. **Sporotrichum flavum** (Fr.) Sacc. *Dendrina flava* Fr. S. M. III, 518

p. 454. — Cæspitulis determinatis flavis, matrici adpresse conglutinatis 4–10 mm. diam.; conidiis minimis pallidis hyalino-pellucidis.

Hab. in caulibus emortuis, frequens in Heracleo Sphondylio in Scania et Germania.

46. **Sporotrichum luteo-album** Link Sp. pl. Fungi I, p. 9. — Hyphis 519
tenerrimis parcis laxe intertextis albis; conidiis globosis minutis flavescentibus.

Hab. ad caules herbarum elatiorum siccos in Germania.

47. **Sporotrichum malagense** Thüm. Symb. Myc. Austr. n. 68. — Cæ- 520
spitulis gregariis, sæpe confluentibus, magnis, lanosis, distinctis, elevatis vel plus minusve hemisphærico-orbiculatis, molle-laxis, aureis, demum sordide lateritiis; hyphis brevibus, dense intricatis, non septatis, hyalinis, tenuissimis; conidiis numerosis, globosis, inspersis, pellucidis, dilute flavescentibus vel subhyalinis, plerumque conglobatis vel etiam solitariis, 1–1,5 μ. diam.

Hab. ad acinos Vitis viniferæ diu acervatos et corruptos, vulgo «Malaga-Cibeben» dictos, socio sæpe *Penicillio glauco* f. *Coremio*, Klosterneuburg Austriæ.

48. **Sporotrichum Thümenii** Sacc. *Sp. luteo-album* Thüm. F. pomic. 521
p. 21, nec Wallr. Flor. Crypt. germ. II, p. 277. — Mycelio tenui, effuso; cæspitulis laxis flavescentibus; hyphis hyalinis, tenuissimis, simplicibus aut obsolete ramosis; conidiis depresso-globosis, dilute ochroleucis, subpellucidis, 5 μ. diam.

Hab. in Piri Mali pomis putridis in Pensylvania pr. Bethlehem Amer. sept. (Schweinitz).

49. **Sporotrichum chrysospermum** Harz Hyph. p. 19, t. V, f. 3. — Ef- 522
fusum, aureum; hyphis repentibus vage parce ramosis, raro septatis, tortuosis; conidiis ellipsoideo-globulosis, in denticulis obtusis v. sessiliter nascentibus, 8–9 μ. long. aureis.

Hab. parasitice in Polyporo alutaceo, P. igniario, P. pinicola in Austria et Germania.

50. **Sporotrichum aurantiacum** Grev. Wern. Trans IV, t. 5, f. 4. — 523
Cæspitulis rubro-aurantiacis; hyphis tenuissimis, valde intricatis; conidiis globosis, perexiguis.

Hab. in stercore etc. in Britannia.

51. **Sporotrichum merdarium** Ehrenb. Sylv. Berol. p. 10, Sacc. Mich. 524
II, p. 359. — Cæspitulis flavissimis, subpulveraceis; hypharum ramulis sæpe trifidis, subasperulis; conidiis globosis, 9–10 μ. diam., muriculatis, flavis.

Hab. in excrementis humanis in Germania et Gallia.

52. **Sporotrichum Holmbergii** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 323. — Cæspitulis magnitudine ludentibus, 1–5 mm. diam., difformibus, crassiusculis, superficialibus, pulverulento-compactiusculis, sulphureis; hyphis repentibus, dense intricato-ramulosis, parce septulatis, hyalino-lutescentibus, levissimis; conidiis globosis v. ovoideis 6–8 μ. diam., levissimis e hyalino lutescentibus. 525

Hab. in corio caprino chirothecæ putrescentis. Concepcion del Uruguay (Dr. E. L. Holmberg).

53. **Sporotrichum croceum** Kunze et Schm. Myk. Heft. I, p. 81. Wallr. Fl. cr. n. 1854. — Hyphis parce ramosis croceis in hyphasma crassiusculum contextis; conidiis ovalibus minutis concoloribus creberrimis superfusis. 526

Hab. ad quisquilias putres a luce retractas in Germania. Pro *Corticio sulphureo* statu degenere habet Friesius, sed conidia creberrima obstant. — «An duæ species?».

III. Ochracea v. fulva.

54. **Sporotrichum Dahliæ** Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 484. — Cæspitulis adnatis, late effusis, irregularibus, velutino-laxis, cinnamomeo-ferrugineis, inquinantibus; hyphis longissimis, tenuissimis, simplicibus, multiseptatis, griseo-fuscidulis; conidiis ellipticis, utrinque rotundatis, simplicibus, 4 = 1,5–2, hyalinis. 527

Hab. in Dahliæ variabilis caulibus putridis in hortis pr. Minussinsk Sibiriæ.

55. **Sporotrichum ochraceum** (Corda) Sacc. *Chromelosporium ochraceum* Corda Sturm. D. Fl. Cr. III, pag. 81, t. 41. — Cæspitulis effusis, pulverulentis, ochraceis; hyphis repentibus, ramosis, hyalinis, septatis; conidiis subglobosis continuis, ochraceis, (gelatina immersis) hyphis inspersis. 528

Hab. ad caules putres Hemerocallidis et Allii in Bohemia.

56. **Sporotrichum lateritium** Ehrenb. Sylv. Berol. p. 11, *Verticillium lateritium* (Ehr.) Rabenh. D. C. Fl. n. 921, an Berkeleyi? — Hyphis laxe tenuiterque intertextis demum confluentibus; conidiis ovalibus (oblongis) minimis copiosissimis superfusis. 529

Hab. ad rejectamenta hortorum in Germania. — An lusus *Sporotrichi aurei?*

57. **Sporotrichum tortuosum** Wallr. Fl. cr. n. 1860. — Hyphis intricatis pellucidis obscure septatis flexuoso-tortuosis hyphasma tenerrimum e basi stipata floccosum dilute cinnamomeum constituentibus; conidiis subglobosis lateralibus. 530

Hab. ad ligna faginea cæsa in Thuringia.

58. **Sporotrichum cinnamomeum** Wallr. Fl. cr. n. 1858. — Hyphis 531
intricatis ramosis fusco-cinnamomeis cum conidiis inspersis concoloribus globosis microscopicis, hyphasma pannosum effusum tenerrimum laxe intertextum constituentibus.

Hab. ad corticem internum putrem Aceris campestris in Thuringia (Wallroth) et in vaginis petiolaribus putridis Phœnicis dactyliferæ in Belgio. Forma in Phœnice præbet hyphasma griseum initio cæspitulosum dein confluens, conidia copiosa globosa flavo-cinnamomea.

59. **Sporotrichum geochroum** Desm. in Fr. S. M. III, p. 146. Sacc. 532
F. it. t. 743, Mich. II, p. 552. — Effusum, subvelutinum, ochraceo-fulvum; hyphis fertilibus erectis asperulis, subcontinuis, parce ramosis: conidiis globulosis 3-4 = 3-3,5, intus granulosis, fulvellis.

Hab. in lignis putrescentibus in Gallia, Italia, Britannia, Suecia. — An huc *Botrytis polyspora* Link, Sturm. D. C. Fl. t. 35?

60. **Sporotrichum alutaceum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2524. — My- 533
celio indeterminatim effuso, alutaceo-subolivascente, ex hyphis laxe et quasi reticulatim intertextis, crassiusculis, arctim cortici adpressis; conidiis concoloribus nudis inspersis.

Hab. longe lateque effusum in cortice Vitis putrido, Bethlehem Americæ borealis.

61. **Sporotrichum pannosum** Rabenh. Hedw. I, p. 46, t. VIII, f. 4. — 534
Late effusum, subpannosum, fuscescens; hyphis ramosis, dense intertextis, continuis; conidiis ovoideis sessilibus v. in ramulis acrogenis, vivide rubro-luteis crasse tunicatis, 1-guttatis, 18-20 = 10-11.

Hab. in truncis (?) in horto botanico Tübingen Germaniæ.

62. **Sporotrichum fungicolum** (Corda) Sacc. *Miainomyces fungicolus* 535
Corda in Sturm. D. C. Fl. 13, p. 83, fig. 42. — Minutum subrotundum, ochraceum; hyphis homogeneis, continuis subsimplicibus, radiatis, intertextis; conidiis oblongis, continuis hyphis agglutinatis.

Hab. in clavis putrescentibus Clavariæ ardeniæ et C. fistulosæ pr. Carlsbad et Reichenberg. — Forte genus distinctum, sed non satis notum. An huc spectat *Fusisporium fungicolum* Corda Ic. fung. VI. p. 2, f. 4, *Monosporio* potius affine?

IV. Rubentia.

63. **Sporotrichum roseum** Link Obs. I. p. 33. Sacc. F. ital. t. 747, 536
Sp. ollare Pers. M. E. I, p. 81, *Sp. vesicarum* Link Sp. pl. I, p. 12. — Cæspitulis effusis, roseis, subinde confluentibus; hyphis

repentibus dilute roseis vage divisis, parce septatis, hinc inde ramulos simplices vel apice 2-3-fidos gerentibus; conidiis in ramulorum apice insertis ovoideis, 4 = 3, 1-guttulatis roseis.

Hab. in charta humida, in muris, in ollis figulinis terra repletis, in obturaculis e vesica confectis in Germania, Italia, Gallia, Belgio.

64. **Sporotrichum pannorum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 13. — Hyphis 537
abbreviatis parce ramosis tenuibus; conidiis copiosis subglobosis uberrimis rubro-miniatis, hyphasma obliterantibus.

Hab. ad pannos putrescentes in Germania (Ehrenberg). — Quod equidem legit cl. Wallroth colore miniato differre videtur et conidia sæpius seriata edit, cautius hyphis intertextis tenuioribus et conidiis minoribus a *Trichodermate cinnabarino* dignoscendum. — Sec. Fr. sistit varietatem *S. rosei* Link.

65. **Sporotrichum ruberrimum** Fr. S. M. III, p. 422. — Cæspitoso- 538
conglomeratum, primo hyphis tenerrimis, evanidis, denudatis tectum, dein conidiis nudis admodum compactis, copiosissime coacervatis, globosis lateritio-rubris.

Hab. ad pannum putridum cum *Sporotricho sulphureo* loco suffocato in Suecia.

66. **Sporotrichum vinosum** (Schw.) Fr. S. M. III, p. 421, *Dematium* 539
vinosum Schw. Car. p. 129. — Pannosum, intertextum, e conidiis globosis vinoso-cinerescens.

Hab. ad fungos putridos Carolinæ. — Ad *Sp. chlorinum*, in statu nempe viso, accedit, majusculum et cæspites longos efficiens.

67. **Sporotrichum mycophilum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 15, Harz Hyph. 540
pag. 19, t. II, f. 2. — Hyphis crispulis tenuibus dispersis parce septatis, vage ramosis; conidiis ovoideis brunneo-rubentibus dein pallide fuscidulis, 2.8-3 μ. long., e stipitulis v. denticulis v. omnino sessiliter enascentibus.

Hab. ad fungos exsiccatos e. g. Polyporos passim in Germania.

68. **Sporotrichum scotophilum** Ehrenb. Sylv. Berol. p. 11. — Effusum, 541
rubrum; hyphis sterilibus intertextis repentibus fertilibusque suberectis, simplicibus; conidiis globosis 5 μ. d., levibus, miniatis.

Hab. in stercore felino et murino in Germania et Gallia. — *Sp. merdarium* Link, præter colorem, conidiis fere duplo majoribus utitur.

69. **Sporotrichum stercorarium** Ehrenb. Sylv. Ber. p. 11. — Hyphis 542
raris effusis hyalinis conidiorum uberrimorum globosorum roseorum strue obtectis.

Hab. ad stercus humanum siccum in Germania.

70. **Sporotrichum membranaceum** Karst in Symb. ad Mycol. fennic. XII. pag. 112. — Dilute roseum, ambitu sæpe fibris albis, radiantibus fimbriatum, submembranaceum, tenue, ex hyphis dense intertextis, articulatis, vage iteratoque ramosis, æqualibus, procumbentibus, hyalinis (sub micr.) constitutum; hyphis 3–4 μ. crass.; conidiis in denticulorum apicibus acrogenis, ovoideis, 9 ≃ 6–7. 543

Hab. in cortice Pini silvestris, Mustiala, unico loco satis copiose lectum. — Primo obtutu pro *Lyomycete roseo* (Pers.) Karst. facile sumitur, sed ab hoc longe distat.

71. **Sporotrichum Hippocastani** Corda Ic. fung. I. p. 10, fig. 159. — Mycelio effuso floccoso-bombycino, albo dein coccineo et fuscescente, nitido; hyphis dichotomis, albis, multiseptatis; conidiis numerosissimis, globosis, albo-lutescentibus. 544

Hab. in nucleis putridis Æsculi Hippocastani prope Prag Bohemiæ.

72. **Sporotrichum incarnatum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2529. — Mycelio indeterminatim longe effuso, satis crasso lanoso, submolli; hyphis intertextis, albido-incarnatis; conidiis dense inspersis, nudis et hyphis adhærentibus roseo-incarnatis, demum expallentibus; pellem laxam sistit ad 2 uncias effusum. 545

Hab. in cariosissimo ligno molli dejectorum ramorum Liriodendri, Bethlehem Americæ borealis.

73. **Sporotrichum gratum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2530. — Longe lateque effusum, mycelio ambitu subdeterminato expallente; hyphis densissime intertextis arcte adpressis, unde superficies lævigata apparet; conidiis creberrimis roseis adhærentibus, globosis. 546

Hab. in epidermide corticis quercini et in lignis late expansum, Bethlehem Americæ borealis. — Colore præsertim differt a *Sp. obducente.*

74. **Sporotrichum viticolum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2534. — Mycelio longitudinaliter ad 2–3 uncias effuso pallido, ex hyphis basi in membranulam aut pelliculam contextis, ceterum autem suberectis et sublanosis quanquam intertextis, superne onustis creberrimis; conidiis rubris v. lateritiis, numquam velatis. 547

Hab. in sarmentis Vitis in America boreali.

75. **Sporotrichum subvinosum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2540. — Mycelio crassiusculo, lanoso, subdeterminatim effuso ex hyphis laxe intricatis aut intertextis, vinoso-purpurascentibus, demum grisescen- 548

tibus, conidiis concoloribus crebris non primum velatis, hyphis adhærentibus.

Hab. in truncis sub cortice non rarum, Bethlehem Amer. bor.

76. **Sporotrichum tenue** (Cord.) Rab. D. C. Fl. n. 762, *Capillaria tenuis* Cord. Ic. fung. I, p. 10, f. 151. — Mycelio bombycino, rubro; hyphis ramosis, pallide rubris; conidiis minutis, ellipticis, utrinque acutis, pellucidis, 4,8 μ. long. 549

Hab. in ligno putrido Carpini, prope Reinchenberg Bohemiæ. 550

77. **Sporotrichum salicinum** (Pers.) Fr. S. M. III, p. 421, *Dematium salicinum* Pers. Syn. p. 699. — Pannosum, intertextum e conidiis globosis rubiginosum.

Hab. ad folia dejecta salicina e grege Vetricum in Suecia et Germania.

78. **Sporotrichum Schweinitzii** Sacc. *Stachylidium roseum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2708. — Hyphasmate cæspitose aggregato, sæpe confluente cæspitulis minutis rotundis, roseo-incarnatis, compositis ex hyphis septatis ramosis; conidiis lateralibus crebris amœne roseis. 551

Hab. in foliis caulibusque plantarum male exsiccatarum in herbariis e. g. Solidaginis rigidæ, Bethlehem Amer. bor. — «E loco natali potius *Trichothecium*».

79. **Sporotrichum sporulosum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 6. *Aleurisma erubescens* Nees Syst. p. 52, fig. 48, *Coccotrichum rhodochroum* Wallr. Fl. cr. I, p. 315, *Sporotrichum rhodochroum* Link. — Mycelio crassiusculo denso, limitato; hyphis rarissimis; conidiis globosis minutis albis rubentibusve. 552

Hab. in variis corporibus putrescentibus e. g. ad caules plantarum, Rhei etc., in Suecia, Germania. — Cæspituli suberumpentes; hyphæ raræ evanidæ, septatæ, primo convergentes et obtegentes conidia. Fr. l. c.

80. **Sporotrichum coccineum** Wall. Fl. crypt. n. 1856, ? *Chroolepus coballigineus* Agardh, *Byssus coballiginea* Wulf. in Jacq. Coll. II. t. 12, f. 1. — Hyphis tenerrimis brevibus dense intertextis coccineis cum conidiis concoloribus globosis microscopicis hyphasma tenuiter membranaceum belle coccineum construentibus. 553

Hab. ad terram gypsaceam udam German. austral. (Wulfen, Schrank, Scopoli), equidem prope Steigerthal Hercyniæ infer. — Vegetabile dubium, a nuperis, ni fallor, neglectum, colore belle coccineo oculos alliciens et forsan huc referendum. Wallr. l. c.

V. Virentia, olivacea, grisea, fuscella.

81. **Sporotrichum griseum** Link Obs. I, p. 11. — Hyphis tenerrimis implexis effusis cum conidiis globosis creberrime interspersis hyphasma tenuatum griseum constituentibus. 554

Hab. ad caules herb. elatiorum siccos pone terram in Germania.

82. **Sporotrichum Phalloidearum** (Cord.) Rab. D. C. Fl. n. 748, *Capillaria Phalloidearum* Cord. Ic. fung. I. pag. 10, fig. 155. — Mycelio effuso, pallide virescente, dein glauco; hyphis intricatis, simplicibus, compressis, flaccidis, albis diaphanis; conidiis numerosissimis, oblongis, subacutis, pallide virescentibus, pellucidis. 555

Hab. in pileis Phallorum putridorum, pr. Prag Bohemiæ.

83. **Sporotrichum oligocarpum** (Corda) Rab. D. C. Fl. n. 744, *Capillaria oligocarpa* Corda Ic. fung. I, pag. 10, fig. 153. — Mycelio effuso tenui cinereo; hyphis dichotomis, longissimis, flaccidis, diaphanis albis; conidiis sparsis, ovatis concoloribus. 556

Hab. in foliis putridis Pandani silvestris culti, prope Reichenberg Bohemiæ.

84. **Sporotrichum elæochroum** Fr. S. M. III, p. 417. — Cæspitulis minutis rotundis, pulverulentis, sed etiam nudo oculo floccosis, 1 mm. latis, et facillime confluentibus; hyphis erectis vage ramosis olivaceis, ramis elongatis, subsimplicibus, æqualibus; conidiis globosis parvis. 557

Hab. ad Rosarum v. c. R. pomiferæ fructus putrescentes, in Suecia.

85. **Sporotrichum cæsiellum** Fr. S. M. III, p. 424. — Tenerrimum, primo cæspitulosum, dein laxum; cæspitulis vix conspicuis; hyphis brevibus, raris, primo erectis dein decumbentibus, effusis, araneosis; conidiis conglomeratis hinc inde adspersis, globosis albido-cæsiis. 558

Hab. ad folia decidua coacervata Fagi, Castaneæ, Aceris Pseudoplatani in Suecia.

86. **Sporotrichum Bolleanum** Thüm. Contr. Funghi Litor, n. 36. tab. I, fig. 14. — Cæspitulis hypophyllis, tenuibus, densis, parvis laxis, indeterminatis, e griseo nigris in foliorum partibus exaridis, flavidis; hyphis erectis, simplicibus, multiseptatis, rectis, griseo-fuscis; conidiis globosis, minutis, dilute griseo-fuscis, sæpe coacervatis. 3–3,5 μ. diam. 559

Hab. ad folia languida Aspidistræ elatioris, Gorizia in caldariis. — « An forma *Cladosporii?* ».

87. **Sporotrichum griseilum** Sacc. Mich. II. p. 359. — Effusum velutinum, pallide griseum, denique pulveraceum; hyphis repentibus parce ramosis, subcontinuis, fertilibus assurgentibus, subsimplicibus v. breve et parce ramulosis, continuis, 40-60 ≍ 2, pallide griseo-olivascentibus, sursum nodulosis; conidiis acro-pleurogenis, sphæricis, 3 μ. diam., concoloribus, 1-guttulatis. 560

Hab. in ramis corticatis putrescentibus Ulicis Europæi, Saintes Galliæ (Brunaud).

88. **Sporotrichum arthrinioides** Thüm. Contr. Funghi Lit. n. 37, tab. I, fig. 34. — Cæspitulis velutinis, olivaceis, magnis, confluentibus, crassis, molle-tomentosis, ramos obducentibus; hyphis erectis, continuis, simplicibus, non septatis, tenuibus, fuscis; conidiis late fusoideo-ellipticis, utrinque acutatis, medio tumidis, simplicibus, cinereis 12-14 ≍ 8. 561

Hab. ad ramulos subputridos Gleditschiæ triacanthi, Gorizia. — « An *Botrytis vulgaris* forma? ».

89. **Sporotrichum ampelinum** Thüm. et Pass., Die Pilze des Weinstock, p. 43. — Cæspitibus tenuibus, sparsis velutinis, parvulis, fusco-olivaceis; hyphis longis, brevi et multi-articulatis, crassiusculis, inæqualibus, curvulatis, non ramosis, griseo-olivascentibus; conidiis globulosis, numerosis, hyalinis, pellucidis, 4-5 μ. diam. 562

Hab. in sarmentis aridis Vitis viniferæ prope Parma Italiæ septentr.

90. **Sporotrichum lactis** Pirotta et Riboni, Arch. Lab. Critt. Ser. II, p. 316. — Cæspitulis irregularibus plus v. minus intense viridibus; hyphis longis, simplicibus tenuibus, cylindricis, pluriseptatis; conidiis minutis ovalibus v. sphæroideis, unilocularibus, viridibus. 563

Hab. in spuma lactis vetusta et in qua vivebant *Oospora lactis* et *Mucor racemosus*, in Italia boreali.

91. **Sporotrichum virescens** (Pers.) Link. Obs. II, p. 11, *Dematium virescens* Pers. Syn. p. 698. — Hyphis parcis cum conidiis globosis obscure viridibus in hyphasma subcrustaceum constipatis. 564

Hab. ad ligna exsiccata quæcumque caulesque herbarum elatiorum siccos ubertim in Germania, Italia, Gallia. — « Verisimiliter *Trichoderma viride* v. *Penicillium* collapsum ».

92. **Sporotrichum? bombacinum** Link Sp. pl. Fungi p. 20. *Athelia bombacina* Pers. M. E. I, p. 85. — Hyphis tenerrimis arachnoideis in telam intricatam constipatis, effusis; conidiis globosis minutis, e livido viridulis. 565

Hab. ad folia dejecta, quæ dense obtegit, in Germania.

93. **Sporotrichum flexuosum** Sacc. et Therry, *Sporotrichum tortuosum* Sacc. et Therr. Mich. II, p. 635, nec Wallr. — Effusum, velutinum, persistens, olivaceo-virens; hyphis assurgentibus constipatis, parce ramosis, 100-150 ≃ 3,5, conspicue flexuosis, dilute olivaceis, continuis, apicem versus pallidioribus et subdenticulatis; conidiis subglobosis, deorsum brevissime et obsolete apiculatis, dilute olivaceis, e ramulorum denticulis oriundis 3-3,5 ≃ 2,5-3,5. 566

Hab. in trunco putri fagineo S. Bonnet le froid Galliæ (Therry). — *Sp. chlorino* subaffine sed facile distinguendum.

94. **Sporotrichum anceps** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 576. — Cæspitulis minutis, olivascentibus; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus assurgentibus parcissime septatis, vage ramulosis, subtortuosis; conidiis ovoideis, fusco-olivaceis, 4-6 ≃ 2,5-3, subhyalinis ad apicem ramulorum laxe congestis. 567

Hab. parasitica in stromatibus vetustis Diatrypes, Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis). — Ad *Trichosporium* vergit.

95. **Sporotrichum olivaceum** (Link) Fr. S. M. III, p. 417, *Botrytis olivacea* Link Sp. pl. Fungi I, p. 18. — Effusum, olivaceum; hyphis subramosis, erectiusculis, brevissimis; conidiis globulosis, minutis, olivaceis. 568

Hab. in ligno putri in Germania, Belgio, Italia.

96. **Sporotrichum chlorinum** Link Obs. myc. II, p. 35, Sacc. F. ital. t. 742. — Hyphis densiusculis continuis, ramosis, levibus, in hyphasma crassiusculum effusum olivaceo-virens laxe intertextis; conidiis obovatis, 5-6 ≃ 3-3,5, 1-guttatis, virentibus, prope apicem ramulorum vage insertis. 569

Hab. ad folia dejecta quercina etc. in Silesia, Britannia et Italia.

97. **Sporotrichum æruginosum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2539. — Mycelio sublimitato effuso, maculas unciales et biunciales efficiente, ex hyphis lanosis intertextis ambitu laxioribus, pulcherrime æruginosis, centro fere tenuissimam membranulam sistentibus, qua aggregata sunt conidia creberrima concoloria, conglomerata. 570

Hab. frequentissime Salem et Bethlehem in truncis putridis jacentibus. — « An *Trichoderma?* — *Spor. æruginosum* Pers., teste Fr., est mycelium. An ab hoc differt *Sp. viride* Link. ».

98. **Sporotrichum helvolum** Wallr. Fl. cr. n. 1857. — Hyphis tenerrimis pellucidis parce ramosis continuis pallido-fuscescentibus; conidiis simplicibus ovatis pellucidis magnis facile aufugis, hyphasma tenue sericeum obliterantibus helvolis. 571

Hab. ad lignum putridum Alni, in Thuringia.

99. **Sporotrichum fusco-album** Link Sp. pl. Fungi I, pag. 11, *Sp. oosporum* Ehrenb. Sylv. Ber. p. 10. — Hyphis implexis, ramosis validis hyalinis in hyphasma lanosum crassiusculum effusum laxe intertextis; conidiis subglobosis magnis creberrimis fuscis intus grumulosis. 572

Hab. ad cortices arborum putres in Silesia (Link), in agro berolin. (Ehrenberg), in Thuringia (Walle.); in foliis Salicis, in agro Gorizia (Bolle).

100. **Sporotrichum thermale** Mont. Plant. cell. nouv. p. 163. — Hyphis tenerrimis hyalinis vix conspicue septatis, 1,5 μ. crassis ramosissimis, ramis omnibus patentibus, initio tegentibus, tandem conidiis brunneis ovatis magnis, 12 ≈ 6,5 brevissime pedicellatis, granuloso-nucleatis immixtis, acervulos pulverulentos confluentes constituentibus. 573

Hab. in Himantia quadam parasitans ad thermas Luxeuil in Gallia.

MONOSPORIUM Bonord. Handb. p. 95 (Etym. *monos* unus et *spora*). — Hyphæ steriles repentes; fertiles dendroideo-repetito-ramosæ, erectæ. Conidia in ramulorum apicibus solitarie acrogena, hyalina vel læte colorata. — Forte huc ducendæ *Sporotrichi* species nonnullæ.

1. **Monosporium spinosum** Bon. Handb. pag. 95, fig. 148, Sacc. F. it. t. 869. — Cæspitulis effusis, candidis, bombycinis; hyphis fertilibus erectis, continuis opposite ramosis; ramis simplicibus v 3-furcatis acuminatis; conidiis obovatis majusculis 20 ≈ 12, hyalinis, acrogenis. 574

Hab. in Agaricis et Russulis putridis in Guestphalia et Italia boreali.

2. **Monosporium articulatum** Bon. Hedw. 1876, p. 83. — Candidum, tenue; hyphis curtis tenuissimis, albis, ramosis et articulatis, ramulis terminalibus subulatis; conidiis minimis oblongis albis. 575

Hab. in Arcyria, quæ inde valde vitiata, in Guestphalia.

3. **Monosporium agaricinum** Bon. Handb. p. 95, fig. 42. — Hyphis fertilibus erectis, tenuibus, parce ramosis, ramulis adscendentibus, simplicibus v. furcatis, pyramidatim digestis; conidiis initio globulosis dein ovatis v. obovatis, obtusis, albo-hyalinis. 576

Hab. in Agaricis, Boletis et Ustulina putridis in Germania, Belgio. — Cfr. *Sporotrichum agaricinum*.

4. **Monosporium acuminatum** Bon. Handb. p. 95, fig. 165. — Cæspitulis effusis, teneris, albis; hyphis erectis, parce septatis, dendroideo-ramosis, ramis adscendentibus simplicibus furcatisve acuminatis; conidiis acrogenis oblongis, hyalinis. 577

Hab. in caulibus putridis in Guestphalia et Italia. — Sec. Rivolta Parass. p. 481, f. 188 *a*, conidia in apice ramulorum subinde bina, 10-12 ≍ 6-8. — ***M. terrestre** Sacc. F. it. tab. 868: conidiis 5-6 ≍ 3. In terra humosa in agro Veneto.

5. **Monosporium reflexum** Bon. Handb. p. 96, fig. 134. — Cæspitulis densis, albis; ramulis patulis et fere reflexis sursum attenuatis; conidiis globosis, hyalinis. 578

Hab. in acubus Pinorum in Guestphalia.

6. **Monosporium membranaceum** Bon. Handb. p. 95, fig. 113. — Album; hyphis pellucidis continuis, parce ramosis, ramis adscendentibus; conidiis minutis globosis, parcis. 579

Hab. in foliis putridis, pelliculam formans, in Guestphalia.

7. **Monosporium corticolum** Bon. Handb. p. 95, fig. 126. — Cæspitulis crassiusculis, albis; hyphis intertextis, continuis, ramosis, hyphasma dense contextum formantibus; conidiis in ramulorum apice nascentibus obovatis, flavidis, pluriguttulatis. 580

Hab. in cortice rimoso Juglandis regiæ in Guestphalia.

8. **Monosporium affine** Sacc. et Schulz. *Monosporium corticolum* Sacc. et Schulz. Micr. Slav. n. 64, vix Bon., Schulz. Ill. fung. Slav. n. 560. — Album arachnoideum, hyphis effusis filiformibus opposite v. vage ramulosis, ramulis sursum attenuatis monosporis; conidiis globulosis v. obovatis, 7-9 μ. longis, hyalinis. 581

Hab. in cortice Juglandis regiæ pr. Vinkovce, Slavoniæ.

9. **Monosporium decumbens** Bon. Handb. p. 95, fig. 116. — Cæspitulis minutis, rotundis, medio guttula gelatinosa brunnea subinde præditis; hyphis decumbentibus, brevibus, ramosis; ramulis acutis; conidiis acrogenis oblongis 3-nucleatis. 582

Hab. in corticibus Juglandis in Guestphalia.

10. **Monosporium sepedonioides** Harz. Hyph. p. 18. t. II, fig. 3. — Effusum, albo-roseum; hyphis sterilibus repentibus, continuis, filiformibus, hinc inde ramos fertiles breves, apice racemoso- v. umbellato-ramulosos gerentibus; conidiis acrogenis, globosis, minute muriculatis roseis, raro albidis 10-11 μ. diam. 583

Hab. in tuberibus Solani coctis in Austria. — «An potius verum *Sepedonium?*».

11 **Monosporium cellare** Bon. Bot. Zeit. 1853, p. 287, f. VII. fig. 8. 584

— Cæspitulis floccosis, albis; hyphis continuis, tenerrimis; ramis apice di-trichotomis, acutis; conidiis albis, globosis, minutis, 2-3 μ. diam.

Hab. in vasis oleariis in cellis in Guestphalia.

12. **Monosporium oxycladum** Riess Bot. Zeit. 1853, t. III, f. 18-20. 585
— Sordide ochraceum floccosum, mycelio repente, ramoso, septato; hyphis fertilibus acute ramosis, septatis; conidiis ovoideis, tenuissime granulatis, basi verruca hyalina auctis et in apicibus ramulorum insidentibus, 26-35 ≃ 16-20.

Hab. in cortice ramorum siccorum Rosæ, Salicis etc. Kassel Germaniæ.

13. **Monosporium griseum** Rabenh. Flora 1852, pag. 399. — Cæspitulis effusis griseis; hyphis articulatis e basi simplici superne dendroideo-ramosis, hyalinis; conidiis magnis, ovoideis v. subsphæricis, fuscidulis, levibus, intus granulosis, 28-30 μ. longis. 586

Hab. in agro Dresden Germaniæ.

14. **Monosporium chartarum** Therry Rev. Myc. V, p. 45. — Cæspitulis pulvinulatis, fertilissimis, flavo-lilacinis v. fuscellis; hyphis.....; conidiis..... 587

Hab. in charta, gypso udis, Lyon Galliæ.

15. **Monosporium canum** Bon. Hedw. 1876, p. 83. — Hyphis erectis irregulariter ramosis, septatis, articulatis, ramulis subulatis curvatis; conidiis terminalibus globosis canis. 588

Hab. in ramis emortuis arborum, in Guestphalia. — E rimis corticis fasciculatim erumpit.

16. **Monosporium acremonioides** Harz Hyph. p. 17, t. I, f. 3. — Effusum, laxum, arachnoideum, albo-griseum; hyphis sterilibus repentibus, septatis; fertilibus assurgentibus ramosis, septatis, hyalinis; ramis ascendentibus, sursum attenuatis; conidiis obovatis, 17 ≃ 10, nitide brunneolis. 589

Hab. in ramis foliisque putridis arborum in Austria et Germania. — Teste Harzio, hyphæ rarius generant hinc inde capitula (*Acremonii*) e 10-20 conidiis globulosis, minutis, perexiguis constantia. « An hæc Acremonii forma potius parasitica in *Monosporio?* ».

17. **Monosporium flavum** Bon. Handb. p. 96, f. 107. — Cæspitulis minutis, rotundis, flavidis, ex hyphis apice acutis, intertextis constantibus; ramulis fertilibus tenuibus, stipitiformibus numerosis, sæpe ternis; conidiis acrogenis rotundis minutis, flavis, subinde 1-guttatis. 590

Hab. in corticibus putridis in Guestphalia, et in caulibus Convolvuli in Hollandia (Oudemans). — Cfr. Oudem. Mat. I, p. 43, t. I, fig. 6; ubi ramuli ultimi sæpe bini, curvuli et conidia substipitellata.

18. **Monosporium minutissimum** Riv. Parass. p. 481, f. 188 *b*. — Albicans; hyphis fertilibus inordinate ramosissimis; ramulis apice binis v. ternis brevibus obtusis; conidiis apice ramorum insertis, sphæroideis hyalinis, 2–3 μ. diam. 591

Hab. in fœno putri, Pisa Italiæ borealis.

19. **Monosporium viridescens** Bon. Handb. p. 96, fig. 111. — Cæspitulis subeffusis pulveraceis, minutis, niveis, dein, conidiis conspersis, viridulis; hyphis ramosis, continuis, ramis patulis; conidiis globosis, viridulis, in quoque ramo binis veluti stipitellatis. 592

Hab. in corticibus putrescentibus arborum in Guestphalia.

20. **Monosporium saccharinum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1379, t. 7, f. 3. — Cæspitulis subgelatinosis, coffeicoloribus; hyphis brevibus, erectis, subclavatis; conidiis obovatis, basi truncata hærentibus, pallidis, 10–13 μ. long. 593

Hab. in substantiis putrescentibus sub vitro, Batheaston Britanniæ. — Interdum apex ramulorum septum gerit et forte novum conidium gignit. «Vix hujus loci».

BOTRYTIS Mich. em. Link Sp. pl. I, p. 53 (Etym. *botrys* racemus) *Polyactis, Phymatotrichum, Nodulisporium, Acmosporium, Capillaria* Auct. — Hyphæ steriles repentes; fertiles vage dendroideo-ramosæ, erectæ. Ramuli modo tenues apice acutiusculi (*Eubotrytis*), modo crassiores obtusiusculi (*Polyactis*), modo apice inflato-verruculosi (*Phymatotrichum*), modo apice cristulati (*Cristularia*). Conidia prope apicem ramulorum varie congregata nec vere capitata, continua, globosa, ellipsoidea v. oblonga, hyalina v. læte colorata. — Genus vastum, in posterum plenius explorandum et certe dividendum.

A) Eubotrytis.

Minores molliores varicolores; rami tenelli subæquales; conidia ad apices laxius congregata.

I. Albescentes.

1. **Botrytis candidula** Sacc. Mich. II, p. 544, et Fung. ital. tab. 700, — Cæspitulis depresso-pulvinatis, albis, mucedineis; hyphis sterilibus repentibus ramosis; fertilibus assurgentibus, septatis, hyalinis 594

pluries furcato-ramosis; conidiis in ramulorum apice 2-5-congestis globosis, 5-6 μ. diam., hyalinis.

Hab. in cortice putri Vitis viniferæ, Selva (Treviso) Italiæ borealis.

2. **Botrytis reptans** Bon. Handb. p. 101, fig. 146, Sacc. Mich. II, p. 378, F. it. t. 697. — Effusa, cæspitulosa, subpulveracea, albida, dein compactiuscula: hyphis expansis, sursum assurgentibus, sæpe furcatis, septulatis, hyalinis, 3-4 μ. cr.; conidiis ad apices ramorum insertis, globosis, 2½ μ. diam. hyalinis. 595

Hab. in lignis et corticibus putridis in Germania et Gallia.

3. **Botrytis pellicula** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2646. — Mycelio effuso, densissime intertexto, candidissimo, sistente pellem delicatam tenuissimam separabilem: hyphis sporidiferis creberrimis erectis et decumbentibus, onustis caterva densa conidiorum candidissimorum globosorum; hyphis ceterum eleganter ramosis: conidiis faciliter concussione avolantibus. 596

Hab. ad lignum vetustum, Bethlehem Amer. bor.

4. **Botrytis trabea** (B. et Br.) Sacc. *Stachylidium trabeum* B. et Br. Ann. N. H. n. 1920, tab. III, fig. 6. — Pallida; hyphis parce ramosis, apicibus 3-4-fidis; conidiis globosis. 597

Hab. in trabe vetusta, King' Cliffe.

5. **Botrytis laxa** Fr. S. M. III, f. 404. — Cæspitulis candidis, laneis, laxis, 6-8 mm. altis; hyphis fertilibus inferne ramosis, ramis longissimis, superne ramuloso-corymbosis; conidiis minutis, globosis, conglomeratis. 598

Hab. ad caules herbarum et ad ligna putrida in Suecia.

6. **Botrytis campsotricha** Sacc. *Campsotrichum album* Bon. Handb. p. 102, fig. 100. — Cæspitulis albis minutis, mollibus, subrotundis, pulveraceis; hyphis continuis, 2-3-furcatis; ramulis minutis brevibus obtusiusculis subinde curvulis; conidiis ovato-oblongis. 599

Hab. in truncis (?) in Guestphalia.

7. **Botrytis? Schweinitzii** Sacc. *Circinotrichum candidum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2580. — Mycelio tenuissimo effuso, quoad dispositionem exacte ut in *Circinotricho;* hyphis vero candidissimis et nitoris expertibus. 600

Hab. in ligno dealbato putrido pineo, Salem Amer. bor. — Nudo oculo lignum videtur farina adspersum.

8. **Botrytis epiphylla** Pers. Myc. Eur. I, p. 36. — Hyphis varie intertextis albis arachnoideis, fertilibus abbreviatis; conidiis subglobosis concoloribus parcis. 601

Hab. ad folia vegeta herbarum, præprimis Chenopodiorum et Atriplicum, in Germania. — «An *Peronospora effusa* (Grev.) De Bary?».

9. **Botrytis spicata** Preuss F. Hoyersw. n. 64. — Hyphis erectis, subopposito-ramosis albis diaphanis, punctulatis, septatis, mycelio repente suffultis; conidiis ovatis, nucleatis, in capitulum longum coacervatis. 602

Hab. in foliis delapsis Pini silvestris, Hoyerswerda.

10. **Botrytis curta** (B. et C.) Sacc. *Polyactis curta* B. et C. North Am. Fungi n. 669. — Minuta curta e maculis orbicularibus brunneis oriunda; hyphis brevibus, 1-2-septatis simplicibus vel apice lobatis; conidiis subglobosis, 20 μ. diam. 603

Hab. in pag. inf. foliorum Magnoliæ, Alabama Amer. bor. «An *Ovularia*?».

11. **Botrytis nivosa** Cooke in Grevillea. — Nivea, cæspitosa; hyphis tenuibus, abbreviatis, ramosis, septatis, ramulis sursum fastigiato-divisis; conidiis ellipticis, hyalinis, ad apicem nonglobatis, 4 ≃ 2. 604

Hab. in tuberibus Batatæ edulis (sweet potato) in Carolina inferiore.

12. **Botrytis Sphagnorum** Cooke in Rav. Amer. Fungi, N. 572, et in Grevillea. — Niveo, lanosa, cæspitosa; hyphis sterilibus elongatis, intertextis, furcatis, parce septatis; fertilibus abbreviatis, sursum bi-vel tri-dichotomis, ramulis fastigiatis, abbreviatis; conidiis subglobosis, minutis, paucis, hyalinis 3 μ. diam. 605

Hab. in Sphagnis in Carolina Amer. bor. — Hyphæ conidiorum diametrum æquantes.

13. **Botrytis densa** Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 52. *Trichosporium densum* Fr. Summa p. 493. — Hyphis tenerrimis in cæspites subrotundos albissimos dense contextis, fertilibus erectis ramosissimis subvirgatis; conidiis oviformibus concoloribus majusculis. 606

Hab. ad muscos putres agri rostochiensis (Ditmar.). — Var. **porcellanea**. Cfr. Oudem. Mat. I, p. 43, t. I, fig. 5: hyphis patenti-ramosis, parce septatis; ramulis bi-ternis; conidiis ovoideis, basi subapiculatis, in ramulorum apice bi-ternatis. In fragmentis vasorum porcellaneorum in Hollandia.

14. **Botrytis pilulifera** Sacc. Mich. II, p. 122, F. ital. t. 695. — Effusa, bombycina, subpannosa, alba; hyphis sterilibus repentibus varie intricato-ramosis, fertilibus assurgentibus, hinc inde ramulosis furcatisve, cylindricis, 7 μ. crassis, septatis, nubilose hyalinis; conidiis ad apicem (rarius subinflatum) ramorum laxe ag- 607

gregatis, perfecte sphæricis, 16-18 μ. diam., intus granuloso-farctis, hyalinis.

Hab. in stercore felino in cellis udis, Lyon Galliæ (Therry). — Affinis videtur *Botryti eleganti*, a qua conidiis multo majoribus et hyphasmate crassiore differt.

15. **Botrytis Bassiana** Bals., Robin Veg. paras. p. 560, t. VI, f. 3-8. 608
Stachylidium Bassianum Mont. in Berk. Obs. bot. and physiol. on the Potato Murrain, Journ. of the Horticult. Soc. Lond., vol. I, part. I. p. 26, cum icone. — Effusa, tomentosa, larvas demum omnino obducens; hyphis fertilibus candidis, erectis, simplicibus aut dichotomis breviter ramulosis, ramulis sparsis; conidiis globosis ad apices ramulorum tandem capitato-conglomeratis.

Hab. in Bombycibus, præcipue in larvis Bombycis Mori, quas necat in Gallia, Italia, America bor. — Vulgo *Calcino* o *Moscardino*. — ***B. tenella** Sacc. F. it. t. 692. Effusa candida, compactiuscula; hyphis fertilibus assurgentibus, varie ramosis, subcontinuis, hyalinis; conidiis globulosis minimis, 1,5 μ. diam., hyalinis interdum guttulatis, subcapitulatis In larvis et chrysalidibus Dipterorum, Selva; in Vespis, Padova, Noale (Alexich); in Melolontha in agro tridentino (Bresadola).

II. Rubentes, lateritiæ, lilacinæ.

16. **Botrytis carnea** Schum. Mich. II, p. 285. — Cæspitulis effusis, 609
byssinis, carneis; hyphis fertilibus assurgentibus dichotomo-ramosis; conidiis sphæricis 6-7 μ. diam., roseo-isabellinis, verruculosis in apice obtusiusculo hypharum concolorium et ramosarum solitariis v. bi-ternatis.

Hab. in truncorum basi usque in terram descendens in Germania, Italia. *B. isabellina* Pr. Hoyers. p. 75 huic peraffinis videtur. — Var. **quercina** Sacc. Mich. II, p. 358: conidiis paulo minoribus 4,5-5 μ. diam. In foliis putridis quercinis, Lyon Galliæ (Therry).

17. **Botrytis rosea** Link Obs. II, p. 36, *B. Linkii* Duby Bot. Gall. 610
p. 919. — Hyphis arachnoideis in cæspites parvos roseos laxe contextis, fertilibus ramosis apice multipartitis; conidiis globosis minutis concoloribus.

Hab. ad ramos dejectos agri rostochiensis in Germania (Link) et in Gallia (Duby).

18. **Botrytis pulcherrima** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2657. — Mycelio densim intertexto, crassiusculo, decumbente, persistenter roseo: 611

hyphis sporidiferis, fasciculatim in mycelio erectis, ramosissimis, candidis; conidiis ovato-globosis candidissimis.

Hab. in corticibus Bethlehem Amer. bor. — Plagæ unciam latæ, 6 uncias longæ in cortice confluentes.

19. **Botrytis bicolor** Link Sp. pl. Fungi I, p. 61, Bon. Handb. fig. 142, p. 101. — Hyphis tenerrimis effusis e griseo rubentibus (brunneis et septatis sec. Bonorden) fertilibus vage ramosis apice divisis; conidiis ovoideis pellucidis (ambitu brunneolis sec. Bon.). 612

Hab. ad caules herbarum elatiorum agri berolinensis et in Guestphalia. — «An potius e typo *Botrytis vulgaris?*».

20. **Botrytis Bonordenii** Sacc. *B. rhodospora* Bon. Handb. fig. 129, nec Ehr. — Hyphis e mycelio tenui radiculoso oriundis, septatis, erectis, prope apicem ramosis; conidiis ad ramulos lateraliter insertis globosis, roseis. 613

Hab. in truncis (?) in Guestphalia. — Deest diagnosis in textu Bonordenii.

21. **Botrytis coccotricha** Sacc. F. ital. t. 694, Mich. I, p. 270. — Cæspitulis majusculis, pallidis dein sordide roseis; hyphis ramoso-dichotomis, raro trichotomis, alte cæspitosis, 6–7 μ. diam., hyalinis, apice subroseis; conidiis in ramulorum apicibus attenuatis plerumque solitariis, ovoideis 25–30 μ. longis, initio granulosis, ferrugineo-rufis. 614

Hab. in ramis corticatis putrescentibus Aceris campestris etc. in Italia, Britannia. — ***B. Preussii** Sacc. *Coccotrichum dichotomum* Pr. in Sturm. D. Cr. Fl. III, tab. ~~60.~~ Differt conidiis rotundioribus, verruculosis, subcapitatis; hyphis regularius dichotomis. In foliis Eucomis in Germania.

22. **Botrytis Wallrothii** Sacc. *Coccotrichum carneum* Wallr. Fl. crypt. n. 1998. — Hyphis arachnoideis ramosissimis effusis albis laxe molliterque intertextis; conidiis primum in globulos pallide carneos conglobatis villosis undique dispersis dein fatiscentibus, hyphasma undique obliterantibus illudque membranaceum pallide cinnamomeum mentientibus. 615

Hab. intra ligni faginei fragmenta scissa in Thuringia.

23. **Botrytis erubescens** (Schw.) Sacc. *Coccotrichum erubescens* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2560. — Mycelio sublimitato, effuso, confluente ex cæspitulis numerosis subglobosis hypharum, griseo-rubescentibus; conidiis concoloribus, adeo magnis, creberrimis. 616

Hab. in dejectis asseribus putridis, Salem Amer. bor. — Interdum occupat plagas semipedales et ultra.

24. **Botrytis? rhodospora** (Ehrenb.) Sacc. *Actinocladium rhodosporum* Ehrenb. in Link Jahrb. II, p. 51, t. V, f. 3. — Hyphis segregatis parce dispersis, nigrescentibus, in apicem trifidum desinentibus; conidiis globosis dilute violaceo-roseis. 617

Hab. ad truncos aridos Carpinorum agri berolin. (Ehrenb.).

25. **Botrytis rhodochroa** (Link) Sacc. *Conotrichum C. rhodochroum* Wallr. Fl. crypt. 1900, *Sporotrichum rhodochroum* Link Jahrb. I, p. 177, *Aleurisma erubescens* Nees Syst. p. 52, f. 48. — Hyphis arachnoideis parce intertextis effusis albis dein rubentibus; conidiis primum in globos albos mox miniatos rubrosque conglobatis minimis concoloribus secedentibus hyphasque superfundentibus. 618

Hab. ad quisquilias putres ipsamque terram udam in Germania.

26. **Botrytis? purpureo-spadicea** (Fuck.) Sacc. *Hyphelia purpureo-spadicea* Fuck. Symb. myc. p. 363. — Terrestris; cæspitibus 1-2 uncias lat., purpureo-spadiceo-tomentosis, tomento ex hyphis ramosis, 10-12 μ. crass., continuis contexto, demum intus medioque evanescente et in conidia libera, globosa, sordide rosea, nucleata, 5 μ. diam. soluto. 619

Hab. ad terram silvaticam udam sabulosam et graminosam pr. Budenheim Germaniæ.

27. **Botrytis sphærulifera** Preuss F. Hoyersw. n. 63. — Cæspitulis effusis lateritiis; hyphis erectis subuliformibus ramosis, patentibus, raro septatis, subcapituliformibus; conidiis rotundis hyalinis. 620

Hab. in lignis Quercuum dejectis in hortis, Hoyerswerda.

28. **Botrytis lateritia** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2656. — Mycelio crassiusculo effuso; hyphis ramosissimis, lateritiis, primum albidis; sporidiferis erectis intricatis; conidiis copiosissimis, eleganter lateritiis; plagas efficit biunciales, subpulvinatim applanatas. 621

Hab. in caule antiquo Brassicæ, plagis latissimis effusa, Bethlehem Amer. bor.

29. **Botrytis isabellina** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa. — Cæspitulis late effusis, amœne isabellinis; hyphis erectis, crassis, repetito-ramosis trichotomisve, dilute isabellinis, apice reticulato-plicatis, verrucosis; conidiis irregulariter accumulatis, rarius in catenulas connatis, globosis, amœne isabellinis; episporio verrucoso, hilo instructo, nucleo globoso. 622

Hab. in ligno Pinorum cortice liberato, Hoyerswerda.

30. **Botrytis lilacina** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2658. — Mycelio effuso, vix pulvinato; hyphis breviusculis intricatis ramosis, spori- 623

diferis suberectis, lilacinis; conidiis ovatis crebris, paulo magis purpureis.

Hab. in ramis Pini canadensis subcorruptis, Mauch Chunk Amer. bor.

III. Flavæ, fulvæ, aurantiacæ.

31. **Botrytis citrina** Berk. Ann. N. H. n. 127, t. VIII, f. 12. — Initio alba, mucedinea; hyphis fertilibus erectis, septatis, ramosis; ramis subcymosis, citrinis; conidiis obovatis. 624

Hab. in ramis emortuis Cerasi, King's Cliffe. — Cæspituli circ. 20–25 mm. lati.

32. **Botrytis elegans** Link Obs. I, p. 13, Bon. Handb. fig. 141, p. 101. — Hyphis effusis tenuissimis fugacibus, fertilibus longioribus erectioribus ramoso-corymbosis albidis, septatis demum flavescentibus; conidiis ovoideis subhyalinis. 652

Hab. ad stercus vaccinum agri Rostoch. et in Guestphalia.

33. **Botrytis lutescens** Sacc. et Roum. Mich. II, p. 636. — Effusa, breve velutina, luteola; hyphis vage ramosis repentibus, fertilibus assurgentibus, 150 ≈ 3, parce septatis lutescentibus, simplicibus furcatisve; conidiis secus apicem minute denticulatum insertis ovato-globosis, 3 ≈ 2–2¼, 1-guttulatis hyalinis. 626

Hab. in foliis emortuis Fagi silvaticæ in Arduennis (Inbert). — An huc spectat *Botr. flavicans* Link.?

34. **Botrytis bryophila** (Pers.?) Sacc. Misc. myc. I, n. 2270, *Sporotrichum bryophilum* Pers. M. Eur. I, pag. 78. — Effusa, flavido-alba, compactiuscula; hyphis fasciculatis, assurgentibus, septatis, fulvellis, 20 μ. cr., sursum varie ramosis, ramulis asperulis hinc inde glomerulos basidiorum oblongorum, inæqualium gerentibus; conidiis sphæricis, levibus, 3,5–4 μ. diam., hyalinis ad apicem basidiorum nascentibus. 627

Hab. in ramulis foliosis Hypnorum, Rouen Galliæ (Letendre). — Convenit cum diagnosi Persooniana, quæ tamen ita manca, ut judicium tutum inferri nequeat.

35. **Botrytis leucoxantha** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2661. — Mycelio effuso tomentoso; hyphis luteo-flavescentibus crassiusculis, intricatis, ramosis, articulatim septatis; sporidiferis erectis; conidiis majusculis, globosis, candidis, densim in ramis aggregatis, subfugacibus. 628

Hab. passim in cortice Bethlehem Amer. bor.

36. **Botrytis flavicans** Link Obs. II, p. 36, *Botrytis flavida* Mart. 629

Erl. p. 343. — Hyphis tenerrimis arachnoideis effusis albis, fertilibus abbreviatis vage ramosis facile caducis, cum conidiis globosis minutis cæspitulos parvos exiguos dein confluentes præstantibus.

Hab. ad ramos dejectos passim in Germania.

37. **Botrytis ceratioides** Peck 35. Rep. on the St. Mus. p. 139. — 630
Hyphis albis, flaccidis, suberectis, obsolete septatis, simplicibus v. parce ramosis, apice obtusis v. subinde bilobis; conidiis globosis, levibus subochraceis v. isabellinis, 6–7 μ. diam.

Hab. in ligno putri Abietis canadensis, Albany Amer. bor.

38. **Botrytis fulva** Link Sp. pl. Fungi I, p. 58, Sacc. F. it. t. 696, 631
Dematium ollare Pers. Syn. p. 697, *Polyactis fulva* Bon. Handb. fig. 159, p. 115. — Hyphis dense contextis in stratum crassiusculum effusum subfulvum constipatis diutius persistentibus, fertilibus ramosissimis; conidiis globosis 4–5,5 μ. diam., muriculatis, fulvis.

Hab. ad terram udam ollarum in vaporariis, in culmis putridis Sorghi, in ramis putridis etc. in Germania, Italia, Gallia.

39. **Botrytis aurantiaca** (Pers.) Link Obs. myc. I. p. 12, fig. 18, *Tri-* 632
choderma aureum Pers. Syn. p. 232. — Hyphis arachnoideis primum albis dein belle aurantiacis late expansis, fertilibus ramosissimis; conidiis globosis concoloribus.

Hab. ad caules herbarum elatiorum. Umbelliferarum præprimis, quorum interanea sæpius penetrat; ad pampinos putrescentes aliasque quisquilias udas passim in Germania.

40. **Botrytis splendida** (Schw.) Sacc. *Campsotrichum splendidum* 633
Schw. Syn. Amer. bor. n. 2695. — Sparsa vel gregaria, tam minuta ut difficiliter observetur nisi lentis ope; hypha fertili rufo-aurantiaca, sine dubio ex coalitis floccis, ad dimidiam altitudinem totius fungi elevata, tum divaricatim diviso-ramosa in flocculos pellucidos manifestim septatos aurantiacos abeunte, conidiis globosis concoloribus pulcherrime decoratos.

Hab. rarissime ad putridissimos cortices, Bethlehem. — Optime persistens ac colorem servans.

41. **Botrytis dichotoma** Corda Ic. fung. I, p. 18, fig. 244, *Campso-* 634
trichum dichotomum Bonord. — Cæspitulis minutis, fugacibus, albis cinnamomeo-conspersis; hyphis fertilibus erectis divergenti-dichotomis, ramulis ultimis obtusis et introrsum leniter curvis, hyalinis; conidiis numerosis, sphæricis, flavo-cinnamomeis.

Hab. in terra uda humosa in Belgio et Bohemia.

42. **Botrytis brevior** (B. et Br.) Sacc. *Coccotrichum brevius* B. et 635
Br. Ann N. H. n. 1918, t. III, f. 8. — Cæspitulis subglobosis, ru-

fis; hyphis parce ramosis, septatis, articulis brevibus; conidiis ellipsoideis granulatis.

Hab. in corticibus, Leigh Wood Britanniæ. — Aquam colore rufo tingit; sicca colorem subferrugineum induit.

43. **Botrytis pulvinata** (B. et C.) Sacc. *Polyactis pulvinata* B. et C. North Am. Fungi n. 668. — Pulvinata, gilva; hyphis hic illic tumidis sursum ramosis; ramis primariis oppositis, ramulis ultimis obtusis; conidiis globosis. 636

Hab. in ramis et truncis Alni in America bor.

44. **Botrytis laxa** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2652. — Late effusa cervina passim subpulvinata, laxissime cohærens; hyphis ramosis, ramis et ramificationibus divaricatis; conidiis globulosis. 637

Hab. circum radices putrescentes fruticis Rhododendri emortui dejecti, Bethlehem Amer. bor. — Fungillus persistens ac asservabilis gaudet colore eleganter lutescente cervino, hyphis nempe et conidiis concoloribus.

IV. Griseæ, albido-glaucæ.

45. **Botrytis grisella** Sacc. Fungi Ven. novi vel crit. Ser. V, n. 249, Fungi Ital. tab. 23 *(B. griseola)*. — Cæspitulis floccosis, e griseo cœrulescentibus; hyphis fertilibus assurgentibus rigidulis, medio vage ramosis, parce septatis, apice sæpe cuspidatis nudisque, ramis subverticillato-ramulosis, pallidioribus; conidiis in apice ramulorum asperulo 2-4-glomeratis, perfecte sphæricis, levibus, 5-6 μ. diam., e cinereo hyalinis. 638

Hab. in cortice ramorum Cytisi, Citri etc. in Italia bor. et Gallia. — Forte non satis diversa a *B. griseola* Desm.

46. **Botrytis griseola** Ann. Sc. nat. 1834, p. 71, t. II, f. 3. — Mycelio denso, limitato, oblongo vel subgloboso primitus erumpente; hyphis hyalinis, septatis griseo-pallidis v. subroseis, ramosis intricatis; conidiis globosis, albis, 6-7 μ. diam. 639

Hab. in cortice arborum in Gallia.

47. **Botrytis cinerella** Sacc. et Wint. Miscell. myc. II, n. 77, tab. XI, f. 34. — Cæspitulis pulvinatis, suborbicularibus, 1,5 mm. d., v. confluendo effusis, velutinis, cinereis; hyphis fasciculatis, assurgentibus, septulatis, deorsum dilute fuligineis, bis ter alterne vel opposite ramosis, ramulis apice acutatis; conidiis globosis minutis, 4-5 μ. diam., subhyalinis, acrogenis. 640

Hab. in cortice Caryæ albæ, Missouri (Demetrio).

48. **Botrytis patula** Sacc. et Berl. Misc. myc. n. 76. tab. XI, f. 35. — 641
Cæspitulis minutis ex albo griseis, gossypinis, suborbicularibus; hyphis assurgentibus fertilibus, continuis, filiformibus, subhyalinis ramos ramulosque subrectangulariter patentes gerentibus paniculamque formantibus; conidiis magnis, globosis v. globoso-ellipsoideis, 30 μ. diam., e hyalino luteolis.

Hab. in ramis emortuis Salicis (?), New Jersey (Ellis).

49. **Botrytis flavo-cinerea** Speg. Fungi Arg. Pug. IV, n. 327. — Pri- 642
mitus flocculoso-gossypina, pulchre luteo-subvirescens, dein pulveraceo-compactiuscula, cinereo-virescens, plagulas amplissimas difformes sæpius elongatas sistens et matricem vestiens; hyphis sterilibus repentibus, flavescentibus, parce ramulosis, 5 μ. crass. papillosulo-scabris; hyphis fertilibus adsurgentibus, levibus 3 μ. crass. vage ramulosis, ramulis secundariis quandoque subdichotomis, apicibus densiuscule noduloso-denticulatis; conidiis ex dentibus apicalibus ramulorum oriundis ellipticis v. elliptico-ovoideis, utrinque acutiuscule rotundatis, 6–7 = 4–5, non v. guttulatis, chlorino-fumosis.

Hab. ad truncum Salicis Humboldtianæ in uliginosis nemorosis, Recoleta Argentinæ.

50. **Botrytis minutula** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2668. — Minoris vo- 643
luminis species; mycelio e pulvinulis parvis subrotundis confluentibus, lineam longis, parum elevatis ex albo cinerescentibus conflato; hyphis tortis invalidis ramosis; conidiis crebris candidis.

Hab. in antiquissimis truncis Betulæ nigræ, Bethlehem Americæ borealis.

51. **Botrytis turbinata** Link Sp. pl. Fungi I, p. 60. — Hyphis teneris 644
erectis in basin congestis cæsiis; conidiis globosis concoloribus.

Hab. ad lignum Pini putridum in agro lipsiensi (Kunze).

52. **Botrytis geophila** (Link) Sacc. *Polyactis geophila* Link Bon. 645
Handb. p. 115, fig. 163. — Cæspitulis griseis, teneris; hyphis fertilibus brevibus subhyalinis, sursum dichotome ramosis, ramulis brevibus obtusiusculis; conidiis minutis rotundis, nigricantibus.

Hab. ad terram udam in silvis pineis in Guestphalia.

V. Argillaceæ, virentes.

53. **Botrytis argillacea** Cooke in Grev. t. 48, f. 6. — Effusa, 12–20 646
cent. lata, argillacei coloris; hyphis fertilibus ramosis, sursum dichotomis, apicibus leniter incrassatis; conidiis ovoideis.

Hab. in lignis in Britannia. — «Affinis *B. geniculatæ?*».

54. **Botrytis geniculata** Corda Prachtfl. p. 35, t. 17, Mich. II, p. 385, 647
F. it. t. 690. — Olivaceo-lutescens; hyphis sursum repetito ramosis, septatis, ramis ascendentibus apice acutiusculis; conidiis ovoideis, basi subapiculatis, 5-6 ≃ 3, nucleatis, hyalinis in ramulis hypharum virescentium acrogene 2-6-natis.

Hab. in stromate variorum Hypoxylorum e. g. coccinei, purpurei in Germania, Italia, Gallia, Amer. bor. — Ab hac specie non differre videtur *Dematium virescens* A. S., nec *Botrytis argillacea* Cooke F. B. n. 354. — Var. **quercina**: conidiis paulo majoribus 6-8 ≃ 4, argillaceo-olivaceis, oblongo-ovoideis. In ligno putri quercino in Gallia australi.

55. **Botrytis olivaceo-lutea** Desm. Ann. Sc. nat. 1847, p. 6, t. I, f. 2, 648
Cryp. nouv. 1857, p. 2. — Mycelio elevato expanso; hyphis densis, ramosis, ramis ascendentibus, subdichotomis; conidiis ovoideis, copiosis.

Hab. in ramis dejectis in Gallia. — «Videtur affinis *B. geniculatæ* v. *B. argillaceæ*».

56. **Botrytis verticillioides** Corda Ic. fung. III, p. 9, fig. 23, Flora 649
1847, p. 7, t. I, f. 10, *B. nutans* Payer Bot. crypt. p. 60, f. 247. — Cæspitulis minutissimis, punctiformibus, pallide viridibus; hyphis erectis, subgeniculatis, fuscis; ramis subverticillatis vel dichotomis, ramulis trichotomis pallidis; conidiis terminalibus, solitariis, minutis, ovatis 6-7 μ. long., episporio tenuissimo, adpresso, hyalino, nucleo ovato virescente.

Hab. in Hypoxylo cohærente prope Prag Bohemiæ. — «Potius *Verticillium?*».

57. **Botrytis atro-viridis** C. et E. in Grevillea V, p. 50, t. 81, f. 10. 650
— Atro-viridis; cæspitulis densis, elongatis; hyphis septatis fuscis, superne ramosis, ramulis brevibus oppositis; conidiis minutis ovatis.

Hab. in truncis Quercuum, New Jersey Amer. bor. — Sistit verisimiliter statum conidicum *Hypoxyli* cujusdam.

58. **Botrytis prasina** B. et C. North Am. Fungi n. 676. — Cæspitu- 651
losa, initio sphæriæformis pallide viridis; hyphis dichotomis, apicibus furcatis; ramulis longiusculis; conidiis oblongo-ellipticis, 10 μ. longis.

Hab. in truncis quercinis dejectis in Carolina inferiori Amer. bor. (Ravenel).

59. **Botrytis cinereo-virens** Kunze et Schm. Myk. Hefte I, p. 82, Bon. 652
Handb. fig. 144, p. 101. *Sporotrichum cinereo-virens* Fr. S. M.

III, p. 416. — Hyphis arachnoideis in stratum effusum tenerum mediotenus cinereum ambitu viridulum digestis; hyphis septatis prope apicem breve ramosis; conidiis ellipsoideis, majusculis dilute olivaceis.

Hab. ad ligna putrida in Thuringia, Suecia et Guestphalia.

60. **Botrytis virella** Fr. Summa V. S. p. 491, Syst. myc. III, p. 405. 653
— Late effusa virens pulverulenta; hyphis aggregatis mucedineis dilute ærugineo-virescentibus; conidiis globosis.

Hab. in trunco mucido Betulæ rivulo semiimmerso in Suecia.

61. **Botrytis æruginosa** Schum. Saell. II, p. 238, Fr. S. M. III, p. 397. 654
— Hyphis fertilibus laxe cæspitosis simpliciusculis albis, basi intertextis; conidiis globosis æruginosis minutis conglomeratis dense incrustatis.

Hab. ad fructus putridos, nec non in Reticularia umbrina, in Suecia et Germania. — « An *Penicillium* collapsum? ». Ad *Oidium* ducit Fries serius in Summa Vegetabilium Scand.

VI. Fuscæ v. subnigricantes (Cfr. *Trichosporium*).

62. **Botrytis fuliginosa** C. et E. in Grevillea t. 95, f. 15. — Fuligi- 655
nosa, maculæformis suborbicularis 6-12 mm. diam.; hyphis dichotomis, apicibus bis terve furcatis, gracilibus, septatis circ. 70 μ. long.; conidiis subglobosis, minimis 3 μ. diam., prope apices profuse congregatis.

Hab. in cortice acerino, New Jersey Amer. bor.

63. **Botrytis streptothrix** (C. et E.) Sacc. *Polyactis streptothrix* C. 656
et E. — Fuliginea, effusa; hyphis repentibus, ramosis; ramis assurgentibus, divisis, intricatis, crenulato-flexuosis; capitulis breviter ramulosis, ramulis rotundatis; conidiis globosis 18 μ. diam., in apicibus congestis.

Hab. in foliis Orontii, New Jersey Amer. bor.

64. **Botrytis fuscata** Corda Ic. fung. I, p. 18, fig. 245. — Cæspitu- 657
lis olivaceo-fuscis minutis; hyphis erectis ramosis, ramis subdichotomis, olivaceis; conidiis copiosis minutis globosis albis.

Hab. in petiolis foliorum vivis Soldanellæ alpinæ in Bohemia.

65. **Botrytis nebularis** C. et E. in Grev. t. 99, fig. 23. — Effusa fu- 658
liginea; hyphis fasciculatis, rectis, sursum valde ramulosis, septatis semimillimetrum long.; ramulis furcatis, hyalinis; conidiis globosis, minutissimis, fuscis, 3 μ. diam., ad apices congregatis.

Hab. ad folia putrescentia, New Jersey Amer. bor.

66. **Botrytis elegantula** Cooke in Rav. Amer. Fungi, n. 573. et in Grevillea. — Fusca, lanosa; hyphis erectis, septatis, bi-tri-furcatis, apicibus ramulorum sporiferis, fuscis; conidiis subglobosis, binis ternisve 5 ≃ 4,5. 659

Hab. in graminibus putrescentibus in Carolina inferiore (Ravenel). — « An *Trichosporium?* ».

67. **Botrytis Tilletii** Desm. Ann. Sc. nat. X, p. 308 (1838). — Fusco-cervina; hyphis fertilibus ramosis, ramis brevibus verticillatis; conidiis subglobosis. 660

Hab. in muscis, foliis, lignis emortuis in Britannia, Gallia, Belgio, America bor., et in plantis herbaceis vivis in Cuba. — Splendida species ob hyphas valde ramosas ramulosque verticillatos.

68. **Botrytis Martii** (Link) Sacc. *Coccotrichum Martii* Link Sp. pl. Fungi I, p. 26, *Aleurisma granulosum* Mart. Erl. pag. 335. — Hyphis tenerrimis implexis expansis nigro-cinerescentibus; conidiis conglobatis, dein secedentibus, minimis. 661

Hab. ad corpora putrescentia agri erlang. (Martius).

69. **Botrytis velutino** Wallr. Fl. cr. n. 1911, Bon. Handb. fig. 143, p. 101. — Hyphis arachnoideis pellucidis erectis approximato-septatis alternatimque contractis fasciculato-ramosis, hyphasma tenerrimum velutinum pallide-fuscum constituentibus; conidiis subterminalibus microscopicis ovato-subglobosis plurimis concoloribus. 662

Hab. ad corticem Aceris campestris putrem in Thuringia. Sub lente composita hyphæ præter molem Plegmatium plane referunt. — « An *Trichosporium?* ».

70. **Botrytis polyspora** Link Obs. I, p. 12, Ditm. D. C. Fl. t. 35. — Hyphis lanosis late expansis, fertilibus ramosissimis productioribus; conidiis globosis creberrimis concoloribus hyphasma sordide olivaceum constituentibus. 663

Hab. ad ramos putres in Thuringia et Hercynia passim. — « An *Trichosporium?* — Teste Fries est eadem ac *Sporotrichum geochroum.* An? ».

B) *Polyactis* Link em.

Majores, cinereo-fuscescentes, rigidulæ; rami crassiusculi sæpe longitrorsum denticulati; conidia racemosa. (Verisimiliter formæ unius typi ludibundi).

71. **Botrytis vulgaris** Fr. Syst. Mycol. III, pag. 398, Sacc. F. ital. t. 693, *Polyactis vulgaris* Link, Corda Ic. I, fig. 250, *Botrytis Polyactis* Link.; *Monilia vulgaris* Pers. — Cæspitulis griseo-olivaceis; hyphis floccosis, adscendentibus vel erectis, septatis, oli- 664

vaceis, superne ramosis; ramis abbreviatis, patentibus, parce ramulosis; ramulis plerumque oppositis, conidia conglomerata gerentibus; conidiis ovalibus vel ellipticis, hyalinis, v. fuscidulis, levibus 10-12 = 7-9.

Hab. in herbis, fructibus, floribus, ramulis foliisque putrescentibus in toto orbe, frequens. — ***B. plebeja** Fres. Beitr. 13. tab. II, fig. 1-7. Sacc. F. it. tab. 1192: cæspitulis griseo-olivaceis; hyphis rigidulis, adscendentibus vel erectis, septatis, parce ramosis vel subsimplicibus; ramis in hypharum apice binis vel ternatis, nodulosis; conidiis in ramulis minutissimis, verrucosis, e ramorum nodulis oriundis, ovalibus v. ellipticis, hyalinis, 10-14 = 7-8, levibus. In ramis, foliis etc. languidis vel emortuis cum specie — ***B. condensata** Sacc. Mich. II, p. 358: cæspitulis suberumpentibus, condensatis, griseis; conidiis 10-12 = 9-10. In stromate Tuberculariæ v. affinis in Platano, Lyon Galliæ (Therry). — ***B. furcata** Fres. Beitr. p. 13, t. II, fig. 8-11: cæspitulis olivaceis; hyphis 1,5 mm. altis semel v. bis dichotomis, hinc inde glomerulos sporigeros gerentibus; conidiis globulosis, 10-15 μ. long. In charta uda in Germania. — ***B interrupta** Fr. l. c. fig. 12-14: cæspitulis brunneolis; hyphis subsimplicibus elongatis, subnodosis; conidiis globoso-ellipsoideis, 11-15 μ. long. prope nodos longe glomeratis, spicam interruptam simulantibus. In scapo Alliorum cavo in Germania.

72. **Botrytis cana** Kunze et Schm. Myk. Hefte I, p. 83, nec Corda, 665
Polyactis cana Bon. Handb. p. 115, fig. 156. — Hyphis cinereis in cæspites canos subrotundos junctis, sursum botryoideo-ramosis; conidiis ovalibus magnis fuscidulis parcius superfusis.

Hab. ad folia marcida uda plantarum variarum in Germania, Gallia, Italia, Britannia, Lusitania, Amer. bor.

73. **Botrytis vera** Fr. Syst. Myc. III, p. 417, *B. spicata* Mich. Gen. 666
Nova t. 91, f. 4, *Mucor botrytis* Bolt. Fung. t. 132, f. 3. — Hyphis griseis, sterilibus sublanosis; fertilibus sursum ramosis; conidiis prope apices tenues spicatim digestis.

Hab. ad fructus Mali etc. in Italia, Suecia; in Polyporo versicolore pr. Halifax Britanniæ. — *B. vulgari* peraffinis.

74. **Botrytis cinerea** Pers. Syn. p. 690. — Hyphis crassiusculis ar- 667
ticulato-constrictis gregariis simplicibus v. parce ramosis, æqualibus erectis fuligineo-cinereis; conidiis globosis pallidioribus.

Hab. ad caules herbarum, fungos putres in Germania, Suecia, Britannia, Italia, Belgio, America boreali. — Var. **sclerotiophila**

(Kl.) Sacc. Mich. II, p. 358 et F. ital. tab. 699. *Polyactis sclerotiophila* Kunz. H. M. 1668. Hyphis dense fasciculatis, fuligineo-cinereis, septulatis, non v. vix ramosis, sursum nodulosis; conidiis e nodulis oriundis, ovoideis, 8-9 = 6, subhyalinis. — In Sclerotio duro ad caules Umbelliferarum in Germania, Gallia, Britannia. — *B. vulgari* affinis.

75. **Botrytis erythropus** Lev. Ann. Sc. nat. 1843, pag. 235, t. VII, f. 5. — Fasciculata; hyphis erectis, septatis hyalinis, ramosis e tuberculo rubro *(Sclerotio)* oriundis; ramulis subdichotomis, acutis, subarcuatis; conidiis solitariis, globosis, albis, pellucidis. 668

Hab. in foliis dejectis Caryotæ urentis in calidariis Hort. Bot. Paris. — Ex ipso auctore peraffinis *B. cinereæ*.

76. **Botrytis divaricata** (Preuss) Sacc. *Polyactis divaricata* Preuss Fun. Hoyer. n. 81, Sturm D. C. Fl. t. 54. — Cæspitibus maxime effusis, fusco-lateritiis; hypha fertili erecta divaricato-ramosa, atrofusca, pellucida septata; ramis patentibus irregularibus ramulisque brevibus tenuibus supra positis racemosis vel ex septis in medio stipite oriundis quasi spicam compositam formantibus; conidiis ovatis vel rotundatis, minutis majoribusque mixtis, diaphanis, hilo basilari instructis, nucleo firmo. 669

Hab. in caule Dahliæ putrescente, præcipue in pagina interiore, Hoyerswerda. — «*B. vulgari* peraffinis».

77. **Botrytis infestans** (Hazsl.) Sacc. *Polyactis infestans* Hazsl. in Grevillea t. 98, f. 1-8. — Mycelio, in contextu plantæ vivæ, infra epidermidem abdito; hyphis continuis dichotome ramosis sparsim anastomosantibus 10-20 μ. crassis, chlorophyllum absorbentibus; mycelio superficiali ex hyphis serpentibus paullo crassioribus viridifuscis contexto; hyphis fertilibus erectis simplicibus articulatis, apice corymboso-capitatis; ramis solitariis vel binatis dichotome ramosis; conidiis acrogenis obovatis, albis, diu persistentibus, 10-12 μ. longis. 670

Hab. parasitice in caulibus Cannabis sativæ ad urbem Iglò in Hungaria. — Primo occupat plantas masculinas, serius etiam femininas. Caulis mycelio infectus e longinquo allicit oculos annulo albo tres usque sex uncias lato. Serius erumpit mycelium superficiale viridi-fuscum in zona media annuli albi; tunc Cannabis pars superior marcescit.

78. **Botrytis simplex** Pers. Syn. p. 690, Fr. S. M. III, p. 400. — Hyphis griseis, fertilibus sparsis simplicibus, apice 3-5-fidis, sterilibus evanidis conidiis globosis circa apices congestis. 671

Hab. in lignis putridis et culmis graminum in Italia. — « Vix a proximis diversa ».

79. **Botrytis aclada** Fres. Beitr. p. 16, t. II. f. 23-24. — Hyphis erectis septatis, fuscidulis, omnino simplicibus, apice racemulum album conidiorum gerentibus; conidiis ovoideo-oblongis. 672

Hab. in scapo Allii putrescente in Germania et Britannia (Grove). — Conidia, quam *B. acinorum*, fere dimidio minora. « An eadem ac *B. simplex* Pr.? ».

80. **Botrytis Preussii** Sacc. *Polyactis simplex* Preuss F. Hoyersw. n. 82, Sturm D. C. F. t. 24, vix Pers. — Cæspitibus minutis; hypha fertili erecta simplicissima lateritio-fusca pellucida septata; acervulis conidiorum apicibus hypharum innatis, botryoideis coacervatis, dein secedentibus, ochraceis; conidiis ovatis, episporio hyalin, hilo basilari instructis; nucleo ovato firmo, pellucido. 673

Hab. in Sclerotio hysterioide, Hoyerswerda — « An diversa a *B. cinerea* v. *sclerotiophila?* ».

81. **Botrytis acinorum** Pers. Myc. Eur. I, p. 38, Fres. Beitrg. p. 15, t. II, fig. 15-22. — Cæspitulis ex albo griseis, sterilibus tenellis evanescentibus; fertilibus fasciculatis simplicibus, septatis strictis, nitidis, apice 3-5-fidis; ramulis obtusiusculis, denticulatis; conidiis globosis v. ellipsoideis albido-glaucis 10-14 ≈ 7-9. 674

Hab. in uvis putrescentibus in Gallia, Italia, Austria frequens.

82. **Botrytis olivacea** (Corda) Sacc. *Polyactis olivacea* Corda Ic. fung. I, p. 18, fig. 248. — Cæspitulis effusis olivaceis; hyphis confertis subsimplicibus, apice bifidis, acutiusculis, olivaceis semipellucidis, crebre septatis; capitulis subglobosis luteis; conidiis ovoideis aureis. 675

Hab. in foliis Pandani odoratissimi putridis, Prag Bohemiæ.

83. **Botrytis multifida** (Corda) Sacc. *Polyactis multifida* Corda Ic. fung. I, p. 18, fig. 249. — Cæspitulis subeffusis albis; hyphis erectis multifidis albis, hyalinis; capitulis irregularibus, secedentibus; conidiis ovato-oblongis diaphanis. 676

Hab. in plantis herbaceis putridis in Bohemia.

84. **Botrytis canescens** Sacc. *Spicularia cana* (Corda) Bon. Handb. p. 106, *Polyactis cana* Corda Ic. fung. II, p. 14, fig. 65, nec Auct. — Cæspitulis late effusis, cano-fuscis, dein lividis; stipite erecto, simplici vel ramoso, olivaceo-luteo, pellucido, tenuissime punctato, septato; ramis sparsis irregularibus patentibus; glomerulis conidiorum apicibus hyphæ ramulorumque vel ad septa in medio hyphæ innatis, botryoideis dein secedentibus; conidiis ovatis continuis, sub- 677

septatis mixtis, basi hylo apiculiformi instructis, episporio cido, nucleo firmo oblongo isabellino grumuloso.

Hab. in fructibus immaturis Liliorum, Prag Bohemiæ. — A vera *B. cana* differre videtur.

85. **Botrytis Sphæriæ-typhinæ** (Corda) Sacc. *Capilluria Sphæriæ-typhinæ* Corda Ic. II, p. 12, fig. 53. — Fasciculata; hyphis dichotomis, continuis initio albis dein rubescentibus, ramis simplicibus sursum sensim incrassatis; conidiis subfusoideis, majusculis. 678

Hab. in parasitica Epichloe typhina in Bohemia et Am. bor.

86. **Botrytis Mucedo** (Corda) Sacc. *Polyactis Mucedo* Corda Ic. II, pag. 14, fig. 64. — Cæspitulis maxime effusis, glauco-viridibus; hyphis hyalinis septatis; conidiis obovatis basi subapiculatis in capitula griseo-virentia subspiraliter digestis. 679

Hab. in inflorescentia putrescente Ari campanulati culti, Prag Bohemiæ.

87. **Botrytis capitata** (B. et Br.) Sacc. *Polyactis capitata* B. et Br. Ann. N. H. n. 1919. — Omnino alba; hyphis fertilibus ex articulo basilari inflato oriundis, erectis, trifidis v. bifidis; conidiis obovatis 25 μ. longis. 680

Hab. in Cheiranthо, Sibbertoft Britanniæ.

88. **Botrytis camptopoda** (Corda) Sacc. *Periconia camptopoda* Corda Ic. fung. I, p. 19, fig. 261. — Cæspitulis atris; hyphis septatis, subcurvatis, semipellucidis simplicibus v. apice breviter bifidis; conidiis ovoideis, fusco-nucleatis; capitulis brunneolis. 681

Hab. in ligno et caulibus plantarum prope Reichenberg Bohemiæ. — «*B. simplici* v. *Preussii* affinis videtur».

89. **Botrytis grisea** (Schw.) Sacc. *Polyactis grisea* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2672. — Hyphis sporidiferis sparsis, griseis, simplicibus, evanescentibus; conidiis concoloribus, ovato-cylindricis apice hypharum irregulariter umbellatim collectis, sed etiam in hypha primaria adhærentibus. 682

Hab. in capsulis Catalpæ et Bignoniæ, Bethlehem Americæ borealis.

90. **Botrytis cœrulescens** (Bon.) Sacc. *Polyactis cœrulescens* Bon. in Fres. Beitr. 14 et 74, t. VIII, fig. 58. — Cæspitulis pulveraceo-crystallinis, initio albis dein pallide cyaneis, demum ob conidia brunneolis; mycelio superficiali repente; hyphis fertilibus septatis, apice breve ramosis, ramulis crassiusculis asperulis; conidiis globosis subspicatim digestis, demum brunneis, 6 μ. diam., minutissime asperulis. 683

Hab. in foliis putridis fagineis in Guestphalia.

91. **Botrytis leucospora** Link Sp. pl. Fungi I, p. 61, *Polyactis leucospora* Bon. Handb. p. 115. — Hyphis arachnoideo-laneis, expansis, erectiusculis apice multifidis griseis; conidiis discoloribus albis globosis. 684

Hab. ad pira putria passim in Germania.

92. **Botrytis fusca** (Cooke) Sacc. *Polyactis fusca* Cooke et Harkn. in Grev. 1881, p. 129. — Læte fusca, floccosa; hyphis elongatis, parce ramosis, supra hyalinis, infra fuscis, ramulis terminalibus brevissimis deciduis; conidiis globoso-ovatis, hyalinis, 9 = 7,5. 685

Hab. in ramis Eucalypti in California.

93. **Botrytis fascicularis** (Corda) Sacc. *Polyactis fascicularis* Corda Prachtfl. t. 16, *Penicillium fasciculare* B. et Br. Ann. N. H. n. 129 (?). — Cæspitulis minutis, brunneis, lucidis, apice roridis; hyphis erectis fastigiatis, leniter flexuosis basi fasciculatis v. connatis, brunneis sursum semipellucidis, ramis hyalinis; capitulis conidiorum subglobosis, albis; conidiis oblongis, majusculis. 686

Hab. in substantiis vegetabilibus putrescentibus, in caulibus Polygoni, Solani, in ramis Fici etc. in Germania, Italia, Austria, Britannia, America boreali.

94. **Botrytis umbellata** (Bull.) DC. Fl. Fr. II, p. 71, *Mucor umbellatus* Bull. Champ. t. 504, f. 8. — Hyphis gracilibus erectis cæspitosis, fertilibus apice umbellato-multifidis primum albis dein griseo-nigrescentibus; conidiis globosis secus ramulos adfixis. 687

Hab. ad fructus edules saccharo conditos in caulibus foliisque putridis in Gallia, Germania, Italia, Belgio.

95. **Botrytis ramosa** Pers. Syn. p. 960, *Aspergillus* et *Polyactis quadrifida* Link. — Cæspitulis elevatis, effusis, griseis, 3-4 mm. altis; hyphis erectis effusis apice quadrifidis griseis; conidiis globosis glaucis. 688

Hab. ad caules herbarum putrescentium in Germania et Italia. — Sec. Fr. vix diversa a *Botr. umbellata.*

96. **Botrytis racemosa** (Bull.) DC. Gall. II, p. 70, *Mucor racemosus* Bull. Champ. t. 504, f. 7. — Hyphis teneris effusis cinereis, fertilibus ramosissimis assurgentibus; conidiis ovato-oblongis albis dein cinerescentibus secus ramulos spicato-racemosos dispositis. 689

Hab. ad olera putrescentia in Gallia et Germania. — Sec. Fries vix diversa a *B. cana.*

C) *Cristularia* Sacc.

Ramuli apice vix inflati cristato-crenati v. digitati.

97. **Botrytis granuliformis** Sacc. Mich. II, p. 285, F. ital. t. 691. — 690
Cæspitulis granuliformibus, minutis, gregariis, flavidis, 80–100 μ. diam.; hyphis fasciculatis iterato-dichotomis, hyalinis, ramulis crasse fusoideis, supremis cristulatis; conidiis e cristulis oriundis oblongo-ellipsoideis 7–8 ≃ 4–4½, dilute fuligineis.

Hab. in ligno denudato Pirí Mali, Selva Ital. bor. — Minutie ramulisque eximie cristulatis prædistincta species.

98. **Botrytis deprædans** (Cooke) Sacc. *Polyactis deprædans* Cooke 691
Some Moulds p. 4, t. X, f. 4. — Maculis foliorum griseis, determinatis vel confluentibus; hyphis albis assurgentibus septatis, flexuosis, simplicibus ad apicem cellulis ellipticis, basidiformibus, ultimis bilobulatis coronatis; capitulo globoso subcompacto; conidiis globosis hyalinis, 12 μ. diam.

Hab. in foliis Aceris pseudo-platani, quæ destruit, Norfolk Britanniæ.

99. **Botrytis truncata** (Cooke) Sacc. *Polyactis truncata* Cooke Some 692
rem. Moulds p. 5, t. X, f. 5. — Cæspitulis albis minutis; hyphis tenuibus, flexuosis, septatis, apice repetito dense dichotomo-ramosis, ramulis brevibus obtusiusculis, ultimis subdigitatis; conidiis oblongis, utrinque truncatis, subinde concavo-truncatis, hyalinis, 20 ≃ 7.

Hab. in frondibus Filicum putrescentibus pr. Bruxelles Belgii (Bommer).

100. **Botrytis pallida** B. et C. North Am. Fungi n. 674. — Effusa 693
argillacea, sursum parce ramosa apicibus plurilobatis; conidiis globosis.

Hab. in foliis Arundinariæ in America boreali.

101. **Botrytis Micheneri** B. et C. North Am. Fungi n. 675. — Ni- 694
vea, minute cæspitulosa; hyphis ramosis apicibus in processus breves divisis; conidiis globosis minimis.

Hab. in muscis in Pensylvania (Michener).

D) *Phymatotrichum* Bon.

Rami apice inflati ibique muriculato-conidiophori.

102. **Botrytis gemella** (Bon.) Sacc. Mich. II, p. 258, F. it. t. 698, 695
Phymatotrichum gemellum Bon. Handb. fig. 138. — Cæspitulis albis, laneis; hyphis assurgentibus sursum ramosis, parce septatis; conidiis in ramorum brevium apice bifurcato, parum incrassato at-

que muriculato.congregatis, ellipsoideis, 6–5, vel (in forma *pineo*) globosis 6–7 μ. diam. subhyalinis.

Hab. in corticibus et lignis Pini. Populi etc. in Guestphalia et Gallia.

103. **Botrytis pyramidalis** (Bon.) Sacc. *Phymatotrichum pyramidale* Bon. Handb. p. 116, fig. 181. — Cæspitulis albis, laneis; hyphis radiantibus, septatis, niveis, dendroideis, pyramidato-ramosis; ramis lateralibus, brevibus, 1-septatis, in 2–5 lobos ovales divisis; conidiis ellipsoideo-ovatis, hyalinis circa lobos insertis, copiosis. 696

Hab. in ramis (?) in Guestphalia.

104. **Botrytis alba** (Pr.) Sacc. *Nodulisporium album* Preuss Fung. Hoyersw. n. 73. Sturm D. C. Fr. f. 35, t. 3. — Cæspitibus tenuibus late effusis, albis: hyphis erectis, septatis, ramosissimis, ramis ramulisque apice incrassato-verrucosis; conidiis oblongis albis; episporio hyalino, basi hilo magno instructo. 697

Hab. in ligno Pini, Hoyerswerda.

105. **Botrytis tricephala** (Phill.) Sacc. *Acmosporium tricephalum* Phill. Gardn. Chron. Mart. 8, 1884, fig. 61. — Cæspitulis minutis ovatis, albis, 3 mm. long.; hyphis laxe intertextis, hyalinis, fertilibus simplicibus erectis 10 μ. cr. septatis, sursum simpliciter v. bis ramosis, ramis divisis in tres breves ramulos apice globoso-inflatos; conidiis globulosis 5 μ. diam., in apice inflato nascentibus. 698

Hab. in foliis dejectis Cryptomeriæ japonicæ in Britannia.

106. **Botrytis repens** (Bon.) Sacc. *Polyactis repens* Bon. Handb. p. 116, f. 173. — Cæspitulis subrotundis, laneis, albis, tenuibus; mycelio repente; hyphis fertilibus assurgentibus iterato-dichotome ramosis, continuis; ramulis ultimis clavatis; conidiis stipitellatis, globosis, hyalinis, in quoque ramulo subbinis. 699

Hab. in ramis putridis in Guestphalia.

107. **Botrytis crystallina** (Bon.) Sacc. *Polyactis crystallina* Bon. Abhandlungen II, p. 95, t. I, f. 10. — Mycelio in superficie ligni repente; hyphis erectis vix ½ mm., primum argenteo-crystallinis, demum ex flavo griseis, apice racemose ramosis, ramis dichotomis, ultimis tumidis et conidia minima globosa exerentibus. 700

Hab. in ramis deciduis Quercus in Guestphalia. — *B. epigææ* videtur affinis.

108. **Botrytis phymatotricha** Sacc. Mich. I, p. 79, F. ital. t. 24. — Effusa, subvelutina, ex albo grisea; hyphis sterilibus repentibus, tortuosis, ramosis, parce septatis, hyalino-fuscidulis; fertilibus concoloribus assurgentibus, paniculato-ramosis, ramulis hyalinis apice 701

incrassatis vageque denticulatis; conidiis e denticulis oriundis, subglobosis, 5–6 μ. diam., eguttulatis, fuscis.

Hab. in ligno putri quercino Selva (Treviso) Italiæ bor.

109. **Botrytis lanea** (Bon.) Sacc. *Phymatotrichum laneum* Bon. 702
Handb. p. 116, fig. 197, *Aspergillus laneus* Link. sp. pl. Fungi II, p. 66? — Cæspitulis minutis rotundatis, subinde confluentibus, griseis, demum brunneolis; hyphis fertilibus erectis, laneis, pyramidato-ramosis; ramulis apice inflatulis, obtusissimis, plerumque 1–3-lobatis; conidiis globoso-ovoideis, minutis stipitellatis, subhyalinis circa apices dilatatos insertis.

Hab. in ramis putrescentibus Lauri aliarumque arborum in Belgio et Guestphalia.

110. **Botrytis acmospora** Sacc. *Acmosporium botryoideum* Corda Ic. 703
fung. III, p. 12, f. 32, *Polyactis botr.* Bon. Handb. p. 116. — Cæspitulis effusis, farinosis, laxis, niveis, dein carneis; hyphis ascendentibus, septatis, sursum botryoideo-ramosis; ramulis breviusculis apice subgloboso-inflatis; conidiis stipitellatis globosis circa apices nascentibus, 4–5 μ. diam. et capitula incarnata efficientibus.

Hab. in ramulis emortuis, Prag in Bohemia.

111. **Botrytis epigæa** Link Sp. pl. Fung. I, pag. 53, *Polyactis epigæa* Bon. Handb. p. 115, fig. 161. — Cæspitulis subcircularibus candidis tomentosulis, roridis, dein cinerescentibus, pulveraceis; hyphis arachnoideis densiuscule intertextis, effusis, fertilibus erectis subramosis brevibus, ad apicem ramulorum clavatorum conidia globosa minuta 3–5 μ. diam. intus granulosa, levia, stipitellata gerentibus. 704

Hab. ad terram argillosam nudam in silvaticis in Germania, Italia, Gallia, America australi. — Var. **rosea** Sacc. Fung. it. t. 689: hyphis in cæspitulos roseos collectis, ramosis furcatisve, sursum clavulatis, septatis; conidiis globosis 3 μ. diam. per denticulos hærentibus. Ad terram in Silva Montello Ital. bor. — *Hyphelia terrestris* Fr. (Trichoderma leve, hemorosum, tuberculatum, varium Auct.), saltem quam vidi in exsiccatis (H. M. n. 773 etc.), huc spectat. Hæc *Hyphelia* lecta est ad terram in Germania, Sibiria, Fennia.

112. **Botrytis galanthina** (B. et Br.) Sacc. *Polyactis galanthina* B. 705
et Br. Ann. N. H. n. 1385, t. VIII. f. 8. — Hyphis sursum breve ramosis, fusco-umbrinis; ramulis sursum incrassatis; conidiis obovatis, sessilibus, e spiculis elongatis oriundis, 15–18 μ. leng.

Hab. in bulbis Galanthi nivalis ia Britannia.

113. **Botrytis ochracea** (Pr.) Sacc. *Nodulisporium ochraceum* Preuss F. Hoyersw. n. 72. Sturm D. C. Fl. p. 35. t. 2. — Acervulis laxe expansis, sublanuginosis, ochraceis; hyphis septatis, laxis, ramosis, apice incrassato-verrucosis, sporidiferis; conidiis ovatis ochraceis; episporio hyalino, basi hilo instructo. 706

Hab. in truncis Betulæ putrescentibus. Hoyerswerda.

Species mihi minus notæ.

114. **Botrytis oligospora** Reiss. Sitz. Ak. Wien. VII. p. 337. — In Austria. 707

115. **Botrytis polysperma** Kütz. Phil. bot. 1852. t. XIX. f. II. — In Germania. 708

116. **Botrytis Pulvinulus** Ces. Bot. Zeit. 1854. p. 190. — Cinerea. — In Sphæriis degeneratis ad corticem Robiniæ parasitica, Vercelli Ital. bor. 709

117. **Botrytis farinulenta** Let. Fig. Champ. t. 662. f. 4. — In Gallia. 710

118. **Botrytis gigantea** Let. Fig. Champ. t. 709. f. 1. — In Gallia. 711

TOLYPOMYRIA Preuss F. Hoyersw. n. 8 (Etym. *tolype* glomus et *myrias* multitudo). — Mycelium septatum, repens; hyphæ fertiles erectæ, septatæ infra simplices supra irregulariter ramosæ: ramis ramulisque divergentibus, apice incrassatis, glomerulos conidiorum gerentibus. Glomeruli muco primitus obducti. Conidia continua, globosa v. ovata, hyalina. — Videretur *Botrytis* conidiis muco obductis et coaglutinatis.

1. **Tolypomyria alba** Preuss F. Hoyersw. n. 269. — Cæspitulis effusis albis: hyphis ramosis flexuosis intricatis, albis, pellucidis; globulis conidiorum breviter pedicellatis; conidiis subglobosis, minutis, albis, pellucidis. 712

Hab. ad dolii mellarii commissuras stillicidio irroratas. Hoyerswerda.

2. **Tolypomyria prasina** Preuss F. Hoyersw. n. 8. — Cæspitulis late effusis, prasinis; mycelio septato repente: hyphis erectis, septatis, ramis crebre ramulosis, albis, patentibus: conidiis ovatis, pellucidis, prasinis, copiosis. 713

Hab. in ligno Pini loco humido, Hoyerswerda.

3. **Tolypomyria microspora** (Corda) Sacc. *Colletotrichum microsporum* Corda Ic. fung. IV. pag. 28. fig. 85. — Cæspitulis late effusis, tenuissimis, fuscis, subpruinosis: hyphis simplicibus, erectis, septatis, pallide fuscis, supra albis. 18 μ. long.; conidiis in cirros 714

gelatinosos glaucos irregulariter conglobatis, subovoideis, minutissimis, intus nucleolo solitario vesiculæformi, extus strato crassiusculo gelatinoso albo cincto, ornatis, 3–4 μ. long.

Hab. in fragmentis ligneis Pinorum pr. Reichenberg Bohemiæ. — Species jam enumerata in Sylloges vol. III, sub genere improprio *Colletotricho*.

MARTENSELLA Coem. Bull. Ac. Belg. 1863, p. 536 (Etym. a cl. bot. Edwardo Martens Lovaniensi). — Hyphæ steriles repentes et ramosæ; fertiles erectæ, simplices v. dichotomæ, septatæ; rami sporigeri laterales breves apice in sporophora subnavicularia desinentes. Conidia subfusoidea, in latere superiore ramulorum biseriata, sursum versa (pectinata).

1. **Martensella pectinata** Coem. l. c. p. 536, t. II, fig. 10. — Sparsa v. cæspitulosa, tenera; hyphis sterilibus reptantibus, vage ramosis, septatis; fertilibus ascendentibus griseo-flavidis v. viridulis; ramulis fertilibus lateralibus sparsis, in sporophoros naviculares curvulos desinentibus; sporophoris 8–10-locularibus, loculis superne prominentibus; conidiis cylindraceo-fusoideis biseriato-pectinatis 18 ≈ 3, e prominentiis sporophororum oriundis. 715

Hab. parasitica in hyphis repentibus Mucorum et Saprolegniæ in Belgio. — In eodem specimine, teste Coemans, subinde, loco conidii fusoidei, adest catenula conidiorum ellipsoideorum, 6 ≈ 2,5. Vere singulare!

CYLINDROPHORA Bonorden Handb. p. 92, fig. 110, 131 (Etym. *cylindros* et *phoreo* fero). — Hyphæ steriles repentes; fertiles ascendentes simplices, continuæ vel septatæ, ramulos laterales patulos simplices v. furcatos apice conidiophoros gerentes. Conidia breve cylindracea, utrinque rotundata, hyalina.

1. **Cylindrophora tenera** Bon. Handb. p. 92, fig. 110. — Cæspitulis minutis albis, teneris, byssinis; hyphis fertilibus ascendentibus v. subrepentibus, septatis, ramulos simplices v. furcatos unilaterales ferentibus; conidiis breve cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis. 716

Hab. in lignis putridis in Guestphalia.

2. **Cylindrophora alba** Bon. Handb. p. 92, fig. 131. — Cæspitulis laneis albis; hyphis erectis continuis ramulos simplices v. furcatos bilaterales gerentibus; conidiis cylindraceis utrinque rotundatis, rectis, hyalinis. 717

Hab. in pariete interiore et in superficie udorum Tuberum (mycetum) in Guestphalia et in Italia boreali.

3. **Cylindrophora virgata** Bon. Bot. Zeit. 62. 202, t. VIII, fig. 5. — 718
Cæspitulis rotundis elevatis; hyphis erectis haud septatis, virgato-ramosis, intus vesiculosis; conidiis cylindraceis utrinque rotundatis, longis, majusculis, albis singulatim ex apicibus ramorum exertis.

Hab. in fructibus putrescentibus, præcipue in pomis, in Guestphalia. — «Videretur ex icone *Glœosporium fructigenum* hyphis evolutioribus».

CYLINDRODENDRUM Bon. Handb. pag. 98 (Etym. *cylindros* et *dendron* arbor, ob formam conidiorum et hypharum). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ septatæ vage dendroideo-ramosæ; ramis apice attenuatis sterilibus, ad medium ramulos sporiferos ellipsoideos brevissimos suboppositos gerentibus. Conidia breve cylindracea, hyalina. — A gen. affini *Pachybasio* differt ramulis non verticillatis conidiisque cylindraceis, nec ovoideis.

1. **Cylindrodendrum album** Bon. Handb. p. 48, fig. 127. Cornu Ann. Sc. 719
nat. 1876, t. IX, f. 12. — Cæspitulis minutis, laneis albis; hyphis fertilibus vage ramosis, apice attenuatis nudis: ramulis sporiferis ellipsoideis suboppositis; conidiis cylindraceis rectis, diametro suo quadruplo longioribus, hyalinis, solitarie acrogenis.

Hab. in ramis putridis in Guestphalia et in foliis putridis Geranii in Gallia.

2. **Cylindrodendrum articulatum** Bon. Handb. p. 98. — Cæspitulis mi- 720
nutis albis; hypha fertili crasse articulata ramosa, apicibus rectis, acutis sterilibus.

Hab. in truncis (?) in Guestphalia.

OVULARIA Sacc. Mich. II, p. 17 (Etym. ab *ovo*, ob formam conidiorum). — Biophila; hyphæ subsimplices, erectæ, apicem versus plus minus distincte denticulatæ. Conidia globosa v. ovoidea continua hyalina, solitaria, rarius breve catenulata.

1. **Ovularia decipiens** Sacc. Mich. II, p. 546, F. ital. t. 973. — Ma- 721
culis arescendo lutescentibus subcircularibus; cæspitulis hypophyllis, albis; hyphis subfasciculatis, filiformibus, valde tortuosis, continuis; conidiis obovatis, majusculis 20-25 = 10-12, hyalinis.

Hab. in pag. inf. foliorum Ranunculi acris, Selva (Treviso) Italiæ et Pirna Germaniæ (Magnus). — Habitus *Didymariæ Ungeri*, se dconidia prorsus continua.

2. **Ovularia pusilla** (Ung.) Sacc. F. it. t. 970, Mich. II, p. 170, *Ramularia haplospora* Speg., Mich. II, 170, *Ramularia pusilla* Ung. — Hypophylla; maculis foliorum subrotundis sæpe confluentibus, superne fulvis, brunneo-purpureo-marginatis inferne obscure griseis; hyphis dense cæspitulosis, candidis, continuis, basi sæpe bulboso-inflatis, apice denticulatis, 60-70 ≃ 2½; conidiis ellipsoideis v. ovoideis, granuloso-farctis, 5-10 ≃ 2-2½, (« 8-10 ≃ 5-7 ») continuis, hyalinis. 722

Hab. in foliis Alchemillæ vulgaris in Germania, Italia et Fennia.

3. **Ovularia Schröteri** (Kühn) Sacc. *Ramularia Schröteri* Kühn in Hedw. 1881, p. 147. — Cæspitulis effusis, candidis, in macula cinereo-fusca; hyphis fasciculatis erectis flexuosisve, subsimplicibus, in apice non raro torulosis; conidiis ovatis 11-15 ≃ 4,5-8, hyalinis. 723

Hab. in foliis Alchemillæ vulgaris in cacumine montis Rigi (Rigiculm) Helvetiæ et in Germania (Schröter). Hypogena, rarius epigena. — « Verisimiliter vix diversa a præcedente ».

4. **Ovularia bulbigera** (Fuck.) Sacc. *Scolicotrichum bulbigerum* Fuck. Symb. myc. — Cæspitibus parvis, laxis, candidis; hyphis e basi incrassata, nigra ortis, simplicibus, flexuosis, diaphanis, continuis, circa 48 μ. alt., ad angulos conidia simplicia, globosa, hyalina, 9-11 μ. diam., gerentibus. 724

Hab. in pag. inf. foliorum Poterii Sanguisorbæ in Germania pr. Œstrich. — Sec. Fuckel, st. conidicus *Sphærellæ pseudomaculiformis*.

5. **Ovularia sphæroidea** Sacc. F. it. t. 979, Mich. I, p. 130 (*Ramularia*). — Cæspitulis erumpenti-superficialibus applanatis, albis, velutinis, hypophyllis; hyphis fasciculatis filiformibus, 40-50 ≃ 3, tortuosis, sursum remote denticulatis, hyalinis; conidiis ex denticulis oriundis, globulosis 8-10 μ. diam., rarius 8 ≃ 7, basi brevissime obsolete apiculatis, hyalinis. 725

Hab. in pagina inferiore foliorum languentium Loti corniculati ad *Spandau* prope Berolinum (P. Magnus) et prope Rouen Galliæ (Letendre). — Proxima *Ramulariæ pulchellæ* Ces. et *R. pusillæ* Ung. sed satis ab utraque diversa.

6. **Ovularia deusta** (Fuck.) Sacc. *Scolicotrichum deustum* Fuck. Symb. myc. p. 357. — Cæspitibus in macula demum totum folium occupanti, atro-fusca, minutis, gregariis, punctiformibus, rosellis; hyphis subsimplicibus, gracilibus, apice conidiferis; conidiis lanceolatis, continuis, hyalinis, 12 ≃ 4. 726

Hab. in pag. superiore foliorum viventium Orobi tuberosi et Lathyri pratensis in Germania (Fuckel) et in Sibiria asiatica (Martianoff).

7. **Ovularia fallax** (Bon.) Sacc. *Crocysporium fallax* Bon. Bot. Zeit. 1861. p. 201. — Mycelio ramosissimo in superficie foliorum repente; hyphis erectis septatis subcylindricis, apice plerumque incrassatis; conidiis magnis ovato-oblongis (nonnullis cylindricis utrinque rotundatis). 727

Hab. in foliis Viciarum v. in Guestphalia.

8. **Ovularia Doronici** Sacc. Mich. II, p. 638. — Hypophylla, subeffusa, albida; hyphis subfasciculatis teretibus, 30-40 ≃ 3, continuis, hyalinis, sursum breve ramulosis vel denticulatis; conidiis oblongis vel subfusoideis, subinde catenulatis, utrinque acutiusculis 12-15 ≃ 4-5, hyalinis. 728

Hab. in pag. infer. foliorum Doronici Pardalianches Echirolles (Terry), Le Hâvre (Malbranche) in Gallia.

9. **Ovularia Inulæ** Sacc. F. it. t. 971, Mich. II, p. 547. — Maculis arescendo ochraceis; cæspitulis effusis, hypophyllis, albis; hyphis teretibus simplicibus v. breve ramosis; conidiis ovoideo-oblongis, utrinque subtruncatis, breve catenulatis, 8-12 ≃ 4, hyalinis. 729

Hab. in pag. inf. foliorum Inulæ dysentericæ, Padova Italiæ borealis.

10. **Ovularia Serratula** Sacc. F. t. 978, Mich. II, p. 547. — Maculis minutis expallentibus; hyphis fasciculatis filiformibus conidio pluries longioribus, continuis, hyalinis, sursum parce denticulatis; conidiis ellipsoideis, interdum basi subapiculatis, 10-15 ≃ 5,5-6 hyalinis. 730

Hab. in pag. inf. foliorum Serratulæ tinctoriæ in Italia boreali.

11. **Ovularia Vossiana** (Thüm.) Sacc. *Ramularia Vossiana* Thüm. Symb. myc. Austr. III, n. 69. — Cæspitulis laxis, tenuibus, hypophyllis, gregariis, sæpe confluentibus, plus minus arachnoideo-stellatis, griseolo-roseis; sine macula sed in pagina foliorum superiore maculam parvam, indeterminatam ochraceo-fuscam demum fusco-griseam formantibus; hyphis sublongis cylindrico-filiformibus, simplicibus continuis tenuibus hyalinis; conidiis ellipsoideis v. globoso-ovatis, utrinque paullulum acutatis plerumque rotundatis, continuis, interdum 2-nucleolatis hyalinis vel pallidissime roseis, 5-10(sæpius 8) ≃ 4. 731

Hab. ad folia viva Cirsii oleracei pr. Laibach Carnioliæ (Voss).

12. **Ovularia Virgaureæ** (Thüm.) Sacc. *Ramularia Virgaureæ* Thüm. F. Austr. n. 32. — Cæspitulis tenuibus, flavo-viridibus, in macula subdiscolori; hyphis elongatis, articulatis, cuspidatis, simplicibus; conidiis ovato-oblongis, simplicibus, magnitudine varia. 732

Hab. in foliis vivis Solidaginis Virgaureæ prope Krems Austriæ, raro.

13. **Ovularia bonaerensis** Speg. Fungi Arg. Pug. IV, n. 328. — Maculis nullis v. pallescentibus indeterminatisque; cæspitulis minutissimis etiam lente ægre visibilibus, candidis; hyphis simplicibus, cylindraceis, erectis, apice angulatis v. undulatis, hinc inde 1-3-denticulato-nodulosis 40-60 ≃ 3,5, hyalinis; conidiis apicalibus, cylindraceis v. cylindraceo-ellipticis 10-20 ≃ 3,5, continuis, rarius 1-septatis, utrinque acutiuscule rotundatis, hyalinis. 733

Hab. in foliis vivis Picridis? in herbosis, Parque de Palermo Argentinæ.

14. **Ovularia acutata** (Bon.) Sacc. *Oidium acutatum* Bon. Bot. Zeit. 1861, p. 196, t. VIII, fig. 7. — Cæspitulis parvis cinereis, macula fusca cinctis; hyphis sterilibus ramosis repentibus; fertilibus haud septatis, subulatis, apice cellulis majoribus cylindricis ornatis, catenulis conidiorum subramosis; conidiis oblongis, superioribus ellipsoideis. 734

Hab. in foliis Violæ odoratæ in Guestphalia — «An *Oospora?*».

15. **Ovularia Asperifolii** Sacc. F. Ven. Ser. V. p. 186 (*Ramularia*). — Cæspitulis depressis, candidis, maculiformibus, partem foliorum aversam flavidam reddentibus; hyphis tortuosis parce septatis, 50-70 ≃ 4; conidiis ovoideis, basi subapiculatis, 10-12 ≃ 7-8, 2-guttulatis v. nubilosis, hyalinis, cicatriculis lateralibus v. apicalibus hypharum insertis. 735

Hab. in foliis Symphyti officinalis in Italia et Britannia. — Var. **Cynoglossi** Sacc. F. it. tab. 977: maculis arescendo fuscis, amphigenis; hyphis acicularibus, continuis conidio duplo v. triplo longioribus; conidiis obovatis, deorsum acutis, 15 ≃ 7-8, hyalinis, granulosis. In foliis Cynoglossi officinalis, Selva (Treviso) Ital. bor.

16. **Ovularia farinosa** (Bon.) Sacc. *Hormodendron farinosum* Bon. Bot. Zeit. 1861, p. 196, t. VIII, fig. 9. — Cæspitulis farinoso-floccosis irregularibus; hyphis (pedicellis) haud septatis subinflatis, ramis primariis rudimentariis, secundariis articulatis, articulis oblongis bipunctatis; conidiis ovatis simplicibus albis. 736

Hab. in foliis vivis Symphyti officin. in Guestphalia.

17. **Ovularia primulana** Karst. Fragmenta mycol. VI, p. 7. — Cæspitulis hypophyllis, maculicolis: maculis suborbicularibus, sæpe confluentibus, superne flavente-pallidis, inferne canescentibus: hyphis breviter ramulosis seu denticulatis, hyalinis 70–80 ≃ 3–5; conidiis sphæroideo-ellipsoideis, subinde oblongatis, simplicibus, rarissime obsolete uniseptatis, hyalinis, 12–21 ≃ 6–8.

Hab. in foliis vivis Primulæ veris in insula Runsala prope Aboam. — A *Ramularia Primulæ* Thüm. longe diversa.

18. **Ovularia corcellensis** Sacc. et Berl. Misc. mycol. II, n. 90, tab. X, f. 27. — Maculis viridi-lutescentibus, immarginatis: cæspitulis hypophyllis, pallidis, sæpe confluentibus, minutis; hyphis laxe fasciculatis filiformibus, flexuosis denticulatisque, subsimplicibus, 30–40 ≃ 4–5, continuis, hyalinis; conidiis elliptico-ovoideis, 12–15 ≃ 6–7, continuis hyalinis, guttulatis. 738

Hab. ad folia languida Primulæ acaulis prope Corcelles (Mortiher). — *Ovulariæ primulanæ* et *O. pusillæ* affinis.

19. **Ovularia Pirolæ** Trelease Journ. Mycol. I, p. 13. — Maculis circularibus obscuris: conidiis hyalinis ovato-globosis v. oblongis sæpe uno apice acutis, continuis, typice 12 ≃ 4, quandoque 6–17 ≃ 3.5–6. 739

Hab. in foliis Pirolæ rotundifoliæ, Wisconsin in America boreali.

20. **Ovularia duplex** Sacc. Mich. II, p. 123, F. ital. t. 976. — Cæspitulis hypophyllis areolas sub ochraceas efficientibus, albis, minutis; hyphis fasciculatis dimorphis sæpe consociatis: nunc teretibus, 40 ≃ 4, continuis simplicibus, ad apicem conidia ovoidea, 6–7 ≃ 4, dilutissime chlorina gerentibus, nunc filiformibus 50 ≃ 1–2, simplicibus furcatisve continuis conidia longiora, 8–15 ≃ 3–4½, prorsus hyalina ferentibus. 740

Hab. in foliis Scrophulariæ nodosæ pr. Rouen Galliæ (Letendre). — Etsi loco et habitu cum præcedente conveniat, diversas tamen notas affert.

21. **Ovularia carneola** Sacc. Mich. II, p. 122, F. ital. fig. 975. — Cæspitulis hypophyllis, areolas subochraceas efficientibus, albido-carneis, minutis; hyphis fasciculatis, sursum acutioribus, eseptatis, 15–25 ≃ 3, conidiisque acrogenis ovoideo-oblongis 5–7 ≃ 3–4, continuis, e hyalino roseolis. 741

Hab in foliis Scrophulariæ nodosæ pr. Rouen (Letendre).

22. **Ovularia Veronicæ** (Fuck.) Sacc. *Ramularia Veronicæ* Fuck. Symb. p. 361, B. et Br. Ann. N. H. n. 1917, t. 3. f. 7, (ut vide- 742

tur, non differt). — Cæspitulis foliorum paginam inferiorem fere totam occupantibus, niveis; hyphis longis, ramosis; conidiis cylindraceis ellipticisve, simplicibus, magnitudine varia, hyalinis.

Hab. in foliis Veronicæ hederifoliæ, V. agrestis et V. montanæ in Germania, Britannia, Gallia. — Var. **microsticta** Sacc. F. it. t. 974: maculis minutis pallidis; hyphis fasciculatis subsimplicibus, denticulatis, hyalinis, continuis, 25-30 = 3,5; conidiis ovato-oblongis, 15-20 = 5-6, biguttulatis, hyalinis. In foliis sepalisque Veronicæ urticifoliæ et Veronicæ arvensis in Italia boreali.

23. **Ovularia ovata** (Fuck.) Sacc. F. ital. t. 980, *Ramularia ovata* Fuck. Symb. p. 362, t. I. f. 17. — Cæspitulis effusis, floccosis, in macula flavescenti, niveis; hyphis ramosis, repentibus, continuis; conidiis plerumque ovatis, apiculatis, 16 = 10 hyalinis. 743

Hab. in pag. inferiore Salviæ pratensis in Germania et Selva, Conegliano, Padova Ital. bor.

24. **Ovularia Lamii** (Fuck.) Sacc. *Ramularia Lamii* Fuck. Symb. myc. p. 361, t. I, f. 25. — Cæspitulis tenuibus, candidis, in macula subdiscolori; hyphis fasciculatis, brevissimis, simplicibus; conidiis tenuioribus, ellipticis, simplicibus, 18 = 6. 744

Hab. in foliis Lamii amplexicaulis in Rhenogovia.

25. **Ovularia isarioides** Sacc. Mich. II, p. 578, *Oidium irregulare* Peck 33. Rep. p. 29. — Maculis amphigenis, fusco-marginatis; hyphis densissime fasciculatis, sæpius nervisequis, filiformibus, prælongis, 100-150 = 2, continuis, simplicibus v. parce ramosis, hyalinis basi sublutescentibus; conidiis crassiuscule fusoideis, 10-15 = 4-6, utrinque subapiculatis continuis, hyalinis. 745

Hab. in foliis Staphyleæ trifoliæ subvivis in Pensylvania (Ellis), Wisconsin (Trelease). — Hyphæ elongatæ, in modum fere *Isariæ* fasciculatæ.

26. **Ovularia Berberidis** Cooke in Grevillea. — Hypophylla, effusa, griseo-alba, cæspitulos tenues canos formans; hyphis brevibus, simplicibus; conidiis ovoideis, v. ellipsoideis, hyalinis, 15-18 = 8-9. 746

Hab. in foliis languidis Berberidis asiaticæ, Kew Gardens, London, in Britannia.

27. **Ovularia Syringæ** Berk. Grevill. 1882, p. 15, et 115, et Gard. Chron. 1881, fig. 135. — Hyphis plerisque decumbentibus, 300 μ. longis; conidiis initio subglobosis, apice papillatis, dein ellipsoideis v. ovatis, majusculis, 50-75 μ. longis. 747

Hab. in foliis Syringæ, Aberdeenshire Britanniæ (A. S. Wilson).

28. **Ovularia monilioides** Ell. et Mart. Am. Nat. 1885. p. 76, *Ovularia Myriacæ* Peck in litt. — Maculis rubro-brunneis, rotundis, 1-1 mm. diam.; hyphis hypophyllis fasciculatis, hyalinis, parce septatis, sæpe sursum ramulosis, 35-60 ≈ 3; conidiis 2-3 superimpositis, obovatis, continuis 12-17 ≈ 9-12, hyalinis. 748

Hab. in foliis vivis Myricæ et Magnoliæ in America boreali (Clarke, Peck). — «An ob conidia catenulata novi generis typus? An *Moniliæ* species e sectione biophilarum?».

29. **Ovularia Bistortæ** (Fuck.) Sacc. *Ramularia Bistortæ* Fuck. Symb. myc. pag. 361. t. I fig. 22. — Cæspitulis laxis, tenuibus, candidis, in macula exarida; hyphis fasciculatis, subsimplicibus, flexuosis; conidiis oblongo-ovatis, simplicibus, 12 ≈ 6, hyalinis. 749

Hab. in foliis Polygoni Bistortæ in Germania et Sibiria.

30. **Ovularia obliqua** (Cooke) Oud. Hedw. 1883, p. 85, *Oidium monosporium* West. *Peronospora obliqua* Cooke, *Ramularia obovata* Fuck. Symb. p. 103, *Ovularia obovata* Sacc. F. it. t. 981. — Maculis subcircularibus, arescendo subochraceis, sanguineo-marginatis; hyphis amphigenis sed plerumque hypophyllis, fasciculatis, simplicibus, vel subramosis, hyalinis, continuis vel raro 1-septatis, 70-125 ≈ 3-4; conidiis oblongo-ovatis, continuis, sæpe obliquis, 18-28 ≈ 9-12. 750

Hab. in foliis languidis Rumicis obtusifolii, R. crispi, R. pulchri etc. in Belgio, Italia, Germania, Lusitania, Sibiria: Hollandia, Fennia et Amer. bor. — Status conidicus *Sphærellæ Rumicis* Fuck.

31. **Ovularia rubella** (Bon.) Sacc. *Crocysporium rubellum* Bon. Bot. Zeit. 1861. p. 201. — Cæspitulis gregariis macula rubra cinctis; hyphis haud septatis undulatis et fasciculatis; conidiis piriformibus seu obovatis, rubellis. 751

Hab. in foliis vivis Rumici aquatici in Guestphalia.

32. **Ovularia elliptica** Berk. in Grev. 1881, p. 51, Gard. Chron. 1881, cum icone. — Hyphis abbreviatis hinc inde nodulosis, articulatis, e mycelio repente oriundis; conidiis ellipsoideis, hyalinis, majusculis. 752

Hab. in Liliorum varietatibus pluribus cultis in Britannia.

33. **Ovularia pulchella** (Ges.) Sacc. *Ramularia pulchella* Ces. in Bot. Zeit. 1853, p. 288 et in Fres. Beitr. pag. 96. t. XI, f. 44-45. — Maculis rubris; cæspitulis roseis, hypophyllis; hyphis simplicibus, raro ramulosis, geniculatis, continuis; conidiis e geniculis orientibus, ovoideis 8-12 μ. longis, hyalinis. 753

Hab. in foliis Dactylidis glomeratæ, Vercelli in Italia bor.

SEPEDONIUM Link Obs. myc. I, p. 16 (Etym. a *sepo* putresco). — Hyphæ repentes vage ramosæ. Conidia in ramulis acrogena, solitaria v. 2-3-aggregata, globosa, continua, muriculata v. ovoidea, hyalina v. læte colorata. (Species plerumque parasiticæ in fungis, statum conidicum *Hypomycetum* sistentes).

1 **Sepedonium chrysospermum** (Bull.) Fr. S. M. III, p. 438, Bon. Handb. f. 103, Sacc. Fung. it. t. 716, *Mucor chrysospermus* Bull. Champ. p. 504, t. 1, *Uredo mycophila* Pers. — Hyphis effusis dein obtextis, crassiusculis, subhyalinis, varie furcatis ramulosque sporigeros laterales breves patulos ferentibus; conidiis solitariis globosis, muriculatis, flavis v. aureis, 14-16 μ. diam., hyphasma totum conspergentibus. 754

Hab. in Boletis, Agaricis, Craterellis etc. in Germania, Italia, Gallia, Britannia, Sibiria, Amer. bor.

2 **Sepedonium flavidum** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 576. — Effusum, pulveraceum, pallide flavum; hyphis filiformibus, intricatis, interdum furcatis, continuis, hyalinis, 3-4 μ. diam.; conidiis globosis, muriculatis, 6.5-7.5 μ. diam., flavidis, stipitellis brevibus hyalinis fultis. 755

Hab. in pileo Polypori acanthoidis in Pensylvania (Ellis).

3. **Sepedonium Cordæ** Sacc. *Mycogone simplex* Corda Ic. fung. VI, pag. 2, fig. 4, (non *Mycogone cervina* Ditm.). — Effusa, grisea; hyphis sporophoris simplicibus basi fere bulbillosis, continuis in hyphis *Monosporii agaricicoli* parasiticis; conidiis solitarie acrogenis 1-cellularibus, globosis, e hyalino roseis dein luteolis, verrucosis, 16-18 μ. diam. 756

Hab. in ascomate Pezizæ macropodis in Bohemia.

4. **Sepedonium sphærosporum** (Berk.) Sacc. *Mycogone sphærosporu* Berk. Dec. of Fungi n. 616. — Effusum, candidum; conidiis globosis continuis, fortiter obtuse echinatis, 16-17 μ. diam. 757

Hab. in lamellis Agarici cujusdam in silvis pr. River Uaupés Brasiliæ.

5. **Sepedonium byssicolum** Sacc. F. it. t. 718, Mich. II, p. 551. — Effusum, in bysso *Roselliniæ* parasiticum, fuscellum; hyphis filiformibus, ramoso-anastomosantibus, tenuibus, continuis, hyalinis; conidiis inspersis, globosis 7 μ. diam. fuscellis, hyalino-aculeolatis. 758

Hab. in bysso Roselliniæ aquilæ humidula, Padova Italiæ borealis.

6. **Sepedonium osteophilum** Bon. Handb. p. 100, fig. 109, Sacc. F. it. t. 717. — Cæspitulis effusis sordide olivaceis; hyphis repentibus 759

varie furcatis, septatis, hyalinis, ramulos breves sporigeros laterales ferentibus; conidiis solitariis globosis v. subellipsoideis, basi apiculatis. 10-12 ≃ 8-10, muriculatis fusco-olivascentibus.

Hab. in ossibus pennisque putridis gallinaceis in Guestphalia et Italia bor.

7. **Sepedonium albo-luteolum** Sacc. et March. Cham. copr. Belg. p. 30. Pl. IV. f. 12-13. — Cæspitulis effusis initio niveis, denique lutescentibus, subpulveraceis; hyphis repentibus, parum ramosis, continuis, 100-250 ≃ 2-3, apicem versus divaricatim ramosis, subhyannis; conidiis primum obovoideis, intus granulosis tenuiter 2-4-guttulatis, hyalinis, tandem globulosis vel subovoideis, 1-guttulatis dilute luteis, eximie muriculatis, 5,5-6,2, μ. diam., in ramorum apicibus acrogenis, pedicello 9-12 ≃ 1,3 rarissime breve subcatenulatis. 760

Hab. in fimo leporino et in excremento murino, Bruxelles et Genk Belgii.

8. **Sepedonium thelosporum** Sacc. et March. Champ. copr. Belg. p. 31. Pl. II. f. 4. — Hyphis effusis, repentibus, 6-8,5 μ. d., parce ramosis, remote septatis, hyalinis; conidiis globosis maximis, 35-60 μ. diam., luteolis papillis cylindraceis vel ovoideis, hyalinis, 5-8 μ. long., eleganter muricatis, in ramulorum apice dilatato-vesiculoso acrogenis. 761

Hab. in fimo murino, sociis *Thamnidio elegante*, *Gymnoasco rubro*, *Lasioboli papillati* (Pers.) Sacc. forma minore, sed sæpius *Rosellinia Schumocheri*, Bruxelles Belgii.

9. **Sepedonium curvisetum** Harz Hyph. p. 23. t. IV. f. 1. — Hyphis mycelicis repentibus, continuis, filiformibus, parce ramosis; ramulis conidiophoris ascendentibus, brevibus, sæpe curvulis; conidiis solitariis v. ternis, globosis, initio levibus, dein crasse obtuse papillatis, 25-26 μ. diam., e hyalino roseis, papillis demum apice laceratis. 762

Hab. in hyphis Mucorinearum in Germania et Austria.

10. **Sepedonium mucorinum** Harz Hyph. p. 23. t. III. f. 4. — Mycelio tenui ramoso capillari, repente; hyphis fertilibus simplicibus, brevibus, ascendentibus; conidiis solitariis v. ternis globosis, initio levibus dein æqualiter muriculatis, e hyalino dilute roseo-fuscellis, 17-18 μ. diam. 763

Hab. in Mucorineis variis parasiticum in Germania et Austria.

Sepedonium xylogenum Sacc. F. it. t. 715. Mich. II. p. 552. — 764

Cæspitulis effusis, albis, subpulveraceis; hyphis filiformibus obsolete septatis, hyalinis, ramulos fertiles simplices v. furcatos exerentibus: conidiis acrogenis, globosis, 15-18 μ. diam., asperulis, hyalinis.

Hab. in ligno putrido, Padova Ital. bor.

12. **Sepedonium spinosum** Sacc. Mich. II. p. 635. — Effusum, candidum, hypochnoideum: hyphis repentibus, filiformibus, 2 μ. diam., subinde in fasciculos coalescentibus, nodulosis, ad nodos septulatis, hyalinis hinc inde ramulos fertiles breves, continuos exerentibus; conidiis in ramulorum apice acrogenis, sphæricis, dense aculeatis, hyalinis, 10-12 μ. diam., (cum aculeis); aculeis cuspidatis rectis 4-5 μ. longis. 765

Hab. ad corticem putrescentem Abietis in Helvetia (Morthier). — Habitu et conidiis ad *Hypochnum* seu *Zygodesmum* accedit, sed basidia sterigmatophora propria non gerit.

13. **Sepedonium Tulasneanum** Sacc. *Hypomyceliis Tulasneani* st. conid. Plow. Grev. XI. p. 46, t. 152, fig. 1. d. — Effusum, ochraceum v. subolivaceum; hyphis parce septatis bi-trifurcatis subhyalinis; conidiis oblongis, apice acutis, verruculosis, 16-20 = 10, ochraceis. 766

Hab. in Boletis in Gallia et Britannia.

14. **Sepedonium subochraceum** B. et C. Xorth Am. Fungi n. 698. — Effusum, alutaceum; conidiis globosis extus granulatis, 10 μ. d. 767

Hab. in ligno putri, Alabama Amer. bor. (Peters).

Species mihi ignotæ.

15. **Sepedonium Bartayrezianum** Brond. Arch. de Flore 1854, I. p. 148. — In Gallia bor. 768

16. **Sepedonium agglomeriferum** Let. Fig. Champ. t. 667, f. 4. — In Gallia. 769

ASTEROPHORA Ditm. in Sturm D. C. F. III. 2. p. 53. *Asterotrichum* Bon., *Artotrogus* Fr. em. (Etym. *aster* et *phoreo* fero). — Hyphæ vage ramosæ repentes; conidia in ramulis acrogena (rarius nonnulla catenulata), tuberculato-stellata. — Ut plurimum species parasiticæ in Agaricis, quæ ut formæ conidiophoræ *Hypomycetum* habendæ sunt.

1. **Asterophora agaricicola** Corda Ic. fung. IV. p. 8. fig. 24. (*Lycoperdoides* Ditm. l. c. t. 26, *Asterotrichum Ditmari* Bon., *Asterophora physaroides* et *lycoperdoides* Fr., Bon. Handb. fig. 225, et 224. — Hyphis filiformibus, septatis, hyalinis, intertextis parce ra- 770

mosis: conidiis globoso-ellipsoideis tuberculato-stellatis, raro duobus superimpositis, hyalinis dein subalutaceis, 18-24 μ. diam.

Hab. in Nyctali, in Russula adusta, R. nigricante, Lactariis etc. parasitans, in Germania, Italia, Gallia, Britannia.

2. **Asterophora grisea** (Bon.) Sacc. *Asterotrichum griseum* Bon. Handb. p. 82. — Cæspitulis minutis, 1 mm. altis, flavo-albidis (cur species dicitur «grisea»?), ceterùm ut in *A. agaricicola*. 771

Hab. in foliis Fuchsiæ in hortis cultæ in Guestphalia. — Habitatione et colore videtur distincta. An tamen specimina ex Agarico migrata in Fuchsiam?

PELLICULARIA Cooke Coffea Diseas. cum fig. (Etym. a *pellicula*). — Parasitica, biophila. Hyphæ repentes ramosæ, septatæ, in pelliculam sub-gelatinosam intertextæ. Conidia sessilia simplicia, hyalina. A *Sepedonio* præsertim vita biophila recedit.

1. **Pellicularia Koleroga** Cooke Coffea Dis. et in Grevillea, *Erysiphe scandens* Ernst. — Hypophylla, effusa, griseo-alba subinde totam folii paginam occupans: hyphis repentibus in pelliculam subgelatinosam a matrice secedentem contextis; conidiis globosis, hyalinis, echinulatis, 7,5 μ. diam., hypharum lateribus insertis, sessilibus. 772

Hab. in pag. inf. foliorum Coffeæ arabicæ, Mysore et Venezuela. Morbum valde destructivum affert, qui vulgo dicitur *Kole-roga*.

Tribus 6. **Verticillieæ** Sacc.

PACHYBASIUM Sacc. Fung. Alger. Tahit. Gall. p. 6, (Etym. *pachys* crassus et *basidium*). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ ramulis summis simplicibus sterilibus recurvatis, mediis alternis v. suboppositis verticillato-ramulosis; ramuli ultimi seu basidia brevia ampulliformia ad apicem ramorum subcongesta. Conidia globosa v. oblonga, continua, hyalina v. læte colorata. — Est *Verticillium* ramis apicalibus recurvatis et basidiis ampulliformibus. Huc forte quoque spectat *Vert. pyramidale*.

1. **Pachybasium hamatum** (Bon.) Sacc. Fungi Alg. Tahit. et Gall. p. 6, *Verticillium hamatum* Bon. Handb. p. 97, f. 117. — Cæspitulis minutis albis, dein griseo-viridulis; hyphis fertilibus ascendentibus continuis; ramis subalternis mediis verticillato-ramulosis, ramulis ultimis crassis ampulliformibus subternatis; conidiis globoso-ellipsoideis. 773

Hab. in lignis putridis in Guestphalia. — * **P. candidum** Sacc. l. c. tab. LV, fig. 6: cæspitulis $^1/_2$–1 mm. diam., velutinis; ramis suboppositis; conidiis ovoideis 3–4 . 1–1.5 apici basidii ampulliformis diu hærentibus. In pag. inferiore foliorum Quercus in Arduennis (Libert).

VERTICILLIUM Nees Syst. d. Pilze p. 57 (Etym. a *verticillo*). — Hyphæ steriles repentes: fertiles erectæ, ramis ramulisque verticillatis longiusculis, apice monosporis. Conidia mox secedentia e globoso ovoidea, hyalina v. læte colorata.

A) Eu-Verticillium

Rami rectiusculi: capitula muco carentia.

1. Albicantia.

1. **Verticillium candidulum** Sacc. F. it. t. 725. Mich. II, p. 553. — 774
Cæspitulis minutis albis; hyphis repentibus sterilibus fertilibus assurgentibus, pluries verticillato-ramosis, ramulis sæpius ternis, sursum acutis; conidiis ovato-oblongis, inæquilateralibus 5–6 = 1, 7–2, hyalinis.

Hab. in fructibus putrescentibus Rosarum. Selva (Treviso) Ital. bor. — Var. **Solani** Sacc. Mich. II, p. 637: hyphis 100–150 = 3.5–4.5; conidiis 6–6.5 = 3–3.5 hyalinis, in tubere putri Solani pr. Rouen Galliæ (Letendre).

2. **Verticillium stigmatellum** B. et C. North Am. Fungi n. 672. — 775
Albidum; hyphis in glomerulos minimos collectis, sursum ramosis verticillatis; conidiis parvis ellipticis.

Hab. in fructibus Cucurbitæ putridis in Carolina inferiore Americæ borealis.

3. **Verticillium sphæroideum** Sacc. F. it. t. 727. Mich. II, p. 554. — 776
Cæspitulis minutis albis, mucedineis: hyphis subcontinuis, hyalinis; sterilibus repentibus fertilibus assurgentibus simpliciter verticillato-ramosis, ramulis cuspidatis; conidiis globosis, 3–4 μ. diam., levibus, hyalinis.

Hab. in glandibus quercinis in Silva Monteilo Ital. bor.

4. **Verticillium Candelabrum** Bon. Handb. pag. 97, fig. 121. Sacc. F. Ital. t. 721. — Cæspitulis minutis, albis, dein confluendo effusis velutinis: hyphis fertilibus remote septatis, sursum parce ramosis, ramis apice ramulos verticillato-ternos breves obclavatos gerentibus: conidiis ovoideis 4–4.5 = 3, hyalinis.

Hab. in foliis coacervatis Lauri, Magnoliæ, in lignis et corticibus putrescentibus in Germania, Italia, Gallia, Amer. bor.

5 **Verticillium heterocladum** Penz. Mich. II. p. 462. F. Ital. t. 1193. 778
— Hyphis repentibus, elongatis, paullum ramosis, continuis: ramis fertilibus adscendentibus, ramulosis; ramulis ternis vel quaternis, oppositis vel alternis, patentibus, rectis, apice attenuatis; conidiis in ramulorum apice solitariis, geminatis vel ternis, sæpius pedicellis brevissimis suffultis, oblongis, hyalinis, 5.5–6 = 2–3.

Hab. in foliis Citri Limonum a *Lecanio Hesperidum* invasis, cujus corpora emortua velamento candido obtegit in Italia bor.

6. **Verticillium pulvinulum** Kelch. et Cooke in Grevillea. — Albam; 779
hyphis verticillato-ramoris: conidiis oblongis.

Hab. in foliis subemortuis Aloes in Africa austr. (Mac-Owan).

7. **Verticillium crustosum** (Fr.) Rabenh. D. C. Fl. n. 930. *Botrytis* 780
crustosa Fr. S. M. III. p. 408. — Mucido-farinosum album, effusum v. tuberculiforme: hyphis fertilibus simplicibus trifidis verticillatisque, breviusculis: conidiis globosis, terminalibus, majusculis, solitariis, hyalinis.

Hab. ad caules et folia emortua, frequens in Heracleo Sphondylio in Suecia, Germania et Algeria.

8. **Verticillium compactiusculum** Sacc. F. it. t. 724. Mich. II. p. 553 et 781
637. — Cæspitulis effusis, albis, compactiusculis: hyphis repentibus parcis; fertilibus subternis sursum acutis: conidiis cylindraceo-oblongis, 8–10 = 1.5, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis Pruni domesticæ. Selva (Treviso) Ital. bor., et in ramulis putridis Buxi, Pini in Gallia orient.

9. **Verticillium candidum** Peck 34 Rep. St. Mus 48. t. II. f. 11–13 — 782
Album, effusum, tenue: hyphis fertilibus erectis, septatis ramosis, ramis semel v. bis oppositis verticillatisque: conidiis terminalibus, globosis, hyalinis, 4–5 μ. diam.

Hab. in ligno et cortice putri, Helderberg mountains Amer. bor.

10. **Verticillium robustum** Preuss F. Hoversw. n. 85. — Cæspitibus 783
effusis stupposis albis; mycelio ramoso, septato, fusco-punctato: hyphis fertilibus erectis pellucidis, supra pallidis: ramulis ternatis vel quaternis basi incrassatis: ramis ramulisque subulatis verticillatis patentibus, continuis, apiculo ornatis: conidiis globosis, diaphanis apicibus ramulorum innatis.

Hab. in ligno Pini, Hoyerswerda.

11. **Verticillium distans** B. et Br. Ann. N. H. n. 534. f. VII. f. 16. 784
— Sparsum, niveum; hyphis brevibus, tenuibus, attenuato-ramosis: ramulis longiusculis, sensim attenuatis, 4–6-verticillatis verticillis distantibus: conidiis oblongis, binucleatis.

Hab. in caulibus herbarum. Cranford Bridge Britanniæ.

12. **Verticillium terrestre** (Pers.) Sacc. *Botrytis terrestris* Pers. M. Eur. I. p. 38. *Stachylidium terrestre* Grev. Sc. Fl. t. 257. Fr. S. M. III. p. 391. — Mycelio dense intricato, ramoso, albo; hyphis fertilibus erectis septatis, sursum spicato-ramosis; ramis quaternatis brevibus, obtusis, sporiferis rarius iterum verticillatis: conidiis globosis, mox secedentibus. 785

Hab. ad terram nudam et ad ligna dejecta in Britannia, Belgio, Suecia, Germania. — Icon Grevillei l. c. bona, sed insertio conidiorum dubia.

13. **Verticillium globuliforme** Bon. Abhand. Geb. II, p. 94. — Cæspitulis globuliformibus; hyphis erectis, candidis, plerumque trichotome ramosis, ramellis ultimis verticillatis; conidiis globosis, albis, terminalibus. 786

Hab. in quisquiliis in Guestphalia.

14. **Verticillium capitatum** Ehrenb. Sylv. pag. 13, 25. Bon. Handb. fig. 118. — Hyphis laxe in fasciculos minutissimos congestis albis, septatis versus apicem parce verticillato-ramosis ibique conidia globosa v. glaucescentia pellucida sustinentibus. 787

Hab. ad excrementa larvarum minima in truncis putridis agri berol. (Ehrenberg), in ramulis et acubus pineis in Guestphalia, in foliis Carpini supra Gnomoniain in Italia bor. — ***V. botrytoides** Sacc. Mich. II. pag. 577: mucedineum, album; hyphis subcontinuis, fertilibus erectis, 120-130 = 1,5; ramulis primariis sub oppositis, secundariis tertiariisque verticillatis, obclavatis, apice acutis; conidiis copiosis globosis, minimis, 1-1,4 μ. diam. hyalinis. In Physaro putrescente, Newfield N. J. (Ellis).

15. **Verticillium minutissimum** Corda Ic. fung. I, p. 20, fig. 274. — Cæspitulis albis, globosis, punctiformibus, minutissimis: hypha erecta, verticillatim ramosa, ramis simplicibus vel dichotomis, albis: conidiis elongatis sublunulatis, albis 4 μ. long. 788

Hab. in larvis minutissimis putridis cujusdam insecti prope Prag Bohemiæ.

16. **Verticillium nanum** B. et Br. Ann. N. H. n. 532. t. VII. f. 18. — Minutum, album; hyphis vage ramulosis, ramulis oppositis: conidiis ellipsoideis. 789

Hab. in fructibus Piri communis, Cranford Bridge Britanniæ, in lignis, New England Amer. bor. — Var. **Corticii** Sacc. F. it. t. 726: hyphæ ramis spurie verticillatis, sæpius apice furcatis; conidiis ovato-oblongis, 3 = 1, cum tota planta albo-hyalinis. In

Corticio lacteo ad Ailanthum in Gallia. — Species ob ramulos imperfecte verticillatos in hoc genere anceps.

17. **Verticillium agaricinum** (Link) Corda Ic. fung. II. p. 15, f. 68, 790
Harz Hyph. p. 24. t. II, f. 8, *Botrytis agaricina* Link. Ditm. D. C. Fl. t. 51, Plowr. Grev. XI, t. 150 bis. fig. *d*. — Cæspitulis effusis laneis albis; hyphis erectis, septatis, pellucidis, intus grumulosis: ramis ramulisque subulatis patentibus verticillatis; conidiis obovato-oblongis diaphanis, apicibus ramulorum innatis solitariis v. ternis, levibus, hyalinis, 12-13 ≃ 4-6.

Hab. in Russulis et Agaricis variis in Bohemia, Germania, Gallia, Britannia. — Sec. Plowr. l. c. sistit st. conidicum *Hypomycetis aurantii*. Cl. Harz cum hac specie *Mycogonen* connatam vidit. An potius parasitica? — Var. **clavisedum** Sacc. Mich II, p. 577: conidiis oblongis, utrinque rotundatis, 12-15 ≃ 5, sæpius 2-guttatis, hyalinis. In clava Geoglossi glabri udi, sociâ *Papulosporâ candidâ*, Newfield N. J. (Ellis).

18. **Verticillium Lactarii** Peck 35 Rep. of the St. Mus. N. Y. p. 140. 791
— Hyphis albis, ramosis; ramis oppositis simplicibus v. verticillatis; ramulis apicem versus attenuatis; conidiis acrogenis, obovatis v. oblongo-ellipsoideis, levibus, hyalinis, 25-30 ≃ 10-12, basi subapiculatis.

Hab. in Lactariis putresceutibus inprimis Lactario subdulci, Center et East Berne Amer. bor. — ***Verticillium Lactescentium** Sacc. *Hypomycetis terrestris* st. conid. Plowr. Grev. XI, pag. 47, t. 153 *d*: effusum album; hyphis erectis septatis crassis sursum semel v. bis verticillato-ramosis; ramulis sensim sursum attenuatis: conidiis majusculis obovatis vel oblongis 25-30 ≃ 10, continuis, nubilosis, hyalinis. In Lactariis in Britannia.

19. **Verticillium eximium** Berk. Austral. Fungi n. 208. — Hyphis ra- 792
mosis: ramulis brevibus apice incrassatis processibus radiantibus acutis basi tumidis sporiferis ornatis; conidiis oblongis pedicello brevissimo obliquo affixis, 6-8 μ. longis.

Hab. in Clavaria quadam, affini *Cl. Botryti*, Paramatta Australiæ (W. Woolls). Pulchra species.

20. **Verticillium microspermum** Sacc. *Hypomycetis Broomeani* st. 793
conid. Plowr. Grev. XI. p. 48, t. 154 *d*. — Effusum candidum; hyphis erectis septatis, tenuibus, ter verticillato-ramosis, ramulis acutis: conidiis ellipsoideis minutis, hyalinis 5-7 ≃ 3-4.

Hab. in Polyporo annoso in Britannia.

21. **Verticillium Rexianum** Sacc. Mich. II. p. 577. — Velutinum, can- 794

didissimum: hyphis repentibus sterilibus septulatis: fertilibus erectis 100 = 3 ad basim ramorum septatis: ramulis patentibus, plerumque oppositis, apice furcatis v. simplicibus, sursum acutis; conidiis copiosis ovoideis, 5 = 3, hyalinis.

Hab. in Arcyria putrescente in America boreali (Doct. G. A Rex). — A *V. nano* præcipne differt hyphis evidenter septatis; affine quoque *Verticillio heteroclado* Penz.

22. **Verticillium Aspergillus** B. et Br. Ann. N. H. n. 1384. t. VIII. f. 7. — Hyphis inferne simplicibus v. raro divisis, 120-130 μ. longis, septatis, sursum attenuatis, apicibus repetito-furcatis arrectis; conidiis 2-3 μ. long. 795

Hab. in Polyporo vaporario emortuo, Kelmarsh, Notts Britanniæ. — Habitus *Clonostachydis Araucariæ*; forte *Hypocreæ farinosæ* status conidicus.

23. **Verticillium quaternellum** Grov. New or notew. Fung. pag. 10 t. 246. f. 7. — Niveum; mycelio gracillimo, intricate ramuloso; hyphis fertilibus sat brevibus, hyalinis, erectis, fere cylindricis, remote septatis; ramulis verticillatis, quaternis ternisque, rectis, simplicibus, cylindricis apice conidia 3-5 (frequentissime quaterna) gerentibus; conidiis cylindraceo-oblongis, hyalinis 7-8 μ. long. 796

Hab. in Agaricis (Mycenis), socio *Mucore macrocarpo*, Middleton Britanniæ. — Ad *Acrocylindrium* nutat.

24. **Verticillium niveum** Berk. Fl. Tasm. p. 271. — Candidum, ramosum, ramulis basi incrassatis breviusculis; conidiis oblongis, 6-7 μ. longis. 797

Hab. in Agaricis emortuis in Tasmania (Archer).

II. Rosea, rubra, fulva, flava.

25. **Verticillium epimyces** B. et Br. Ann. N. H. n. 533. t. VII. fig. 15 — Effusum album, dein pallide roseum compactiusculum; hyphis subtrifidis, ramulis ternatis v. binatis sursum conspicue attenuatis, elongatis; conidiis initio subglobosis dein oblongis, demum diametro suo 4-5-plo longioribus. 798

Hab. in Elaphomycete emortuo in Britannia, in Clavariis et Tuberculariis putrescentibus in Italia bor. — ***V. epicarpium** Sacc. F. it. t. 643: cæspitulis subochraceis, effusis; hypharum continuarum ramulis subternis, sursum attenuatis; conidiis ovato-oblongis, 6-8 = 3-3,5, sordide roseis. In epicarpio Mali putrescente, Selva (Treviso) Ital. bor.

26 **Verticillium tuberculariodes** Speg. Fungi Argentini. in An. de la Soc. Cientif. Argentina. XIII. I, p. 26. n. 330. Michelia II, p 163. — Pulvinatum, erumpens albo-roseum, primitus tuberculiforme, compactiusculum, dein furfuraceo-squarrulosum, magnitudine ludens, 0.5-3 mm. diam.; hyphis omnibus hyalinis, sterilibus compacto-subcoalescentibus pseudostroma carnosulum efformantibus, fertilibus erectis, parce verticillato-ramulosis breviusculis, 80-85 = 3; ramulis cylindraceo-ovatis, apice attenuato-acutatis 15 μ. long., 2 μ. crass., hyalinis; conidiis ellipticis vel elliptico-subglobosis, sæpius inæquilateralibus 5-8 = 3 granuloso-farctis v. 2-guttulatis, hyalinis. 799

Hab. in ramis dejectis putrescentibus Citri Aurantii aliarumque arborum. Recoleta et Parque de Palermo prope Buenos-Ayres (Spegazzini).

27. **Verticillium Buxi** (Link) Auersw. et Fleisch. Hedw. 1867, p. 9. Sacc. F. it. tab. 644. *Fusidium Buxi* Link. *Ramularia*..... Fuck. Symb. p. 97. *Penicillium roseum* Cooke, nec Link. — Cæspitulis effusis, subpulveraceis, roseis; hyphis fertilibus erectis, sursum bis verticillato-ramosis, parcissime septatis; ramulis sursum attenuatis; conidiis oblongo-fusoideis, 6-8 = 2-2,5, 2-guttulatis, subhyalinis vel subroseis. 800

Hab. in pag. inf. foliorum languidorum v. emortuorum Buxi empervirentis in Germania, Italia, Gallia, Britannia, America merid., sociis plerumque *Volutella Buxi* et *Nectriella Rousseliana*.

28. **Verticillium tomentosulum** Speg. F. Arg. Pug. IV. n. 329. — Effusum, superficiale, densiusculum laxe ac molliter tomentosulum, roseo-albidum; hyphis omnibus hyalinis, sterilibus repentibus, simplicibus, parce septulatis; fertilibus adsurgentibus apicem versus pluries verticillato-ramulosis, densiuscule septatis (3 μ. cr.), ramulis verticillorum e basi ad apicem gradatim abbreviatis, acutiusculis; conidiis ad apicem ramulorum insertis (congestis, teste Speg. «An?») elliptico-ovoideis, obtusissime rotundatis 6-8 = 3-5 hyalinis. 801

Hab. in caule putrescente Conii maculati, prope el Banado de San José de Flores, Argentina.

29. **Verticillium rosellum** B. et C. North Amer. Fungi n. 671. — Pallide-roseum demum pallidum; hyphis brevibus parce ramosis, apicem versus verticillatis; conidiis minimis. 802

Hab. in foliis dejectis Visci in America boreali.

30 **Verticillium ruberrimum** Bon. Handb. p. 97, fig. 166. — Hyphis 802

repentibus, initio flavidis, dein flavo-rubris; fertilibus erectis, septatis, ramis iterato verticillatis, ramis ultimis subternatis, sursum attenuatis; conidiis ellipsoideo-globosis.

Hab. in putrescentibus (pannis?) in Guestphalia. — «Cl. Bonorden ducit huc *Sporotrichum ruberrimum* Fr. An recte? Friesius de ramis verticillatis nullum verbum facit».

31. **Verticillium hepaticum** (Wallr.) Rabenh. D. C. Fl. n. 929, *Botrytis hepatica* Wallr. Fl. cr. n. 1912. — Hyphis intricatis pellucidis vage ramosis depressis; fertilibus erectis ramos conformes oppositos illosque apicem versus in verticillum congestos conidiis globosis tectos spargentibus, hyphasma effusum laxum constituentibus. 804

Hab. ad lignum coryleum putridum in Thuringia.

32. **Verticillium rufum** (Schwabe) Rabenh. D. C. Fl. n. 928, *Botrytis rufa* Schwabe Fl. Anhalt. II, p. 341. — Cæspitulis rufo-brunneis: hyphis fertilibus erectis; ramis inferioribus oppositis, superioribus terno-quaternis, apice verticillato-ramulosis; conidiis minutis, subcylindraceis, utrinque obtusiusculis, nucleolatis. 805

Hab. in radice subputrida Betæ vulgaris in Germania.

33. **Verticillium ochro-rubrum** Desm. Ann. Sc. nat. 1834, pag. 71, t. II, fig. 5. — Effusum ochraceo-rubellum; hyphis fertilibus aggregatis, ramosis; ramis patentibus ternis v. oppositis, apice verticillato-ramulosis; conidiis minutissimis, globosis, ochraceo-rubellis, 4 μ. diam. 806

Hab. in ligno putrido in Gallia (Desm.) et Hollandia (Splitgerber).

34. **Verticillium affine** Corda Ic. fung. I, p. 20, fig. 276. — Effusum, cinnabarinum; stipite rigidiusculo, ramulis verticillatis, subulatis, basi incrassatis, semipellucidis cinnabarinis; conidiis dein inspersis, ellipticis, concoloribus; hyphasmate effuso intricato. 807

Hab. in foliis putridis Zamiæ pungentis prope Reichenberg Bohemiæ.

35. **Verticillium lateritium** Berk. in Cooke Handb. p. 635. — Hyphis elegantibus et pluries verticillato-ramosis in cæspitulos rubro-lateritios velutino-laneos collectis; ramulis terno-quaternis, apice acutis; conidiis ellipsoideo-oblongis, utrinque rotundatis, 4-6 ≂ 2,5-3; hyphis et conidiis pellucido-lateritiis. 808

Hab. in lignis, corticibus, capsulis, caulibus, tuberibus putrescentibus in Britannia, Gallia, Italia, America bor. — «An sit diversum a *Sporotricho lateritio* Ehrenb. et a *Botryte lateritia* Schw. e diagnosibus imperfectis erui non potest». Habitus *Acrostalagmi cinnabarini*.

36. **Verticillium pyramidale** Bon. Handb. p. 97. fig. 179. — Cæspitulis floccosis subhaneis, albis dein luteolis; hyphis fertilibus erectis, asperulis septatis in apicem longum sterilem simplicem desinentibus, dilute ochraceis; ramis iterato-verticillatis, ultimis brevibus, breve fusoideis; conidiis sphæricis 3,5 μ. diam., hyalinis vel subhyalinis solitarie acrogenis, subinde tenuiter apiculatis. 809

Hab. in ramis ligneis, caulibus, culmis foliisque in Germania, Italia, America bor. — Ad *Pachybasium* nutat.

37. **Verticillium fulvum** (Schw.) Sacc. *Stachylidium fulvum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2709. — Hypliasmate tenui fulvo; hyphis erectis rigidiusculis concoloribus, sporidiferis; conidiis verticillatis, fulvis, demum decolorantibus. 810

Hab. in caulibus putridissimis Brassicæ, Bethlehem Americæ borealis.

38. **Verticillium sulphurellum** Sacc. F. it. t. 641. Mich. II. p. 554. — Cæspitulis effusis, pallide sulphureis, mucedineis; hyphis assurgeatibus, septatis, 3 μ. diam., bis subverticillato-ramosis; ramulis subvagis, sursum acutioribus; conidiis ovato-oblongis, 3 ≍ 1, subhyalinis. 811

Hab. in ligno quercino putri, Selva Italiæ bor.

39. **Verticillium allochroum** (Link) Corda in Sturm D. C. F. III. t. 8, *Botrytis allochroa* Link Obs. I. p. 12, Nees Syst. pag. 55, f 53, *Acremonium allochroum* Bon. — Hyphis laxe intertextis tenerrimis primum albis dein flaventibus; fertilibus apice ramosis corymbiferis; ramis lateralibus farcatis; conidiis globosis majusculis. 812

Hab. ad caules herbarum siccos passim in Germania. — « Ad *Botrytem* nutat ».

40. **Verticillium lutescens** (Schw.) Sacc. *Stachylidium lutescens* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2710. — Hyphasmate magno expanso orbiculato, ambitu albo; hyphis sporidiferis decumbentibus, ramosissimis lutescentibus, grosse articulato-septatis; conidiis ovalibus verticillatis, luteis. 813

Hab. ad terram, locis obvium ubi copia ramorum putrescentium accumulata, Bethlehem Amer. bor.

III. Glauca, grisea, fuscella.

41. **Verticillium glaucum** Bon. Handb. fig. 120. Sacc. F. it. t. 723. — Cæspitulis effusis glauco-virentibus mucedineis; hyphis, fertilibus erectis 100 ≍ 3, sursum bis verticillato-ramosis, parce septatis; ramulis subternis sursum acutis; conidiis globosis 2,5. μ. diam., levibus, subhyalinis. 814

Hab. in ligno fagineo etc. putri in Guestphalia et Ital. bor.

42 **Verticillium tenerum** Nees Syst. p. 57, fig. 55. *Botrytis tenera* Pers. Myc. I. 38. — Hyphis tenerrimis aggregatis rubro-griseis, ramulos ternes patentes conidia globosa alba sustinentes emittentibus. 815

Hab. ad caules herbarum elatiorum, Althææ roseæ in Germania.

43. **Verticillium sorediatum** B. et C. North Am. Fungi n. 670. — Rubescenti-griseum, punctiforme: hyphis brevibus ramosis apicibus trifidis; conidiis minutis oblongis. 816

Hab. in ligno dejecto. Texas (C. Wright).

44. **Verticillium tenuissimum** Corda Ic fung. I. pag. 20, fig. 274. *Acremonium tenuissimum* Bon. Handb. — Cæspitulis effusis vix conspicuis, pruinatis; hypha erecta tenuissima septata, olivaceo-fusca impellucida, supra pallida, pellucida; ramulis verticillatis, basi inerassatis, didymo-conjunctis, brevissimis, luteolis; conidiis minutissimis, ovatis, pellucidis albido-glaucis 2.7-3 μ. long. 817

Hab. in glandibus Quercus prope Prag Bohemiæ.

45. **Verticillium crassum** Bon. Handb. p. 97, fig. 149. — Cæspitulis griseo-brunneis; hyphis erectis, umbrinis, septatis, e basi bi-trifurcatis, sursum ramulos obclavatos crassos 3-4-verticillatos, breves ferentibus; conidiis griseo-albidis globosis acrogenis. 818

Hab. in lignis (?) in Guestphalia.

46. **Verticillium africanum** (Dur. et Mont.) Sacc. *Botrytis africana* Dur. et Mont. Fl. Alg., I. p. 346, et Syll. n. 1117. — Pulvinato-confluens, umbrinum: hyphis sterilibus densis fuscidufis: femilibus erectis septatis ramisque suboppositis aut ternis quaternis puncta-to-granulosis; conidiis oblongis hyalinis. 819

Hab. in trunco Chamæropis humilis putredine consumpto, prope Alger (Durieu) — Species denuo observanda, at certe distincta sec. Dur. et Mont.

B) Oncocladium Walh.

Rami incurvo-deflexi; capitula muco carentia.

17. **Verticillium flavum** (Wallr.) Rabenh. D. C. Fl. n. 931. *Oncocladium flavum* Wallr. Fl. cr. n. 1895. — Hyphis simplicibus erectis rigidulis hyalinis ramos quaternos in verticillum congestos deflexos brevissimos septum interjectum æquantes truncatos exerentibus iisque regulariter interceptis; conidiis globosis minutissimis 820

simplicibus flavis ramulos occultantibus dein aufugis, hypham persistentem nudam relinquentibus.

Hab. ad pennas anserinas putredine oxesas in cavcis, in *Sporotrichi lanati* consortio, in Thuringia. — Ex elegantissimis; hyphis exacte verticillatis, ramis quaternis, in modum Abietum emortuarum recurvis interceptis species perquam singularis, sub microscopio abietem ad ramos truncatam. — si parva licet componere magnis-plane referens. Wallr. l. c.

C) *Gliocephalum* Sacc.

Capitula muco obvoluta.

48. **Verticillium stilboideum** Sacc. Mich. II, p. 554, F. it. t. 722. — 821
Laxe gregarium, subpersistens, setuliforme, griseum; hyphis fertilibus ex filamentis mycelicis repentibus parcis assurgentibus, filiformibus ¾ mm. altis, septatis dilute ochraceis, sursum pallidioribus, apice dense repetito-verticillato-ramosis, ramulis sursum attenuatis; conidiis oblongis, utrinque rotundatis, 6-7 ≈ 3, biguttulatis hyalinis, in sicco cum ramulis conglutinatis capitulumque oblongum albido-griseum (stilbiforme) efformantibus.

Hab. in fragmentis ligneis putrescentibus in M. Generoso Insubriæ (Penzig). — Ad *Stachylidium* accedit.

49. **Verticillium strictum** Sacc. et March. Champ. coproph. Belg. p. 822
32 Pl. II. f. 1-3. — Cæspitulis densiusculis, albis; hyphis sterilibus repentibus parce septulatis; fertilibus erectis, 200-280 ≈ 4-6, septatis, sursum in paniculam strictam, initio muco hyalino obvolutam oblongam, desinentibus; ramulis simplicibus 6-8-verticillatis, patule adscendentibus, 14-16 ≈ 1,8-2,2; verticillis ramulorum in quaque panicula suboctonis; conidiis globoso-subangulosis, hyalinis, 2,7-3 ≈ 1,7-2.

Hab. in fimo damarum, Tervueren Belgii. — Species elegantula affinis *Verticillio tenuissimo* Corda Ic. Fung., I, fig. 254, sed ramuli basi non ita inflati nec connati, color alius, conidia minora, mucosa etc.

Species mihi ignotæ.

50. **Verticillium minutulum** Peyl. Lotos Zeitsch. Natur. 1857, p. 26, 823
t. I, f. 2.

Hab. in caulibus putridis Petuniæ in Bohemia.

51. **Verticillium corymbosum** Leb. Zeitsch. Zool. 1858, IX. t XVI, 824
fig. 1-5.

CLADOBOTRYUM Nees Syst. d. Pilze p. 55-56. em. Sacc. Mich. II. p. 18 (Etym. *clados* ramus et *botrys* racemus). — Hyphæ steriles effusæ, fertiles erectæ verticillato-ramosæ; ramis plerumque apiculo tenui terminatis. Conidia continua, ad basim v. verticem apiculi terna vel quaterna adfixa et ægre secedentia.

1. **Cladobotrym ternatum** Corda Icones I. pag 21, fig. 277. — Cæspitulis indeterminatis, arachnoideis, albis, tenuissimis; hypha fertili erecta, simplici, geniculato-septata, supra ramosa, 10-11 μ. crassa, ramis ramulosis; ramulis oppositis, apiculatis; conidiis elongatis, basi acutis, 27 μ. longis. 825

   Hab. in Pini ligno putrido prope Reichenberg Boheminæ.

2. **Cladobotryum binatum** Preuss F. Hoyersw. n. 83. — Hyphasmate effuso; hyphis repentibus septatis albis; fertilibus erectis, ad basim simplicibus, supra repetito-dichotomis, septatis; ramis ramulisque patentibus; conidiis terminalibus binatis, elongatis subfusiformibus, hilo instructis. 826

   Hab. in Agaricis glaucopodibus inclusis capsula botanica, Hoyerswerda.

3. **Cladobotryum Thümenii** Sacc. Mich. I. p. 272. F. ital. t. 700. — Hyphis dense aggregatis, maculas in foliis sordide albas, effusas efformantibus assurgentibus, tenuiter remoteque septatis, albo-hyalinis, repetito-subverticillato-ramosis; conidiis ad apicem vel sub ramulorum apice insertis et ab hoc ægre secedentibus, obove 8-10 = 4-5, continuis, hyalinis. 827

   Hab. in foliis Quercus pedunculatæ, socio *Cylindrio candido*, ad Teplitz (in Herb. Thümen). — Affine *Cladobotryo ternato* Corda, sed conidia in nostro triplo minora etc.

4. **Cladobotryum? gelatinosum** Fuck. Symb. myc pag. 360. t. 1, f. 15. — Acervulis hemisphæricis, plerumque seminis *Ervæ* magnitudine, primo candidis, gelatinosis, dein fuscis, applanatis, induratis; hyphis dichotomo-ramosis, pellucidis, ramis ultimis clavatis conidiis ovato-oblongis, perparum curvatis, simplicibus, 2-8 in ramorum apicibus, pedicellatis, 22 = 8, hyalinis. 828

   Hab. in ligno putri et udo Populi pyramidalis pr. Hattenheim Germaniæ.

5. **Cladobotryum varium** Nees Syst. p. 55. t. IV, fig. 54. *Botrylis varisperma* Link Obs. II. p. 36. *Dactylium varium* (Nees) Fr. S. M. III. p. 414. — Hyphis arachnoideis laxe contextis, primum albis, dein pallide roseis; fertilibus vage ramosis; conidiis oblongis mole variis. 829

Hab. ad ligni cæsi frustula rarius in Germania, Suecia et Gallia. — « Vix hujus generis: conidia enim non ægre secedentia et, teste Frieso, subinde septata. An verum *Dactylium?* ».

ACROCYLINDRIUM Bon. Handb. p. 97 (Etym. *acros* summus et *cylindros*). — Hyphæ steriles repentes: fertiles erectæ sursum verticillato-ramosæ, rarius dichotomæ, ramulis acutatis. Conidia mox secedentia, breve cylindracea. — Est *Verticillium* cylindrosporum.

1. **Acrocylindrium Cordæ** Sacc. *Verticillium cylindrosporum* Corda Ic. fung. I, p. 20, fig. 275. *Cylindrophora verticillata* Bon. — Effusum album: mycelio ramoso intertexto; hypha fertili erecta; ramis plerumque quaternis, subulatis; conidiis magnis cylindricis albis. 830

Hab. in fungis putridis et vivis e. g. Amanita rubescente in Bohemia.

2. **Acrocylindrium elegans** Bon. Bot. Zeit. 1853, p. 289, t. VII, f. 11. — Mycelio parvo pulvinato lanoso: hyphis albis septatis ascendentibus, ramis trichotomo-verticillatis, ramulis ultimis deorsum incrassatis; conidiis cylindricis, rectis, utrinque rotundatis, 8-9 ≃ 1,5-2. 831

Hab. in ramis arborum putridis, Köln Germaniæ.

3. **Acrocylindrium minimum** Bon. Bot. Zeit. 1853, pag. 289, t. VII, f. 13. — Cæspitulis minutis cerino-cinereis: hyphis minimis virgato-ramosis subhyalinis; conidiis cylindraceis, truncatis, 3,5-4 μ. longis. 832

Hab. in ramis putrescentibus in Guestphalia.

4. **Acrocylindrium granulosum** Bon. Handb. fig. 172, p. 98. — Cæspitulis effusis, candidis, pulveraceis: hyphis erectis septatis opposito-ramosis; ramulis subternis, cuspidatis; conidiis cylindraceis rectis v. curvulis, 5 ≃ 1,7-2, utrinque rotundatis, hyalinis. 833

Hab. in ramulis foliisque putrescentibus in Venetia et Guestphalia.

5. **Acrocylindrium copulatum** Bon. Handb. p. 98, fig. 147. — Effusum roseo-lateritium; mycelio repente ex hyphis parallele fasciculatis, septatis formato; hyphis fertilibus ascendentibus parce septatis subopposito-ramosis: ramulis 3-4-verticillatis, cuspidatis; conidiis initio oblongis dein cylindraceis, sordide roseis. 834

Hab. in ramis putrescentibus in Guestphalia.

6. **Acrocylindrium roseum** (Ehrenb.) Bon. Handb. p. 98. *Alytosporium roseum* Ehrenb. Sylv. p. 11, 24. *Sporotrichum cylindro-* 835

sporum Link. Sp. pl. Fungi I. p. 14. — Cæspitulis effusis, rubro-flavis, floccosis; hyphis conidiisque cylindraceis flavido-roseis.

Hab. in ramulis emortuis. Berlin Germaniæ. — Cæspituli, teste Ehrenberg, globulosi parvi rosei ambitu albi. An præeunte Fries. idem ac *Cladobotryum varium*?

UNCIGERA Sacc. Miscell. mycol. II. n. 135 (Etym. *uncus* et *gero*). *Fusisporium* Corda p. p. — Hyphæ hyalinæ, longæ, ramosæ, assurgentes, basidia opposita v. verticillata sursum uncinata gerentes, hinc longe paniculatæ. Conidia cylindrica, solitaria in apice basidiorum, continua, hyalina.

1. **Uncigera Cordæ** Sacc. et Berl. Miscell. myc. II. n. 135, tab. IX, f. 10. *Fusisporium uncigerum* Corda, Ic. fung. II, p. 10. f. 47. — Effusa, nivea, subvelutina; hyphis generis, septulatis 250–300 ≈ 4; conidiis cylindricis rectis, utrinque rotundatis, sæpe 3-guttulatis, 20 ≈ 3. 836

Hab. in pag. inf. foliorum dejectorum Ulmi, Aceris etc. in Bohemia, et Monrecchia (Padova).

CALCARISPORIUM Preuss F. Hoyersw. p. 84 (Etym. *calcar* et *spora*). — Hyphæ fertiles erectæ, septatæ, mycelio ramoso suffultæ, supra verticillato-ramosæ apice capitato-verrucosæ; verrucis conidia solitaria gerentibus. Conidia continua basi hilo instructa. — Videtur *Sceptromyces* ramulis apice capitato-verrucosis.

1. **Calcarisporium Arbuscula** Preuss F. Hoyersw. n. 84. — Cæspitulis effusis lanuginosis albis; mycelio ramoso septato; hyphis fertilibus erectis septatis pellucidis; ramis rarissimis ramulisque subulatis, patentibus verticillatis, apice capitulo verrucoso, conidiis coronato; conidiis minusculis continuis elongatis, basi hilo instructis. 837

Hab. supra Pezizam niveam emortuam prope Hoyerswerda.

COËMANSIA v. Tiegh. Ann. Sc. Nat. 1873, tab. XXV, f. 136–139, (Etym. a cl. mycol. Eug. Coemans). — Hyphæ fertiles assurgentes septatæ apice verticillato-ramosæ; ramis elongatis furcatis, basidia brevia incurva crebre septata alterna gerentibus. Conidia unilateraliter seriata deorsum versa, fusoidea. — *Coemansiellæ* et *Martensellæ* affine genus.

1. **Coëmansia reversa** v. Tiegh. l. c. — Effusa, amœne sulphurea, usque ad 6 mm. alta; hyphis generis; conidiis fusoideis flavis, 7 ≈ 2,5; basidiis cymbiformibus crebre septatis, subtus colliculoso-sporigeris. 838

Hab. in fimo murino. Paris Galliæ. — Cl. Thierry (Rev. myc. V, p. 45) aliam generis speciem citat sub nomine *C. repentis* sporophoris spiciformibus dignoscendam, prope Lyon Galliæ lectam.

ACROSTALAGMUS Corda Ic. fung. II, p. 15 (Etym. *acros* summus et *stalagma* gutta). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ, septatæ, iterato verticillato-ramosæ. Conidia in ramulorum apice capitato-aggregata muco conglutinata, mox secedentia. — Auctores nonnulli conidia initio intra vesiculam inclusa describunt, sed, demonstrante quoque egregio Horti patavini adjutore Aug. Berlese, tegumentum tantum e mero muco constat, qui madore mox solvitur.

1. **Acrostalagmus cinnabarinus** Corda Ic. fung. II, p. 15, fig. 66. — 839
Cæspitulis effusis, rubro-cinnabarinis, dein pulverulentis; mycelio ramoso septato; hyphis fertilibus rectis, rigidulis, septatis, 4-5-verticillato-ramosis; ramulis subulatis quaternatis, patulis 12-14 ≃ 3-4; capitulis globosis; conidiis ellipsoideis obtuse rotundatis, eguttatis, 3-4 ≃ 1,5, e roseo hyalinis.

Hab. in ramis, foliis, truncis putrescentibus variarum plantarum in Germania, Italia, Gallia, Britannia, America australi.

2. **Acrostalagmus parasitans** Corda Ic. fung III. p. 11, fig. 31. *Stachylidium parasitans* Bon. — Cæspitulis minutissimis, aurantiacis; hyphasmate repente ramoso; hyphis erectis rigidis, ramis ramulisque verticillatis aurantiacis; globulis conidiorum primum albis, dein aurantiacis, nitidis, globosis; conidiis minutis, subovatis, diaphanis, luteis. 840

Hab. parasitice in Cephalosporio Acremonio in Bohemia.

3. **Acrostalagmus albus** Pr. in Linnæa, 1851. XXIV, p. 126, Penz. F. agrum n. 110, F. ital. t. 1194. — Cæspitulis effusis, tenuibus, sublanuginosis albis; hyphis sterilibus repentibus, continuis v. spurie septatis, paullum ramosis, ramos fertiles 200-220 ≃ 1,7-2 emittentibus; ramis fertilibus ascendentibus v. repentibus, supra ramulosis; ramulis continuis, verticillatis, ternis vel senis, interdum solitariis, alternis, paullum curvatis, apice attenuatis, summa extremitate capitulum gerentibus; capitulis sphæricis, tenuissimis, columella carentibus, caducis, 9-10 μ. diam., conidia numerosissima foventibus; conidiis minimis, elliptico-oblongis, 3,3-3,4 μ. 1-1,5 hyalinis. 841

Hab. in ligno Alni glutinosæ Hoyerswerda, et in foliis Citri Limonum *Lecanio Hesperidum* infectis in Italia boreali.

4. **Acrostalagmus fungicola** Preuss F. Hoyersw. n. 91. — Cæspitibus effusis, albis; mycelio ramoso repente septato; hyphis fertilibus erectis, pellucidis, septatis, supra ramulosis, ramulis continuis, verticillatis, subternis, apice capitula conidiorum globosa alba gerentibus; conidiis oblongis utrinque attenuatis albis. 842

Hab. in fungis putrescentibus, Hoyerswerda.

5. **Acrostalagmus herbarum** Preuss F. Hoyersw. n. 87. — Cæspitibus effusis tenuibus albis; mycelio ramoso repente septato; hyphis fertilibus erectis, pellucidis, supra ramulosis vel simplicibus; ramulis continuis, verticillatis, subternatis, apice capitula conidiorum globosa alba ferentibus; conidiis oblongis albis. 843

Hab. in caulibus herbarum exsiccatis, Hoyerswerda.

6. **Acrostalagmus nodosus** Preuss F. Hoyersw. n. 89. — Cæspitulis minutis, gregariis, albis; hyphis supra ramosis, septato-geniculatis, erectis; articulis supra plerumque incrassatis; ramis ramulisque apicibus tenuibus, patentibus, apiculo ornatis et capitulis conidia referentibus, albis; conidiis minutis ovalibus. 844

Hab. in corticis arborum frondosarum putrescentium pagina interiore, Hoyerswerda.

7. **Acrostalagmus fulvus** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 1185. — Pulvinulis fulvis; capitulis globosis; conidiis breviter ellipticis vel subellipticis 5 μ, longis. 845

Hab. in foliis Monocotyledonum in insula Ceylon.

8. **Acrostalagmus characeus** (Corda) Sacc. *Stachylidium characeum* Corda Ic. fung. I, p. 21, fig. 278. — Cæspitulis minutis, luridis; hypha fertili erecta, flexili, pallida, supra triplicato-ramosa; ramis ramulisque verticillatis, quaternatis, ultimis tenuibus, conidiferis, obtusis; conidiis obovatis, pallide luridis, diaphanis, capitula globosa formantibus. 846

Hab. in Sclerotio Hippocastani prope Prag Bohemiæ.

9. **Acrostalagmus fragrans** Cr. Fl. Finist. p. 12. — Effusus, olivaceo-virens, fœnum-græcum redolens; hyphis repentibus, septatis; fertilibus erectis, basi nudis, sursum dichotome ramosis, ramis divaricatis apice inflatulis ibique globulum conidiorum ferentibus. 847

Hab. in Russula emetica, Finistere Galliæ. — «Vix dubie ad *Sporodiniam* spectat».

10. **Acrostalagmus geniculatus** Preuss F. Hoyersw. n. 88. — Cæspitulis effusis tenuibus nigris; mycelio ramoso, late repente, fusco, septato; hyphis fertilibus erectis, fusco-pellucidis, in apicem 848

alternatim incrassatis, rarius ramulosis, septatis, apice capitula globosa alba conidiorum ferentibus: conidiis oblongis albis.

Hab. in lignis Alni. Pinka pr. Hoyerswerda. — « Vix hujus generis; an *Stachylidium?* ».

CLONOSTACHYS Corda Prachtfl. t. XV (Etym. *clon* ramulus et *stachys* spica). — Hyphæ steriles repentes; hyphæ fertiles erectæ simplices continuæ supra articulatæ ad articulos verticillato-ramosæ; ramis ramulisque quaternis; ramulis subulatis, apice subcapitatis, conidiis spiraliter v. tetrastiche positis, spicam æmulantibus, tectis. Conidia continua, episporio hyalino, nucleo curvato.

1. **Clonostachys Araucaria** Corda Prachtfl. t. XV. *Stachylidium Araucaria* Bon. Handb. f. 155. — Alba, arachnoidea: ramis quaternis apice spiculas 2—4 conidiorum oblongas gerentibus; conidiis oblongis obtusis hyalinis. 849

Hab. in cortice ramulorum arborum in Germania, Britannia. — Var. **compacta** Preuss F. Hoyersw. n. 10: cæspitulis pulvinatis, subalbis, humidis, fusco-griseis: mycelio repente, septato; hypha fertili erecta, septata, supra verticillato-ramosa: ramis adpressis, in apice conidia gerentibus, spicam formantibus: conidiis inæqualibus subovatis; episporio hyalino. In tuberibus semiputridis Solani tuberosi inter corticem erumpens, Hoyerswerda. — Var. **rosea** Preuss F. Hoyersw. n. 9: cæspitulis minutis pulvinatis, diffusis, roseis: mycelio repente septato, supra repetito-verticillato, quaternato-ramoso, in apice conidia generante; conidiis spicam formantibus, oblongis roseis; episporio hyalino, basi hylo instructis. In ramulis, in piris et pomis immaturis, dejectis, frequens, Hoyerswerda.

2. **Clonostachys candida** Harz Hyph. p. 28, t. IV, f. 4. — Cæspitulis minutis albis; hyphis fertilibus erectis parce septatis dendroideo-ramosis; ramis suboppositis apice verticillato trifidis, acutis; conidiis ovoideis ad apicem ramulorum tetrasticho-spicatis 5 μ. diam., hyalinis. 850

Hab. in tuberibus coctis putrescentibus Solani tuberosi, Wien Austriæ.

3. **Clonostachys Populi** Harz Hyph. p. 29, t. III, fig. 2. — Cæspitulis minutis vix 2 mm. longis, griseis; hyphis sterilibus repentibus: fertilibus erectis, subcontinuis, sursum dendroideo-ramosis: ramis suboppositis, longitrorsum verticillato-ramulosis; ramulis erectis acutis: conidiis oblongis, subteretiuscolis minutis, 3 μ. longis, ad 851

apicem ramulorum longiuscule tetrasticho-spicatis, dilute cyaneo griseis.

Hab. in ramis dejectis Populi Tremulæ, Wien Austriæ. — *Cl. Araucariæ* affinis.

SCEPTROMYCES Corda in Sturm D. C. Fl. t. 4, et Icon. fung. V, p. 14 (Etym. *sceptron* virga et *myces* fungus). — Hyphæ steriles minutæ repentes; hyphæ fertiles erectæ septatæ; ramulis verticillatis apice conidia stipitellata et capitata gerentes; stipitellis fasciculatis; hinc capitula oblongo-racemiformia. — A genere *Botryosporio* ramis verticillatis recedit.

1. **Sceptromyces Opizii** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 4, *Cephalosporium Sceptromyces* Bon. Handb. 108, fig. 208, *Stachylidium Sceptrum* Fr. S. M. III, p. 390. — Minutus, gregarius e hyalino glaucus; hyphis fertilibus erectis, constricto-septatis, ad septa breve verticillato-ramulosis; conidiis ad apicem ramulorum in capitula ovato-oblonga congestis, globulosis, stipitellatis (ut videtur), griseolis. 852

Hab. in amentis masculis Cupressi in calidariis hortorum in Bohemia (Opiz).

SPICARIA Harz Hyph. p. 50 (Etym. a *spica*). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ bis verticillato-ramosæ. Conidia in ramulorum apice catenulatim digesta, ovoidea v. oblonga hyalina v. pallida.

1. **Spicaria elegans** (Corda) Harz Hyphom. 51, Sacc F. it. t. 895, *Penicillium elegans* Corda Icon. II, 18, t. XI, f. 74. — Cæspitulis subeffusis candidis velutinis, hyphis fertilibus septatis, sursum verticilla subbina ramorum brevium paucorum gerentibus; ramis apice 3-4-verticillato-ramulosis, ramulis apice acutis; conidiis ovato-fusoideis longe catenulatis 5 = 3, hyalinis. 853

Hab. in cortice interiore putri Coniferarum in Bohemia, et in Fistulina putri in Venetia. — Var. **sorghina.** Cfr. Mich. II, p. 359: ramis subverticillatis, apice sæpius 3-ramulosis; conidiis catenulatis, subellipsoideis, 3-4 = 1¾-2, hyalinis; cæspitulis candidis, dein pulverulentis. In culmo Sorghi putri in Gallia. — Var. **Muscorum** Grove New. or not. Fungi II, p. 11, t. 256, fig. 8: hypha fertili 150-250 = 4-5; conidiis paulo majoribus 9 = 3, utrinque acutiusculis. In muscis lignisque Sutton Britanniæ.

2. **Spicaria nivea** Harz. Hyph. pag 50, t. IV, f. 8. — Gregaria vel 854

effusa, hivea; hyphis fertilibus erectis, septatis, dendroideo-ramosis; ramis alternis vel oppositis vel ternis, apice verticillato-2-3-fidis, acutis: conidiis breve fusoideis, utrinque acutis, catenulatis, 5-8 μ. longis: catenulis sæpe ramosis.

Hab. in tuberibus coctis putrescentibus Solani tuberosi, Wien Austriæ. — *Spicaria Solani* Hart. ab hac diversa est, sed, teste Frank, ad *Acrostalagmum cinnabarinum* pertinet. E contra *Spicaria Solani* Riv. Parass. p. 563, fig. 304 (conidiis solitariis, ovoideis, 5-8 = 4) sistit *Verticillii* speciem, e. g. *V. candidulum* var. *Solani*.

3. **Spicaria anomala** (Corda) Harz Hyph. p. 51, *Penicillium anomalum* Corda Ic. fung. II, p. 18, fig. 75. — Tenuissima, minutissima, effusa, albida; hypha fertili erecta, supra ramosa, ramulis subregulariter positis ramulisque brevibus flexuosis, curvatis, adscendentibus laxis; catenis conidiorum solitariis; conidiis minutissimis, ovatis, 4-5 μ. longis. 855

Hab. in fragmentis ligneis Coniferarum, Prag Bohemiæ.

4. **Spicaria verticillata** (Corda) Harz Hyph. p. 51, *Penicillium verticillatum* Corda Ic. fung. I, f. 281, p. 21. — Hyphis infra simplicibus, erectis, pauciseptatis, apice ramosis; ramis ramulosis, capitulum formantibus, ternatis subverticillatis; catenulis conidiorum simplicibus, apicibus ramulorum ternatim innatis, pendulis; conidiis minutis, ovatis, albis, 4,5 μ. 856

Hab. in foliis putridis Begoniæ discoloris prope Prag Bohemiæ. — Typus ternarius in hypha triseptata, in ramis, ramulis et catenis ternariis optime expressus.

5. **Spicaria arachnoidea** Sacc. et Therr. in Rev. Myc. 1885, p. 245. — Effusa, arachnoidea, sordide alba; hyphis sterilibus repentibus, ramosis intertextis; fertilibus adscendentibus, filiformibus, septatis e hyalino flavidis, sursum dendroideo-ramosis; ramis suboppositis repetito di-trichotome ramulosis, acutiusculis; conidiis globusis, hyalinis, levibus, 3,5-4 μ. diam., in catenulas digestis. 857

Hab. in plantis cultis et in ollis eorum in calidariis, Lyon et Saintes Galliæ, ubi vulgo audit *araignee de serres* ob similitudinem cum tela aranearum. Plantas cultas et præcipue propagines morbo gravi afficit, quo languescunt et moriuntur. *Spicariæ verticillatæ* (Corda) Harz affinis.

6. **Spicaria griseola** Sacc. F. it. t. 896, Mich. II, p. 552. — Cæspitalis effusis, velutinis, cinerescentibus; hyphis sterilibus repentibus; fertilibus: erectis 80-90 = 4, filiformibus subcontinuis ad api- 358

cem in ramos 4-6 verticillatos 3-4-furcatos divisis; ramulis ultimis obclavatis, sporigeris; conidiis catenulatis minutis ellipsoideis, 2,5 ≃ 1,5, e hyalino griseolis.

Hab. in pagina inferiore foliorum putrescentium Rhois Cotini, Selva (Treviso) Ital. bor.

7. **Spicaria perpusilla** Speg. Fungi Arg. Pug. III. n. 146. — Sparsa, cinerea, minutissima; hyphis sterilibus repentibus, septulatis; hyphis fertilibus adsurgentibus continuis, 150-200 ≃ 5, hyalinis, apice subincrassatis et subtruncatis, bidichotomis; ramulis primariis cylindraceis sursum truncatis basi angulato-acutatis, 40-50 ≃ 5; ramulis secundariis cylindraceis, inæquilateralibus, antice truncatis, postice angulato-acuminatis; conidiis acrogenis, catenulatim dichotomis, cylindraceo-fusoideis vel fusoideo-ellipticis, utrinque acutatis vel apiculatis, hyalinis 10-20 ≃ 4-5. 859

Hab. ad peridia Hemiarcyriæ calyculatæ in paludosis a la Boca del Riachuelo Argentinæ.

8. **Spicaria fumosa** Ell. et Ever. Bull. Tor. Cl. 1883, p. 97. — Hyphis fertilibus erectis, solitariis, fumosis, obscure septatis, hinc inde inflatulis, basi disciformi insertis, 70-80 ≃ 3, sursum verticillato-2-5-ramosis, ramis 7-8 μ. longis, basi inflatis; conidiis oblongis, hyalinis, 2-3 ≃ 0,7, in catenulas 20-40 μ. longas digestis. 869

Hab. in spinis capsulæ Castanearum prope Philadelphia Americæ borealis.

Tribus 7. **Gonatobotryteæ** Sacc.

GONATORRHODUM Corda Anl. p. 48, Prachtfl. t. III. (Etym. *gony* nodus et *rhodon* rosa). — Hyphæ erectæ septatæ, nodulosæ; ramulis sporomorphis minutis, verticillatim digestis, septatis, nodulis adfixis, apice conidia homogenea concatenata continua gerentibus. — An potius inter *Dematieas* censendum genus?

1. **Gonatorrhodum speciosum** Corda Anleit. pag. XLII, tab. *B.* fig. 3. Prachtfl. tab. III, Bon. Handb. fig. 189. — Cæspitulis teneris, olivaceo-fuscis, effusis; hyphis fertilibus erectis, simplicibus vel ramosis viridi-olivaceis, septatis, hinc inde inflato-nodosis; nodis oblongis levibus; ramulis ad nodos suboverticillatis, brevibus, deorsum acutioribus, sæpe 1-septatis; conidiis concatenatis, ovoideis, subolivaceis; catenis subpendulis, simplicibus rarius ramosis. 861

Hab. in caulibus putrescentibus Dahliæ in Bohemia. — Conidia ultima rarius 1-septata.

2. **Gonatorrhodum fuscum** Preuss F. Hoyersw. n. 79. — Effusum oli- 862

vaceum; hyphis septatis flexuosis, subsimplicibus, nodulosis, longis, fuscis: nodulis distantibus, catenis conidiorum verticillato-insertis; conidiis magnis ovatis; episporio utrinque hilo instructo; nucleis granulosis.

Hab. in ligno Alni glutinosæ, Hoyerswerda.

GONATOBOTRYS Corda Prachtfl. t. V. (Etym. *gony* nodus et *botrys* racemus). *Desmotrichum* Lèv. — Hyphæ steriles repentes: fertiles erectæ septatæ; hypharum articuli fertiles globosi, undique denticulato-sporigeri, steriles æquales. Conidia subovoidea, continua.

1. **Gonatobotrys simplex** Corda Prachtfl. t. V. — Alba; cæspitulis laxis, minutis, arachnoideis; hyphis fertilibus simplicibus, longis, erectis, pluri-nodosis, septatis, nodis sporiferis globosis; conidiis globoso-ovoideis, basi apiculatis, hyalinis. 863

Hab. in fructibus Tami, in ramis Cratægi Oxyacanthæ, in ostiolis Valsarum in Bohemia et Italia. — Var. **Léveillei** Sacc., *Desmotrichum simplex* Lèv. Ann. Sc. nat. 1843, p. 217, t. VII, f. 8: nodis sporiferis paulo crassioribus; conidiis oblongo-piriformibus. In corticibus dejectis, Paris Galliæ.

2. **Gonatobotrys flava** Bon. Handb. p. 105, fig. 22-23. Coëm. Rev. p. 4. Sacc. F. it. t. 47. — Cæspitulis albidis dein flavidis minutis; hyphis fertilibus erectis, simplicibus, hinc inde inflatis et spiraliter verruculosis ibique sporiferis, sursum continuis; conidiis oblongo-ovoideis, basi subapiculatis, 18-22 ≃ 10-12, e hyalino dilutissime flavis. 864

Hab. in ramis et caulibus putrescentibus et parasitica in Mucorineis, in Germania, Italia, Gallia, Belgio. — Sec. Coëmans (cfr. Kickx Fl. cr. II, p. 278) adsunt var. *glomerulosa, radians, cephalotrichiformis.*

3. **Gonatobotrys microspora** Riv. Par. p. 490, fig. 203. — Alba, minuta; mycelio repente, continuo, hyphis fertilibus erectis, continuis, 70-80 ≃ 2-3, hinc inde noduloso-inflatis: nodulis minute papilligeris; conidiis obovatis, basi subapiculatis, in papillis nodulorum insertis et subcongestis, 6-7 ≃ $2^1/_2$-3, hyalinis. 865

Hab. in ligno decorticato putri Mori albæ in horto botanico Patavino (Berlese) et in fœno putri (?) in Italia bor. (Rivolta).

4. **Gonatobotrys ramosa** Riess in Fres. Beitr. p. 44, t. V, f. 22-23. — Albo-hyalina; hyphis gracilibus ascendentibus, parce ramosis, septatis; nodulis ovato-oblongis, numerosis, muriculatis; conidiis oblongis, basi apiculatis, continuis, hyalinis, 14-17 μ. longis 866

Hab. in ramis siccis Rosarum, Cassel Germaniæ. — *Glomerularia ramosa* H. Karst. Bot. Zeit. 1849, p. 361, t. VI, fig. V, in caule Dahliæ huc spectare videtur.

NEMATOGONIUN Desm. Ann. Sc. nat. 1834, II, p. 69 (Etym. *nema* filum et *gony* nodus), *Botryocladium* Preuss. — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ, articulatæ; articuli sporigeri globosi, leves; steriles utrinque incrassati (ossiformes). Conidia ovoidea. — *Nematogonium simplex* Bon. Handb. fig. 187 et *Nematogonium fumosum* Bon. Handb. fig. 186, utrumque fungicolum, sine dubio formæ sunt *Sporodiniæ Aspergilli.*

1. **Nematogonium aurantiacum** Desm. Ann. Sc. nat. 1834, II, t. II, f. 1, Sacc. F. it. t. 870. — Cæspitulis velutinis, aurantiaco-fulvis, effusis; hyphis sterilibus repentibus tenuibus; fertilibus erectis articulatis, articulis cylindraceis utrinque inflatulis, articulis sporigeris globosis, interpositis; conidiis majusculis obovoideis, basi acutiusculis, 15 = 10 subaurantiacis, subcapitatis, sessilibus. 867

   Hab. in cortice vel ligno arborum putrescentium in Gallia, Italia, Britannia et America bor.

2. **Nematogonium aureum** Berk. Outl. p. 348, *Aspergillus aureum* Berk. Engl. Fl. V, p. 340. — Hyphis fertilibus erectis, brevibus, clavatis, circiter 4-articulatis; conidiis ellipsoideis, flavo-aureis, rariter sparsis. 868

   Hab. in corticibus in Britannia.

3. **Nematogonium delectatum** (Pr.) Sacc. *Botrycladium delectatum* Preuss F. Hoyersw. n. 117, Sturm D. C. Fl. t. 65. — Cæspitibus primo albis; hyphis simplicibus rectis, septatis, subgeniculatis, pellucidis tum rubescentibus; articulis clavatis vel repetito clavatis; articulis sporigeris rotundis magnis; conidiis ovatis levibus rubescentibus, nucleo firmo farctis, hilo instructis. 869

   Hab. in ligno Juglandis subputrescente in hortis, Hoyerswerda. — «An diversum a *N. aurantiaco?*».

4. **Nematogonium? byssinum** Ces. in Kl. herb. myc. n. 1782, Bot. Zeit. 1853, pag. 238. — Byssinum, primitus griseum dein fuligineum et detersile; hyphis....., conidiis..... 870

   Hab. in infima parte candicis Ribis quod necat, Vercelli Ital. bor. — Sec. Cesati hypharum fabrica *Nematogonii*, ceterum perdubia species.

REPERTORIUM

MUCEDINEARUM AMEROSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. A. indicat *Aspergillas*. — Ac. *Acladium*. — Acr. *Acremonium* — Acro. *Acrocylindrium*. — Acros. *Acrostalagmus*. — Am. *Amblyosporium*. — As. *Asterophora*. — B. *Botryosporium*. — Bo. *Botrytis*. — Br. *Briarea*. — C. *Chromosporium*. — Ca. *Calcarisporium*. — Ce. *Cephalosporium*. — Cl. *Cladobotryum*. — Clo. *Clonostachys*. — Co. *Coccospora*. — Coë. *Coëmansiella*. — Coëm. *Coëmansia*. — Cor. *Coronella*. — Core. *Corethropsis*. — Cy. *Cylindrium*. — Cyl. *Cylindrocephalum*. — Cyli. *Cylindrotrichum*. — Cylin. *Cylindrophora*. — Cylind. *Cylindrodendron*. — Di. *Doratomyces*. — Di. *Dimargaris*. — Dis. *Dispira*. — F. *Fusidium*. — G. *Glomerularia*. — Ge. *Geotrichum*. — Gl. *Glycophila*. — Gli. *Gliocladium*. — Go. *Gonatorrhodum*. — Gon. *Gonatobotrys*. — H. *Hyalopus*. — Ha. *Haplotrichum*. — Hap. *Haplaria* — Hy. *Hyphoderma*. — M. *Microstroma*. — Ma. *Massospora*. — Mal. *Malbranchea*. — Mar. *Martensella*. — Mo. *Monilia*. — Mon. *Monosporium*. — N. *Nematogonium*. — O. *Oospora*. — Œ. *Œdocephalum*. — Oi. *Oidium*. — Ov. *Ovularia*. — P. *Polyscytalum*. — Pac. *Pachybasium*. — Pæ. *Pœpalopsis*. — Pap. *Papulospora*. — Pe. *Pellicularia*. — Pen. *Penicillium*. — Ph. *Physospora*. — R. *Rhopalomyces*. — Rh. *Rhinotrichum*. — S. *Spicularia*. — Sc. *Sceptromyces*. — Se. *Sepedonium*. — Sp. *Spicaria*. — Spo. *Sporotrichum*. — St. *Sterigmatocystis*. — T. *Tolypomyria*. — Tr. *Trichoderma*. — U. *Uncigera*. — V. *Verticillium*.

Abelmoschus — O. 195.
Abies — O. 84. — F. 112. — Bo. 630. Se. 765.
Acer — C. 4. 13. — O. 25. 96. — Oi. 207. — Spo. 531. 558. — Bo. 614. 655. 662. 691. — U. 836.
Æsculus — Spo. 544.
Agaricus — A. 304. — Am. 372. — Spo. 492. — Mon. 574. 576. — Se. 754. — Se. 757. — V. 790. 797. — Cl. 826.
Agrimonia — Core. 298.
Agropyrum — Oi. 220.
Alchemilla — Ov. 722. 723.
Allium — St. 368. — Pen. 410. — Rh. 450. — Spo. 528. — Bo. 664. 672.
Alnus — O. 90. 98. — Hy. 434. — Rh. 443. 457. — Spo. 513. 571. — Bo. 636. — Acros. 841. 848. — Go. 866.
Aloe — Acr. 435. — V. 779.
Alternaria — Ce. 270.
Althæa — V. 115.
Amanita — Acros. 830.
Ambrosia — Oi. 213.

Obs. Species quædam *Zygodesmi*, *Prophytromæ*, *Sarcopodii* inter Dematieas mox recensendæ, notis plurimis ad **Mucedineas** vergunt. Conferantur suis locis.

Amygdalus — C. 6. — St. 352.
Angelica — Cy. 176.
Aquilegia — Oi. 189.
Arbutus — F. 108.
Arcyria — Mon. 575. — V. 794.
Armeniaca — Mo. 157.
Artemisia — St. 353.
Arum — Bo. 679.
Arundinaria — Bo. 693.
Arundo — F. 131. 132. — Hap. 414.
Asparagus — St. 368.
Aspidistra — Spo. 559.
Aster — F. 125.
Atriplex — Bo. 601.
Aurantiaceæ — O. 52.
Avena — St. 349.

Batatas — Bo. 604.
Begonia — Sp. 856.
Bellis — Oi. 189.
Berberis — Oi. 189. 211. — Ov. 746.
Bertholletia — St. 358.
Beta — O. 90. — Mo. 164. — V. 805.
Betula — CE. 238. — H. 248. — Cyli. 429. — Bo. 643. 653. 706.
Bidens — Oi. 189.
Bignonia — Bo. 682.
Boletus — Am. 372. — Pen. 405. — Mon. 576. — Se. 754. 766.
Brassica — Pap. 282. — A. 327. — Acr. 439. — Spo. 476. — Bo. 621. — V. 810.
Bromus — Oi. 219.
Buxus — V. 781. 800.

Calamintha — Spo. 477.
Calamus — D. 256. — Hap. 414.
Cannabis — Bo. 670.
Capnodium — O. 52.
Carpinus — H. 255. — Core. 298. — Spo. 549. — Bo. 617. — V. 787.
Carya — Oi. 210. — Bo. 640.
Caryota — Bo. 668.
Cassia — H. 253.
Castanea — Spo. 485. 558. — Sp. 860.
Catalpa — Bo. 682.
Cerasus — Mo. 149. — Bo. 624.
Cephalosporium — Acros. 840.
Chamærops — V. 819.
Cheiranthus — St. 360. — Bo. 680.
Chenopodium — Bo. 601.
Cirsium — Ov. 731.
Cistus — Oi. 197.
Citrus — O. 23. 94. — CE. 229. — Ce. 270. — Pen. 374. — V. 778. 799. — Acros. 841.
Clavaria — Spo. 535. — V. 792. 798.
Clerodendron — F. 109.
Cocculus — O. 65.
Cœlosphæria — O. 61. — F. 139.
Coffea — Pe. 772.
Colutea — Oi. 212.
Coniferæ — Sp. 853. 855.
Conium — V. 801.
Convolvulus — Mon. 590.
Cornus — C. 20. — A. 339.
Corticium — V. 789.
Corylus — F. 133. — Tr. 288. — Cyl. 301. — V. 804.
Crataegus — Gon. 861.
Cratæva — F. 110.
Craterellus — Se. 754.
Cribraria — Acr. 440.
Cruciferæ — C. 10.
Cryptomeria — Bo. 698.
Crysanthemum — Oi. 199.
Cucumis — F. 123. — Oi. 189.
Cucurbita — Oi. 189. — R. 242. — Ce. 273. — V. 775.
Cucurbitaria — H. 252. — Ac. 422.
Cupressus — Se. 852.
Cycas — Ma. 19.
Cynoglossum — Oi. 189. — Ov. 735.
Cytisus — Bo. 638.

Dactylis — Ov. 753.
Dahlia — O. 100. — Spo. 486. 527. — Bo. 669. — Gon. 864. — Go. 865.
Delphinium — St. 366.
Dermatea — O. 52.
Diatrype — Spo. 567.
Dictydium — Pen. 383.
Doratomyces — F. 139.
Doronicum — Ov. 728.

Elaphomyces — V. 798.
Encephalartus — O. 80.
Epichloë — Bo. 678.
Epilobium — O. 24. — F. 127. — Pen. 380.
Equisetum — Hap. 419.
Eucalyptus — Mo. 151. — Cyl. 302. — Bo. 685.
Eucomis — Bo. 614.
Euphorbia — B. 268.

Fagus — F. 105. 113. — Cy. 167. 171. — P. 180. 182. — Tr. 285. 294. — Pen. 384. — Acr. 435. — Rh. 446. — Spo. 475. 511. 530. 558. 566. — Bo. 626. 683. — V. 814.
Ficus — Mo. 157. — Bo. 686.
Filices — Core. 298. — Bo. 692.
Fistulina — Cyl. 303. — Sp. 853.
Fragaria — Oi. 218.
Fraxinus — F. 113. — Mo. 149.
Fuchsia — As. 771.
Fusarium — C. 11.

Galanthus — Bo. 705.
Geoglossum — Pap. 283. — V. 790.
Geranium — Cylind. 719.
Gleditschia — Spo. 561.
Gnomonia — V. 787.
Gomphrena — A. 342.
Graminaceæ — O. 101. — Oi. 219. 221. 222. 223. — Br. 412.

Haplotrichum — F. 136.
Hedera — Spo. 474.
Helianthus — Cyl. 429.
Helminthia — St. 368.
Helminthosporium — F. 133. 139.
Hemerocallis — O. 41. — Spo. 528.
Hemiarcyria — Sp. 869.
Heracleum — F. 103. — Spo. 518. — V. 780.
Hibiscus — Oi. 196. — Pen. 405.
Himantia — Spo. 573.
Hormiscium — F. 137.
Humulus — Oi. 189.
Hydrangea — O. 94.
Hydrocharis — Pen. 389.
Hyoscyamus — St. 359.
Hypnum — Bo. 627.
Hypoxylon — O. 98. — Ce. 270. — Bo. 647. 649.
Hyssopus — Oi. 194.

Inula — Ov. 729.
Isaria — Core. 299.

Jasminum — Oi. 209.
Juglans — M. 18. — O. 37. — A. 322. Ac. 425. — Hy. 434. — Mon. 580. 581. 582. — N. 869.
Juncus — P. 185.

Kerria — O. 33.

Labiatæ — Oi. 179.
Lactarius — Pen. 396. — Ai. 770. — V. 791.
Lactuca — Oi. 189.
Lamium — Ov. 774.
Lantana — Oi. 189.
Lappa — Pen. 390.
Lathyrus — Ov. 726.
Laurus — Oi. 804. — Bo. 702. — V. 777.
Lepiota — A. 319.
Lilium — Bo. 677. — Ov. 752.
Lippia — Oi. 214.
Liriodendrum — O. 26. — Tr. 296. — Spo. 545.
Lonicera — G. 20.
Lotus — Ov. 725.
Luzula — F. 130.
Lychnis — O. 101.
Lycium — Oi. 189.
Lycoperdum — Am. 372.

Magnolia — P. 180. — Pen. 400. — Hap. 416. — Bo. 603. — Ov. 748. — V. 777.
Malva — C. 15. — F. 120.
Malvaceæ — Oi. 136.
Malus — Mo. 149. 157. — Œ. 225. — C. 281. — Bo. 666. 690. — Cylin. 718. — V. 798.

Marchantia — H. 251.
Medicago — Oi. 201.
Melanomma — Hap. 415
Melanospora — F. 138.
Melogramma — Spo. 491.
Merulius — H. 249.
Mespilus — Oi. 208.
Monocotyledoneæ — Acros. 845.
Morchella — H. 245.
Morus — Œ. 225. — Gon. 863.
Mucor — Ce. 271. — Di. 370. — Dis. 371. — Bo. 715.
Mucorineæ — Se. 762. 763. — Gon. 862.
Musa — O. 68.
Musci — Sp. 853.
Mycena — V. 796.
Mycoderma — A. 311.
Myrica — Ov. 748.

Nicotiana — Oi. 215.
Nyctalis — As. 770.
Nyssa — H. 246.

Olea — O. 52.
Orobus — Ov. 726.
Orontium — Bo. 656.
Opuntia — A. 335.

Pæonia — A. 340.
Pandanus — O. 92. — Spo. 556. — Bo. 675.
Papaver — O. 43. 79. 811
Panzeria — Oi. 189.
Pelargonium — Spo. 477.
Periconia — O. 54.
Persica — Mo. 157.
Petasites — F. 124.
Petunia — V. 823
Peziza — C. 1. — Sc. 756. — Ca. 837.
Phallus — Spo. 555.
Phaseolus — Pen. 408.
Phœnix — C. 12. — Sp. 531.
Phlox — Oi. 198.
Physarum — V. 787.
Picris — Ov. 733.
Pinus — O. 39. 64. 86. 95. — Mo. 146. — Œ. 231. 232. — B. 267. — Ce. 279. — Pen. 402. — Aer. 436. — Rh. 443. 458. 468. — Spo. 543. — Mon. 578. — Bo. 600. 602. 622. 623. 644. 645. 695. 697. — T. 713. 714. — V. 781. 783. 787. — Cl. 825.
Pirus — O. 90. — F. 111. — Mo. 157. 166. — Cy. 175. — Rh. 443. — Spo. 521. — Bo. 684. 690. — V. 789. — Clo. 849.
Pirola — Ov. 739.
Platanus — Bo. 664.
Polyactis — F. 136.
Polygonum — F. 128. — Ov. 749. — Spo. 490. — Bo. 686.
Polyporus — C. 3. — O. 53. 69. — M. 152. — Œ. 237. — Ce. 271. — Tr. 291. — A. 305. — Rh. 462. — Spo. 522. 540. — Bo. 666. — Se. 755. V. 793. 795.
Populus — C. 8. — Co. 16. — O. 59. 66. — Mo. 165. — Ha. 261. — Hap. 418. — Hy. 434. — Bo. 695. — Cl. 821. — Clo. 851.
Potentilla — Oi. 189.
Poterium — Ov. 724.
Prasiola — Ce. 275.
Primula — Pae. 224. — Ov. 737. 738.
Prunus — Mo. 158. 159. — M. 155. 156. — Sp. 486. — V. 781.
Pteris — F. 141.

Quercus — C. 7. — M. 17. — O. 36. 93. 97. — F. 104. 105. 106. 107. 113. — Mo. 149. 153. — Cy. 167. 169. 170. 171. 172. 173. — P. 180. — Oi. 205. 206. — Tr. 289. — R. 452. 457. 464. — Spo. 484. 516. 546. 569. — Bo. 609. 620. 647. 650. 651. 700. 701. — Pac. 773. — V. 676. 811. 816. — U. 827.

Ranunculus — Ov. 721.
Reticularia — Bo. 654.
Rheum — Spo. 552.
Rhododendrum — Bo. 637
Rhus — Sp. 858.
Ribes — Go. 870.

Robinia — Mo. 145. — C. 225. Ac. 4221 — Bo. 709.
Rosa — O. 60. — Oi. 190. — Tr. 290. Spo. 557. — Mon. 585. — V. 774. — Con. 864.
Rosellinia — Se. 758.
Rubus — C. 50. — Oi. 203. — Rh. 453.
Rumex — Pen. 380. — Ov. 750. 751.
Russula — Mon. 574. — As. 779. — V. 790. — Acros. 847.

Saccharum — Gl. 21.
Salix — C. 14. — F. 102. — Mo. 150. Cy. 177. — Pen. 385. — Hap. 414. — Spo. 550. 572. — Mon. 585. — Bo. 641. 642.
Salvia — Oi. 193. — Ov. 743.
Sambucus — O. 33. 67. 89. — D. 258. — Pen. 387.
Saprolegnia — Mar. 715.
Scirpus — Ac. 425.
Sclerotium — C. 225. — Pen. 389. 405. — Bo. 667. 673. — Acros. 846.
Scrophularia — Ov. 740. 741.
Secale — O. 40.
Septonema — F. 135.
Sericaria — St. 356.
Serratula — Ov. 730.
Solanum — F. 122. — Tr. 286. — St. 357. — Pen. 405. — Acr. 437. 441. — Mon. 583. — Bo. 615. 686. — V. 774. — Clo. 849. 850. — Spo. 854.
Soldanella — Bo. 657.
Solidago — Spo. 551. — Ov. 732.
Sonchus — Oi. 217.
Sorghum — A. 325. — Bo. 631. — Sp. 853.
Sparganium — Hap. 414.
Sphæriaceæ — F. 139. — H. 248. — Bo. 709.
Sphagnum — Bo. 605.
Sporodesmium — C. 236.
Staphylea — Ov. 745.
Stereum — Pen. 382. — Gl. 411.
Stilbospora — F. 140.
Stilbum — Cyl. 303.
Symphytum — Ov. 735. 736.
Symploeus — Pen. 409.
Syringa — Oi. 189. — Ov. 747

Tamus — Con. 861.
Taraxacum — A. 341.
Tradescantia — Oi. 189.
Trianosperma — Oi. 202.
Trientalis — Pen. 393.
Trifolium — Oi. 189.
Trithrinax — St. 368.
Triticum — Mo. 160.
Tuber — O. 56. — Cylin. 717.
Tubercularia — C. 225. — Bo. 664 — V. 798.

Ulex — Spo. 560.
Ulmus — C. 5. — U. 836.
Umbelliferæ — F. 103. 119. — Bo. 632.
Uredo — Rh. 453.
Usnea — O. 39.
Ustulina — Acr. 442. — Mon. 576.

Vaccinium — O. 31. — Mo. 156.
Valerianella — Oi. 189. 192.
Valsa — Con. 861.
Verbascum — Oi. 218.
Veronica — F. 126. — Ov. 742.
Viburnum — O. 52.
Vicia — Ov. 727.
Viscum — V. 802.
Viola — Oi. 200. 216. — Ov. 734.
Vitis — O. 90. — Oi. 191. — S. 396. — Spo. 520. 533. 547. 562. — Bo. 524.

Xanthium — Oi. 189.
Xylaria — O. 55. — F. 142.

Zamia — O. 807.
Zea — C. 9. — O. 42. 45. — Mo. 161. — A. 331. — St. 344. — Pen. 395. — Rh. 449. — Spo. 487. 488.

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

Conidia ovoidea, oblonga vel breve fusoidea, 1-septata, hyalina vel læte colorata.

Clavis analytica Generum

A) Conidia non catenulata.

† Saprophilæ (in putrescentibus nascentes).

§ Conidia levia.

Diplocladium. Hyphæ fertiles verticillato-ramosæ.
Diplosporium. Hyphæ fertiles vage ramosæ.
Trichotheciam. Hyphæ fertiles simplices, longæ, non nodosæ, apice monosporæ.
Cephalothecium. Hyphæ fertiles simplices, longæ, non nodosæ, apice capitato-polysporæ.
Arthrobotrus. Hyphæ fertiles subsimplices, longæ, longitrorsum et apice nodosæ adque nodos sporigeræ.
Didymopsis. Hyphæ fertiles simplices brevissimæ, apice monosporæ.

§§ Conidia echinulata.

Mycogone. Hyphæ ramosæ intricatæ; conidia plerumque inæqualiter didyma.

†† Biophilæ (in plantis vivis parasiticæ).

Didymaria. Hyphæ subsimplices, non spiraliter flexæ.
Bostrichonema. Hyphæ simplices, spiraliter flexæ.

B) Conidia catenulata.

Hormiactis. Hyphæ fertiles breves simplices in catenulas (oosporoideas) abeuntes.
Didymocladium. Hyphæ fertiles sursum verticillato-ramosæ; catenulæ in ramulis acrogenæ.

DIPLOCLADIUM Bon. Handb. p. 98 (Etym. *diploos* duplex et *clados* ramus). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ verticillato-ramosæ. Conidia ovoidea vel oblonga 1-septata, hyalina vel læte colorata, solitaria vel 2-4-nata.

1. **Diplocladium minus** Bon. Handb. p. 98, t. V, f. 119, Sacc. F. ital. tab. 711. — Cæspitulis candidis, byssino-pulveraceis; hyphis fertilibus ascendentibus, opposito-ramosis; ramulis verticillato-ternis, sub apice obtuso coarctatis; conidiis obovatis 1-septatis, leniter constrictis, hyalinis, 12-15 = 7-8. 871

Hab. in Polyporo versicolori etc. putri in Guestphalia et Italia boreali. — Sec. cl. Beck huc forte spectaret *Trichothecium parasitans*, sed mihi diversum videtur.

2. **Diplocladium penicillioides** Sacc. *Hypomycetis aurantii* st. conid. Plowr. Grev. XI, p. 44, t. 150, f. 6. — Effusum album; hyphis ascendentibus, septatis, vage arrecto-ramosis; ramis apice verticillato-ramulosis, obtusis; conidiis obovatis, dein 1-septatis, leniter constrictis, 16-18 = 8-10. 872

Hab. in Polyporis, Agaricis, Panis in Britannia. — Forte huc spectat *Dactylium dendroides* Oud. Mat. I, p. 42, t. I, f. 4 (conidia 20 = 10).

3. **Diplocladium majus** Bon. Handb. p. 98, fig. 168. — Cæspitulis effusis, tenuibus, densis, albo-cinerescentibus; hyphis fertilibus apice obtusiusculis; ramis inferioribus oppositis ramulos verticillato-ternos gerentibus, superioribus brevioribus verticillato-ternis; ramulis cuspidatis; conidiis ovoideis obtusis, 1-septatis, rarius tandem 2-3-septatis, hyalinis. 873

Hab. in Agaricis putrescentibus in Guestphalia et Belgio. — « An juventus *Dactylii?* ». Huc forte spectat *Dactylium mycophilum* Oud. Mat. I, p. 42, t. I, f. 3 (conidia 20 = 7) in lamellis Agarici carpti, Amsterdam Hollandiæ.

4. **Diplocladium melleum** (B. et Br.) Sacc. *Dactylium melleum* B. et Br. Ann. N. H. n. 1382, t. VIII, f. 6. — Effusum, tenue, melleum; hyphis apice ramosis; ramulis verticillatis, acutis; conidiis 1-septatis, 12 μ. longis. 874

Hab. in Polyporis et Stereis demortuis in Britannia. — Affine *Dipl. minori.*

5. **Diplocladium Rennyi** (B. et Br.) Sacc. *Dactylium Rennyi* B. et Br. Ann. N. H. n. 1383. — Hyphis sursum parce ramosis; ramis apice ramulos leniter clavatos obtusiusculos gerentibus; conidiis ellipsoideis 1-septatis. 875

Hab. in truncis, Hereford Britanniæ. — Peraffine *Dipl. minori.* 876

6. **Diplocladium Preussii** Sacc. *Mucrosporium uniseptatum* Preuss F. Hoyersw. n. 12. — Cæspitulis effusis, albis; mycelio ramoso, septato; hyphis fertilibus erectis, septatis, pellucidis, supra ramosis; ramis subulatis, continuis, patentibus, verticillatis, apice conidia singulatim inserta, oblonga gerentibus; episporio hyalino, continuo; nucleo firmo, transverse uniseptato et plicatulo.

Hab. in ligno arborum frondosarum loco humido, Hoyerswerda.

DIPLOSPORIUM Bon. Hand. p. 98 vix Link, quod saltim p. p. *Cladotrichum* spectat nec Cordæ, quod *Dactylium* (Etym. *diploos* duplex et *spora*). Hyphæ steriles repentes; fertiles vage ramosæ. Conidia ovoidea v. oblonga, 1-septata, hyalina.

1. **Diplosporium album** Bon. Handb. p. 99. fig. 108. Sacc. F. it. t. 770. — Cæspitulis laxis, byssinis candidis: hyphis fertilibus adscendentibus, septatis, repetite vage furcatis; conidiis oblongis constricto-1-septatis, 20-28 = 8, granulosis, hyalinis. 877

Hab. in caulibus putridis Fabæ in Guestphalia et in ramis corticatis in Italia bor. — Var. **fungicolum**: Cfr. Plowr. XI. p. 49, t. 157. f. *d*: conidiis 1-septatis, subinde continuis, 20-22 = 5-7, vix constrictis. In Æthalio septico cum *Hypomycete violaceo* in Britannia.

2. **Diplosporium flavum** Bon. Abhandl. p. 94. t. 1, f. 9. — Hyphasmate denso, flavo-carneo, irregulari, effuso; mycelio repente, ramoso nodoso: hyphis erectis subramosis, septatis, ramis irregularibus, incultis et rudimentariis verrucosis; conidiis heterogeneis uniseptatis, 10-11 μ. longis. 878

Hab. in panno linteo in Guestphalia.

3. **Diplosporium cervinum** (B. et Br.) Sacc. *Dactylium cervinum* B. et Br. Ann. N. H. n. 1716. — Effusum, pallide cervinum: hyphis ramosis, septatis; conidiis obovatis, 1-septatis, basi apiculatis. 879

Hab. in ramis Cytisi Laburni in Britannia. — «Ignota ramulorum insertione, dubium restat, utrum huc an ad *Diplosporium* ducenda sit species».

4. **Diplosporium selenosporioides** Preuss F. Hoyersw. n. 52. — Cæspitulis minutis floccosis, sæpe confluentibus, stromate spurio pallide-carneo suffultis: hyphis ramosis septatis erectis, apice sporiduferis; conidiis fusiformibus albidis, 1-septatis. 880

Hab. in caulibus emortuis Menthæ crispæ. Hoyerswerda.

TRICHOTHECIUM Link. Sp. pl. Fungi I. p. 28 (Etym. *thrix* pilus et *thece* theca, hic pro conidio), nec Cordæ, nec Bon. — Hyphæ steriles repentes; fertiles simplices, erectæ. Conidia apicalia, solitaria, didyma hyalina v. lævi-colorata.

1. **Trichothecium roseum** (Pers.) Link. Observ. mycol. I. p. 16. f. 27. Sacc. F. it. t. 856: *Trichoderma roseum* Pers. Syn. p. 231; *Puccinia rosea* Cord.: *Sporocephalum roseum* Chev.: *Trichoderma rosea* Hoffm.: *Dactylium roseum* Berk. — Cæspitulis pulvinatis, confluentibus, velutinis, majusculis, primum albis, de- 881

mum roseis; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, septatis, intricatis, candidis; hyphis fertilibus erectis, subsimplicibus, parce vel haud septatis, apice vix incrassatis; conidiis acrogenis, solitariis, piriformibus, didymis, ad septum paullum constrictis e hyalino roseis, levibus. 12-18 ≃ 8-10.

Hab. in fructibus ramis, foliis, lignis, charta, tela, caseo, stercore etc. putrescentibus in tota Europa et in Siberia, America australi et boreali vulgatissimum.

2 **Trichothecium domesticum** Fr. S. M. III, p. 427. — Crustaceo-effusum, pallide incarnatum; hyphis simplicibus tenellis; conidiis ovalibus. 882

Hab. in caseo vetusto etc. nec non in plantis male siccatis Herbarii. — Mutabile, in crustas leprosas expansum, rarius in acervulos congestum, pallide incarnatum. Initio velutinum, nec hispido-pilosum. Hyphæ erectiusculæ breves, flexuosæ, apice sporidiferæ. Conidia alia simplicia, alia didyma.

Trichothecium candidum Wallr. Fl. cr. n. 1879. Sacc. F. ital. t. 167, nec Bonord. — Cæspitulis subrotundis exiguis lanosis congestis dein confluentibus, hyphasma effusum contiguum candidum demum compactiusculum mentientibus; hyphis fertilibus erectis septatis. 150 ≃ 3; conidiis solitariis, ellipsoideo-oblongis, basi apiculatis, 1-septatis, leniter constrictis, 20-25 ≃ 10-15, hyalinis. 883

Hab. ad pampinos putres in Thuringia, et in foliis Hederæ nondum emortuis in Venetia.

4. **Trichothecium obovatum** (Berk.) Sacc. *Dactylium obovatum* Berk. Ann. N. H. n. 242, t. 14, f. 26. — Album, pulvinatum; hyphis tenuibus, simplicibus continuis; conidiis obovatis, apicalibus solitariis interdum binatis, uniseptatis, non constrictis. 884

Hab. in ramis salicinis ex ostiolis Sphæriaceæ exsiliens, King's Cliffe.

5. **Trichothecium piriferum** (Berk.) Sacc. *Dactylium piriferum* Fr. S. M. III, p. 413. — Cæspitulis minutis, albis, confluentibus; hyphis aggregatis, hinc inde parcissime ramosis; conidiis piriformibus, septo evanescente, hyalinis. 885

Hab. in caulibus emortuis in Germania, Suecia, Britannia. — Conidia semen uvæ imitantia, pars superior inflata, intus granulosa, inferior nucleato-farcta. — «An verum *Trichothecium*?».

6. **Trichothecium Helminthosporii** (Thüm.) Sacc. *Dactylium Helminthosporii* Thüm. Fungi Am. in Roum. Rev. Myc. — Cæspitulis late effusis, obducentibus, subcrassis, subpulveraceis, e griseo albo- 886

rosois; hyphis tenuissimis, subramosis, septatis, erectis, hyalinis, ad septa non constrictis, subflexuosis, pellucidis; conidiis ellipticis, utrinque rotundatis, medio uniseptatis, ad septa non constrictis, hyalinis, pellucidis, 16–22 ≍ 8–10.

Hab. in Helminthosporio Ravenelii Berk. et Curt. ad Sporoboli indici spicas parasitans, Aiken Carolinæ austr. (H. W. Ravenel).

7. **Trichothecium griseum** Speg. F. Arg. Pug. IV. n. 332 (nec Cookei quod *Pyricularia*). — Tenuissimum, late laxissimeque effusum, subvelutinum, matricem nubecula minutissime pruinuloso-grisea obtegens; hyphis hyalinis, sterilibus repentibus non v. parce septulatis; fertilibus erectis 200–250 ≍ 6–7, simplicibus, non ramosis, parce septulatis, apice 1–3-noduloso-denticulatis, et 1–3-sporigeris; conidiis obovato-piriformibus, superne obtusis, inferne rotundato-acuminatis, medio 1-septulatis, sed non constrictis, 18–25 ≍ 12–14, hyalinis. 887

Hab. in trunco dejecto decorticatoque Erythrinæ cristæ-galli in nemorosis uliginosis, Recoleta Argentinæ. — «Ad *Cephalothecium* nutat».

8. **Trichothecium sublutescens** (Peck) Sacc. *Dactylium sublutescens* Peck Rep. on St. Mus. — Cæspitulis pulvinatis, subinde confluentibus, luteolis v. subcarneis; hyphis erectis continuis v. parce et obscure septatis; conidiis apicalibus oblongis v. obovatis, 1-septatis, 20–35 μ. longis, subiude basi obtuse apiculatis. 888

Hab. in ramis emortuis Alni et Populi in *Sphæriacea* erumpente parasiticum, Albany et North Greenbush Amer. bor. — Affine videtur *T. obovato*.

9. **Trichothecium mutatum** Jungh. Fl. crypt. Jav. p. 4. — Cæspitulis expansis, primo griseis, dein, conidiis inspersis, omnino nigricantibus; hyphis ramosis, tenerrimis, intricatis, junioribus erectis griseis; conidiis copiosis maximis ellipticis, nigris, didymis, sæpius constrictis, utrinque subpellucidis. 889

Hab. in Pleospora herbarum ad ramos Euphorbiæ antiquorum in insula Java. — «An potius *Cladotrichum?*».

CEPHALOTHECIUM Corda Anl. p. 57 (Etym. *cephalos* caput et *thece* theca, hic pro spora). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ, simplices, septatæ. Conidia in hypharum apice subcapitata oblonga v. piriformia, 1-septata, hyalina. — Est *Trichothecium* conidiis capitatis.

1. **Cephalothecium roseum** Corda Ic. fung. II. p. 14. fig. 62. — Cæspitulis subrotundis sparsis, roseis, senio expallentibus, ambitu byssinis; hyphis sterilibus repentibus ramosis; fertilibus erectis simplicibus continuis, hyalinis; conidiis oblongo-obovatis, 1-septatis, leniter constrictis, capitatis, dilute roseis. 899

Hab. in Ustulina putri et ligno putrido in Bohemia et Belgio.

2. **Cephalothecium candidum** Bon. Handb. p. 81. fig. 89. — Cæspitulis effusis v. ex rimis epidermidis erumpentibus minutis; hyphis fertilibus erectis subfasciculatis, continuis, apice conidia plura obovata, constricto-1-septata, hyalina gerentibus. 891

Hab in ramis putrescentibus prope Trier frequens. — Ex icone conidia viderentur solitaria et tunc species ad *Trichothecium* spectaret; sed in descriptione Bonordenii legitur: *Jede Hypha sondert viele Sporen ab.*

3. **Cephalothecium flavum** Riv. Parass. p. 479. fig. 183. — Flavum; hyphis fertilibus erectis, apice conidia gerentibus; conidiis bilocularibus, sursum rotundatis, basi attenuatis, flavis, intus granulosis. 892

Hab. in spicis Tritici sativi et in foliis Mori albæ æstate in Italia boreali.

ARTHROBOTRYS Corda Prachtfl. t. XXI (Etym. *arthron* articulus et *botrys* racemus). — Hyphæ erectæ, simplices, septatæ, nodulosæ; nodulis verracosis; verrucis spiraliter positis et conidia gerentibus. Conidia ovato-oblonga, didyma, hyalina v. læte colorata. — Sec. Harz Hyph. hoc genus sisteret formam evolutiorem verticillato-sporigeram *Trichothecii.*

1. **Arthrobotrys superba** Corda Prachtfl. n. 43. t. XXI. Bon. Handb. fig. 183. — Cæspitulis minutis albo-crystallinis; hyphis fertilibus erectis, sursum hinc inde inflato-denticulatis; conidiis e denticulis oriundis, oblongis, didymis; loculo inferiore minore basi apiculatis, 20-26 = 12-15, hyalinis. 893

Hab. in charta, stercore, quisquiliis putrescentibus in Germania, Italia, Gallia, Belgio. — Var. **oligospora** (Fres.) Coem. Spicil. 8. p. 14 (A. *oligospora* Fres. Beitr. t. III, f. 1-7): conidiis in verticilla tantum 1-3 digestis obovatis, intus granulosis, 1-septatis, 23-27 = 14-17; cæspitulis albis v. roseis. In stercore et charta putri in Germania, Italia, Belgio. — Huc. teste Beck, spectat *Diplosporium flavum* Bon. Myc. Abhandl. (1864) p. 94, t. I, f. 9, sed ex icone et ob colorem diversum videtur.

2. **Arthrobotrys recta** Preuss F. Hoyersw. n. 96. — Cæspitulis ef- 894

fusis albis; hyphis repentibus, fertilibus septatis hyalinis, erectis, supra verticillato-verrucosis, conidiis uniseptatis, obovatis, basi hilo apiculiformi verrucis instructis; episporio pellucido, albo; nucleo granuloso.

Hab. in caulibus semiputrescentibus Brassicæ oleraceæ. Hoyerswerda.

Arthrobotrys longisnora Pr. F. Hoyersw. n. 270. — Cæspitulis effusis, albis; hyphis sterilibus repentibus, septatis hyalinis, suberectis subramosis supra verticillato-verrucosis; conidiis uniseptatis, oblongis, basi hilo apiculiformi instructis; episporio pellucido albo; nucleo granulato. 895

Hab. in ramis arborum frondosarum dejectis. Hoyerswerda.

4. **Arthrobotrys rosea** Massee New Microfungi p. 2. fig. 6 7. — Cæspitulis pallide roseis; hyphis fertilibus erectis, parce septatis 4-5-ies vesiculoso-inflatis, noduli æque distantibus apiculatis, capitulo globoso conidiorum ornatis; conidiis late ovatis, in apiculis nodulorum insertis, uniseptatis, septo leniter constrictis, 25 = 15, loculo superiore crassiore, rotundatoque, inferiore basi apiculato. 896

Hab. in ramis emortuis udis, Scarborough Britanniæ.

DIDYMOPSIS Sacc. et March. in March. Champ. copr. Belg. p. 29 (Etym. *didymos*, ob conidia bilocularia). — Hyphæ minutæ, repentes, hyalinæ, subcontinuæ, sporophora brevia exerentes. Conidia oblongo-clavata, bilocularia, hyalina.

1. **Didymopsis perexigua** Sacc. et March. in March. Champ. copr. p. 29, Pl. IV. f. 10-11. — Hyphis minutissimis et obsoletis, hyalinis, repentibus, sporophora (ut videtur) brevissima exerentibus; conidiis adscendentibus clavulato-oblongis, utrinque truncatis, 11-12 μ. longit., summa parte 3,3-3,6 μ. lat., ima 2-2,5 μ. lat., rectis, hyalinis, tenuiter 1-septatis, ad septum non vel vix constrictis. 897

Hab. in apice Philocopræ pleiosporæ ostioli, supra fimum cunculorum, Namèche (Namur) Belgii.

2. **Didymopsis Helvellæ** (Corda) Sacc. et March. Champ. copr. Belg. p. 29. *Didymaria Helvellæ* Corda Ic. fung. VI. p. 8, f. 24. — Cæspitulis confluentibus, pruinam simulantibus, tenuissimis, microscopicis, effusis; hyphis erectiusculis, ramosis; ramulis sparsis, abbreviatis; conidiis magnis clavatis aut clavato-piriformibus, infra medium septatis, flavo-albescentibus albisve, 16-16,7 μ. longis. 898

Hab. in Helvella lacunosa prope Prag Bohemiæ

MYCOGONE Link. Sp. pl. Fungi I, p. 29 (Etym. *myces* fungus et *gony* generatio quia sint fungi in fungis orientes). — Hyphæ ramosæ, mox intricatæ; ramulis sporigeris brevibus, lateralibus. Conidia inæqualiter bilocularia loculo superiore majore sæpius echinulato. (Quandoque sec. Harz ex eodem *Mycogonis* mycelio oriuntur plantæ *Verticillii* v. *Diplocladii*, quod mihi videre non contigit).

1. **Mycogone rosea** Link Obs. I. p. 16. Sacc. Fungi ital. t. 867, Bon. Handb fig. 180. *M. incarnata* Pers. M. E. I. p. 26. — Effusa, rosea, velutina: hyphis tenuibus albis dense contextis: conidiis obovatis, rubellis, obtusis, didymis, 35-40 = 25 loculo sup. majore asperulo, inferiore minore pallidiore. 899

Hab. in Agaricis variis putrescentibus in Germania, Italia, Gallia, Britannia. — Interdum apex ramuli inflatus fit et tunc habetur forma *Blastomichi* Preussii.

Mycogone cervina Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 53. Sacc. F. it. t. 856. *Sepedonium cervinum* (Ditm.) Fr., Bon. Handb. fig. 106. — Hyphis tenerrimis albis septatis in hyphasma effusum lanosum contextis; conidiis didymis 35 = 20, obtusis, cervinis, loculo superiore majore verruculoso, infero leviore pallidiore. 900

Hab. ad Pezizam macropodem aliasque in Germania, Italia, Gallia, Belgio (Dirmah), quam pellis murinæ instar obducendo et dein penetrando enecat. — Var. **castanicola** Mich. II. p. 638: conidiis 30 = 18, loculo infero paulo minore et sublevi, denique utroque verruculoso subochraceo. In seminibus putrescentibus Castaneæ prope Lyon Galliæ (Therry).

3. **Mycogone Pezizæ** (Ch. Rich.) Sacc. *Didymaria Pezizæ* Ch. Rich. in Rev. Myc. II. p. 92. — Cæspitulis confluentibus, pruinam albam simulantibus, tenuissimis, microscopicis interimixtis erectis, ramosis, adscendentibus, demum ad superficiem hymenii *Pezizæ* sparsis: ramulis plerumque apice duo conidia gerentibus: conidiis magnis, 15 μ., didymis infra medium septatis, clavatis vel piriformibus, albis. 901

Hab. in disco Pezizæ flavo-brunneæ in Gallia.

4. **Mycogone anceps** Sacc. Mich. II. p. 372. F. it. t. 866, Cfr. Coem. Spicil. myc. n. 6. p. 11. fig. 5. — Cæspitulis ochraceo-olivaceis, velutinis, effusis; hyphis dichotome v. vage ramosis, septulatis, flavidis: conidiis nunc globulosis 20 μ. diam., nunc ovoideis 30-35 = 20, sæpe prope basin septatis leniterque constrictis, intus granulosis, subaurantiacis. 902

Hab. in stercore humano. Newfeld Amer. bor., in Belgio, Gallia, Britannia. — Status chlamydosporus *Piloboli Œdipodis*.

5. **Mycogone puccinioides** (Preuss) Sacc. *Blastotrichum puccinioides* Preuss F. Hoyersw. n. 44, Sturm D. C. F. III, t. 11. — Cæspitibus late expansis, primum albis, dein fuscis; hyphis ramosissimis repentibus, septatis; ramulis adscendentibus; conidiis ovoideis vel oblongis, obtusis, rotundatis, fuscis, apice inflato ramulorum insertis, episporio hyalino. 903

Hab. in Russula rubra inclusa in capsula botanica, Hoyerswerda. — *Mycogone alba* Letell. Fig. Champ. t. 667, f. 2 mihi ignota est.

DIDYMARIA Corda p. p. lc. fung. VI. p. 8, (Etym. *didymos* duplex). — Biophila. Hyphæ subsimplices apice conidia didyma ovoidea hyalina gerentes.

1. **Didymaria Ungeri** Corda Anl. t. B. fig. 9. 1, Sacc. F. ital. t. 969, *Ramularia didyma* Ung. Exanth. p. 169, t. II, fig. 10. — Maculis subcircularibus ex ochraceo expallentibus 2–4 mm. diam.; cæspitulis minutis albis, hypophyllis; hyphis subfasciculatis filiformibus, 50–60 ≈ 3–4, simplicibus, continuis, vix denticulatis; conidiis solitariis acrogenis, ellipsoideo-obovatis, 1-septatis vix constrictis, hyalinis, 20–25 ≈ 7–10. 904

Hab. in pag. inf. foliorum adhuc viventium Ranunculi repentis et R. pensylvanici in Germania, Italia, Gallia, Britannia, America bor. — Forma *Anemones virginianæ* differt maculis folium omnino occupantibus, obscure brunneis, Jowa Amer. bor. (Holway).

2. **Didymaria melæna** (Fuck.) Sacc. *Ramularia melæna* Fuck. Symb. myc. App. III, p. 35. — Acervulis hypophyllis, maculæformibus, quandoque unciam dimidiam latis, nigro-griseis in pagina sup. maculas luteo-viridulas efficientibus; conidiis in hypharum brevium apicibus, oblongis, rectis, utrinque obtusis, inæqualiter didymis, ad septum constrictis, hyalinis, 40 ≈ 9. 905

Hab. in pag. inf. foliorum viventium Cirsii heterophylli, S. Moritz, Ober-Engadin Helvetiæ.

3. **Didymaria Astragali** (Ell. et Hol.) Sacc. *Ramularia Astragali* Ell. et Hol. in Journ. of Myc. I, p. 6. — Maculis infra plumbeis, supra brunneis, 2–5 mm. diam.; hyphis hypophyllis, fasciculatis, continuis v. tenuiter septatis, subhyalinis v. luteolis, sursum flexuosis et subgeniculatis, 80–112 ≈ 4–8; conidiis ellipsoideo-oblongis, 1-septatis, 15–22 ≈ 7–9. 906

Hab. in foliis Astragali canadensis in America boreali.

4. **Didymaria spissa** Harkn. F. Calif. p. 17. — Hypophylla: hyphis 907
brevissimis in cæspitulos dense fasciculatis et in maculis oblongis albis $^1/_2$–1 cm. longis congregatis; conidiis oblongo-ellipsoideis sæpius 1-septatis, 27 ≈ 7.

Hab. in foliis viventibus Solidaginis occidentalis, S. Francisco Californiæ.

5. **Didymaria donacina** (Thüm.) Sacc. *Helminthosporium donacinum* 908
Thüm. in Flora 1879, p. 125. — Acervulis epiphyllis, indeterminatis, tenuibus, detergibilibus, divergentibus, sordide griseis; hyphis numerosis, subfasciculatis, tenuibus, continuis, simplicibus, multiarticulatis, subrectis vel curvulatis, griseis; conidiis anguste ellipsoideis, uniseptatis, utrinque acutatis, dilute cinereo-griseis, 7–8 ≈ 5.

Hab. ad folia emortua Donacis arundinaceæ socia sæpe *Cladosporii herbarum*, Athenis Græciæ (DE HELDREICH).

BOSTRICHONEMA Ces. in Erb. critt. ital. n. 149 (Etym. *bostrychos* cirrus et *nema* filum). — Biophilum. Hyphæ erectæ simplices spiraliter flexuosæ, continuæ, hyalinæ. Conidia ellipsoidea v. oblonga 1-septata, hyalina. — Genus pulchellum, præcipue hyphis spiralibus a *Didymaria* diversum.

1. **Bostrichonema alpestre** Ces. Erbar. critt. Ital. n. 149, Mich. II, 909
p. 360, F. ital. t. 768. *Dactylium spirale* Berk. et White Scot. Nat. IV, p. 161, t. II, f. 3. *Scotocotrichum Ungeri* Voss Kr. Pilz. p. 3. — Maculis ochraceo-fuscis, subcircularibus; hyphis cæspitulosis, hypophyllis fasciculatis, candidis, eximie spiraliter flexis, 130–140 ≈ 5–6, deorsum parce septatis, non constrictis, sursum subattenuatis; conidiis acrogenis (et pleurogenis?) ellipsoideis diu continuis, denique 1-septatis, leniter constrictis, 20–22 ≈ 14–15, nubilosis, hyalinis, e latere curvulis demum asperulis.

Hab. in foliis adhuc Polygoni Bistortæ et P. vivipari in Italia, Gallia, Britannia et Carniolia. — *Ramularia Bistortæ* in Leunis-Frank Syn. Pflanz. I, p. 465, f. 545 *B*, huc pertinet.

2. **Bostrichonema modestum** (Berk. et White) Sacc. *Dactylium modestum* Berk. et White Scot. Nat. IV, p. 162, t. II, f. 2. — Candidum e maculâ tostâ oriundum; hyphis 100 μ. long. subrectis v. leviter flexuosis; conidiis magnis uniseptatis, elongatis, medio constrictis. 910

Hab. in pag. inf. foliorum languidorum Alchemillæ alpinæ, Glen Tilt Britanniæ. — Conidia multo angustiora quam in *B. alpestri*.

3. **Bostrichonema ophraceum** (Fuck.) Sacc. *Scolecotrichum ochraceum* Fuck. Symb myc. p. 357. — Cæspitibus in macula exarida, effusis, densis, ochraceis; hyphis fasciculatis, subramosis, flexuosis, conidiis oblongis, didymis, magnitudine varia, hyalinis. 911

Hab. in pag. inferiore foliorum viventium Phyteumatis nigri. Wiesenwald pr. (Estrich Rhenogoviæ.

4. **Bostrichonema? candidum** (Schw.) Sacc. *Scolecotrichum candidum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2579. — Mycelio indeterminatim effuso, latissimo, contexto ex hyphis crispis verruciformibus, intricatis quidem, sed non ramosis, subnudis, satis crassis, diaphanis non septatis: conidiis septatis albis subdiaphanis. 912

Hab. in pag. inferiore foliorum dejectorum inter quisquilias, Bethlehem Americæ borealis.

HORMIACYIS Preuss Hoyersw. in Linnæa 1851. p. 128 ex p. (Etym. *hormos* monilo et *uclis* radius). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ in conidia oblonga, typice 1-septata catenulata hyalina v. læte colorata abeuntes; catenulæ nunc terminales simplices, nunc oppositæ, radiatim divergentes, acro-pleurogenæ.

1. **Hormiactis alba** Pr. F. Hoyersw. n. 95 Sturm D. C. Fl. t. 57. — Cæspitulis effusis albis; hyphis fertilibus erectis septatis, infra simplicibus, sursum catenulas conidiorum oppositas divergentes gerentibus; conidiis oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, 1-septatis, hyalinis. 913

Hab. in caule putrescente Althææ roseæ. Hoyerswerda.

2. **Hormiactis fimicola** Sacc. et March. Champ. copr. pag. 30 Pl. 1. f. 5-8. — Cæspitulis effusis, niveis, hyphis repentibus, vage ramosis, hyalinis remote septatis: conidiis oblongis, utrinque subacutis, hyalinis, initio intus granulosis, sæpe guttulis minutis præditis deinde 1-septatis, 13-18 = 5-5.2 (rarissime elongatis, bacillaribus 2-3-septatis, 25-32 = 5) in catenulas, 150-250 μ. longas, erectas vel suodecumbentes, digestis. 914

Hab. in fimo leporino. Eelen (Limbourg) Belgii.

DIDYMOCLADIUM Sacc. (Etym. *didymos* et *cladon* ramus, h. e. rami in conidia didyma abeuntes). *Cladotrichum* Bon. ex. p. — Hyphæ fertiles erectæ, sursum in ramulos verticillato-ternos divisæ. Conidia in ramulorum apice subinflato nascentia, ellipsoidea, 1-septata, catenulata, hyalina. — Est quasi *Cladotrichum* mucedineum v. *Diplocladium* conidiis catenulatis.

1. **Didymocladium ternatum** (Bon.) Sacc. *Clodotrichum ternatum* Bon 915
Handb. p. 78, fig. 81. — Cæspitulis laneis albis; hyphis assurgentibus parce septatis; ramis brevibus suboppositis v. ternie in ramulos ternos filiformes apice inflatos abeuntibus; conidiis ellipsoideis 1-septatis, demum constricticis, longiuscule catenulatis hyalinis.

Hab. in Agaricis putridis, quos penetrat, in Guestphalia (Bonorden), et in muscis viventibus et ramulis pr. Œstrich Rhenoguviæ (Fuckel).

REPERTORIUM

MUCEDINEARUM DIDYMOSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. A indicat *Arthrobotrys*. — B. *Bostrichonema*. — C. *Cephalothecium*. — D. *Didymaria*. — Di. *Didymocladium*. — Did. *Didymopsis*. — Dip. *Diplocladium*. — Dipl. *Diplosporium*. — H. *Hormiactis* — M. *Mycogone*. — T. *Trichothecium*.

Æthalium — Dipl. 877.
Agaricus — Dip. 872. 873. — M. 899.
Alchemilla — B. 910.
Alnus — T. 888.
Althæa — B. 913.
Astragalus — D. 906.

Brassica — A. 894.

Castanea — M. 900.
Cirsium — D. 905.
Cytisus — Dipl. 879.

Donax — D. 908.

Erythrina — T. 887.
Euphorbia — T. 889.

Faba — Dipl. 877.

Helminthosporium — T. 886.
Helvella — Did. 898.

Mentha — Dipl. 880.

Morus — C. 892.

Panus — Dip. 872.
Peziza — M. 900. 901.
Philocopra — Dip. 892.
Phyteuma — B. 911.
Picospora — T. 889.
Polygonum — B. 909.
Polyporus — Dip. 871.
Populus — T. 888.

Ranunculus — D. 904.
Russula — M. 903.

Salix — T. 884.
Solidago — D. 907.
Sphæriaceæ — T. 884.
Sporobolus — T. 886.
Stereum — Dip. 874.

Triticum — C. 892.

Ustulina — C. 890.

Sect. 3. Phragmosporæ Sacc.

Conidia oblonga vel fusoidea vel elongata vel vermicularia, 2-pluriseptata hyalina vel læte colorata.

Clavis analytica Generum

A) Conidia non catenulata vel (in *Ramularia*) interdum brevi-catenulata.

† Macronemeæ Sacc.

Hyphæ manifestæ et a conidiis distinctæ.

§ Saprophilæ [*Dactylieæ*].

Dactylium. Hyphæ pluries vel (in subg. *Helminthophora*) simpliciter verticillato-ramosæ; conidia subsolitaria.
Mucrosporium. Hyphæ pluries verticillato-ramosæ; conidia capitata.
Blastotrichum. Hyphæ inæqualiter (non verticillato-) ramosæ.
Monacrosporium. Hyphæ fertiles simplices; steriles copiosæ; conidia solitaria.
Dactylella. Hyphæ fertiles simplices; steriles obsoletæ; conidia solitaria.
Dactylaria. Hyphæ fertiles simplices; steriles obsoletæ; conidia capitata.

§§ Biophilæ [*Ramularieæ*].

Ramularia. Conidia ovato-cylindracea (non raro catenulata).
Piricularia. Conidia obclavato-piriformia.
Cercosporella. Conidia vermiculari-filiformia.

†† Micronemeæ Sacc.

Hyphæ brevissimæ vel a conidiis parum diversæ.

§ Sporophora seu basidia non inflata vel indistincta [*Fusomeæ*].

Mastigosporium. Conidia apice et ad septum summum setigera.
Fusoma. Conidia non setigera, sparsa.
Paraspora. Conidia non setigera, in fasciculos collecta, muco carentia.
Rotæa. Conidia non setigera, in glomerulos collecta, mucosa (flava).

§§ Sporophora seu basidia 3-locularia, loculo summo late inflato [*Milowieæ*].

Milowia. Conidia non setigera, in cæspitulos collecta; basidia initio pollinodium et carpogonium gignentia.

B) Conidia catenulata (cfr. *Ramularia*) [*Septocylindrieæ*].

Septocylindrium. Conidia cylindrica vel (in subg. *Tapeinosporio*) oblonga.

Trib. 1. Dactylieæ Sacc.

DACTYLIUM Nees Syst. d. Pilze p. 58 (?). Fr. S. M. III, p. 413, Sacc. Mich. II. p. 20 (Etym. *dactylon* digitus. ob conidiorum formam). *Trichothecium* Bon. nec Link. — Saprophilum. Hyphæ steriles

repentes: fertiles assurgentes repetito-verticillato-ramosæ vel (in subg. *Helminthophora*) simpliciter verticillato-ramosæ. Conidia oblonga 2-pluriseptata in ramorum apice subsolitaria, acrogena, hyalina. — *Dactylium tenuissimum* Berk., teste Cooke, est forma *Fusarii Solani-tuberosi* Desm.

I. *Eu-Dactylium*.

Hyphæ repetito-verticillato-ramosæ.

1. **Dactylium dendroides** (Bull.) Fr. S. M. III, p. 413, Sacc. F. ital. t. 710, *Mucor dendroides* Bull. Champ. Franc. t. 504, f. 9, *Botrytis agaricina* Link., *Trichothecium candidum* Bon. Handb. f. 167. — Effusum, cæspitulosum, albo-byssinum: hyphis fertilibus erectis, septulatis, subopposito-ramosis; ramulis subternis, sursum attenuatis; conidiis oblongis, basi apiculatis, 3-septatis, vix constrictis, hyalinis, 26-32 ≃ 10-13. 916

Hab. in Agaricis aliisque Hymenomycetibus putrescentibus et muscis proximis in Gallia, Italia, Germania, Britannia, America bor. — ***D. leptosporum** Sacc. Mich. II. p. 576: conidiis paulo angustioribus, nempe 22 ≃ 8, oblongis, 3-septatis, basi apiculatis, hyalinis. In corticibus emortuis, udis, Newfield N. J. (Ellis).

2. **Dactylium agaricinum** (Bon.) Sacc. *Trichothecium agaricinum* Bon. Handb. fig. 114. — Cæspitulis laneis albis; hyphis tenuibus, raro septatis, subternato-ramosis; ramulis sursum attenuatis; conidiis cylindraceo-oblongis basi acutiusculis, 3-septatis, hyalinis, non constrictis. 917

Hab. in Agaricis putridis in Guestphalia. — « A *D. dendroide* nulla nota differre videtur ».

3. **Dactylium macrosporum** (Ditm.) Fr. S. M. III, p. 414, *Botrytis macrospora* Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 50. — Hyphis arachnoideis laxe intertextis primum albis dein rosam debilem subeuntibus, fertilibus apice ramosis subverticillatis; conidiis subcylindricis oblongis magnis (sec. Berk. subternatis, interdum septatis). 918

Hab. ad folia dejecta Quercus Roboris inter muscos, in lignis corticibusque in Germania, Italia, Britannia, Amer. bor. — Conidia, quæ vidi, 28-30 ≃ 10-11; sed estne revera diversa species a *D. dendroide*?

4. **Dactylium Morsus-ranæ** (Corda) Sacc. *Diplosporium Morsus-ranæ* Corda Ic. fung. V. p. 51, f. 17, *Trichothecium Morsus-ranæ* Bon. 919

— Cæspitulis subeffusis, tenuissimis; hyphis ramisque verticillato-trichotomis, sursum septatis, diaphanis, albis; conidiis oblongis, luteolis, plerumque 3-septatis, rarius elongatis 4-5-septatis.

Hab. in foliis Hydrocharidis Morsus-ranæ vix emersis in Bohemia.

5. **Oactylium Boletorum** (Ehrenb.) Sacc. *Sporotrichum Boletorum* Ehrenb. Sylv. Berol. p. 10, 22. — Hyphis hyalinis albis in hyphasma crassiusculum dein effusum dense implexum contextis, conidiis variis maximis, aliis oblongis, aliis subcylindricis subannulatis. 920

Hab. ad Boletos aridos agri berolinensis (Ehrenberg).

II. *Helminthophora* Bon.

Hyphæ simpliciter verticillato-ramosæ.

6. **Dactylium tenerum** (B.) Sacc. *Helminthophora tenera* Bon. Handb. fig. 137. — Floccosa, minuta, alba: hyphis sterilibus repentibus radiciformibus continuis: fertilibus erectis septatis, sursum ramos simplices verticillato-ternos, sursum attenuatos gerentibus: conidiis elongato-ovoideis, basi acutatis, 3-septatis, hyalinis. 921

Hab. in caulibus, muscis (adhuc viventibus?) inque lignis corticibusque in Guestphalia (Bonorden) et in Rhenogovia (Fuckel).

Species mihi ignotæ

7. **Dactylium olivaceum** Ces. in Kl. H. M. n. 1978. — In agro vercellensi Ital. bor. 922

MUCROSPORIUM Preuss F. Hoyersw. n. 97 (Etym. *mucro* et *spora*, h. e. conidia ex apice mucronulato ramulorum oriunda). — Hyphæ steriles repentes, septatæ; fertiles erectæ, septatæ, verticillato-ramosæ; ramis sursum apiculatis. Conidia septata, apicibus ramulorum innatá, capitulum formantibus, hyalina. — A gen. *Dactylio* differt conidiis capitatis nec solitariis.

1. **Mucrosporium sphærocephalum** (Berk.) Sacc. *Dactylium sphærocephalum* Berk. Ann. N. H. n. 243, t. 14, f. 27. — Effusum, tenue, album: hyphis sterilibus decumbentibus: fertilibus erectis septatis, sursum plus minusve ternato-ramosis: ramulis basi incrassatis: conidiis 10-12 in capitulum globosum congestis, oblongis, 3-septatis, brevissime stipitellatis. 923

Hab. in ramis emortuis Hederæ, Lambley Britanniæ et in Suecia.

2. **Mucrosporium tenellum** (Fr.) Sacc. *Dactylium tenellum* Fr. S. M III. p. 413. — Cæspitulis albis vel subrubentibus: hyphis aggregatis, fertilibus erectis, brevibus, tenuibus, septatis; ramis brevibus, nonnullis verticillatis; conidiis acrogeno-quaternatis obovatis, septatis, hyalinis. 924

Hab. in muscis et caulibus in Suecia Germania, Britannia.

3. **Mucrosporium verticillatum** (Preuss) Sacc. *Dactylium verticillatum* Preuss F. Hoyersw. n. 98. — Cæspitibus tenuibus, vix conspicuis, albis, hyphopodio ramoso septato: hyphis fertilibus erectis septatis, pellucidis, supra ramosis; ramis ramulisque continuis verticillatis subternatis, apice conidiis subradiantibus; conidiis oblongis transverse triseptatis; episporio hyalino, basi hilo apiculiformi instructo. 925

Hab. in cortice Alni, Hoyerswerda.

4. **Mucrosporium Schlechtendalianum** (Pr.) Sacc. *Dactylium Schlechtendalianum* Preuss F. Hoyersw. n. 97. — Effusum indeterminatum tomentosum album; hyphis erectis, septatis, infra irregulariter, supra verticillato-ramosis ramulisque patentibus; apicibus acuminatis sporidiferis; capitulis instabiliter radiantibus; conidiis oblongis transverse triseptatis; episporio hyalino, basi hilo apiculiformi instructis. 926

Hab. in pagina interiore corticis Rhamni cathartici putrescentis, Pinka prope Hoyerswerda.

BLASTOTRICHUM Corda Icon. fung. II. p. 10. f. 50, nec Preuss (Etym. *blastos* germen et *thrix* pilus). *Anodotrichum* Corda Ic. fung. I, p. 10. — Hyphæ repentes vel adscendentes, vage ramosæ, ramis subinde intricatis. Conidia fusoidea vel ovato-oblonga, 2-pluriseptata, solitaria, in ramulis acrogena. — Videtur quasi *Dactylium* inæqui-ramosum.

1. **Blastotrichum confervoides** Corda Ic. fung. p. 10, f. 50. *Trichothecium confervoides* Bon. — Cæspitulis lanuginosis, amœne roseis; hyphis arachnoideis vage ramosissimis; ramulis dichotomis, subulatis: conidiis oblongo-fusoideis, roseis, 30–40 μ. longis, 4–5-septatis, loculo medio maximo granuloso-nucleato. 927

Hab. in caule putri vel nondum emortuo Euphorbiarum hydrophilarum prope Prag Bohemiæ.

2. **Blastotrichum parasitans** (Corda) Sacc. *Trichothecium parasitans* Corda Ic. fung. II, p. 10, fig. 49. *Acrotherium parasitans* Corda l. c. — Cæspitulis minutissimis, glaucis: hyphis repentibus 928

ramosis; articulis longis; ramis flagelliformibus tenuioribus, adscendentibus, subramosis; conidiis terminalibus maximis pellucidis elongato-fusiformibus subinde curvulis, polymorphis, 1-3-septatis, albidis dein dilute flavescentibus.

Hab. in stipite Stysani Stemonitis prope Prag Bohemiæ. — « An status *Fusarii?* ».

3. **Blastotrichum oligocarpum** (Corda) Sacc. *Anodotrichum oligocarpum* Corda Ic. fung. II, p. 10, fig. 48, *Trichothecium anodotrichum* Fr. Summa p. 492. — Cæspitulis late expansis lanuginosis, primum albis dein roseis et incarnatis; hyphis laxis ramosis, cavis, intus guttulis numerosis repletis; conidiis primum lateraliter innatis dein liberis fusiformibus typice 3-septatis, irregularibus, intus guttulis minutis repletis, 30-37 μ. longis. 929

Hab. in ollis humidis florum, Prag Bohemiæ.

4. **Blastotrichum piriferum** (Fr.) Sacc. *Dactylium piriferum* Fr. S. M. III, p. 413. — Hyphis aggregatis albis, cæspitulos mucedineos minutos, confluentes efficientibus, fertilibus a sterilibus vix elevatis, tenuissimis, vage ramosis, ramis laxis; conidiis piriformibus, albis, septis evanescentibus. 930

Hab. ad caules deliquescentes plantarum in Suecia.

5. **Blastotrichum candidum** (Corda) Sacc. *Trichothecium pusillum* Rabenh. D. C. Fl. n. 813, *Trichothecium candidum* Corda Icon. fung. I, p. 12, fig. 170, nec Auct. — Cæspitulis minutissimis candidis: hyphis dichotomis, intricatis, septis longis; conidiis fusoideo-oblongis, acutiusculis, 3-septatis, albo-hyalinis. 931

Hab. in ramulis putridis fruticum in Bohemia.

6. **Blastotrichum fusisporum** (Pr.) Sacc. *Anodotrichum fusisporum* Preuss F. Hoyersw. n. 34. — Cæspitulis effusis gossypiformibus albis; hyphis ramosis ramulisve tenuiter septatis, albis: ramulis secundariis sporidiferis; conidiis fusiformibus, obtusis curvatis, septatis; guttulis oleosis longitudinaliter notatis; episporio basi hilo instructo. 932

Hab. in ramulis emortuis Rosæ, Hoyerswerda.

7. **Blastotrichum carneum** (Pr.) Sacc. *Anodotrichum carneum* Preuss F. Hoyersw. n. 35, Sturm D. C. Fl. III, t. 10. — Cæspitibus rotundatis effusisque lanuginosis, carneo-roseis, pulverulentis; hyphis laxis ramosis, septatis; conidiis primum lateraliter et apice innatis dein liberis, ovalibus, sæpe medio coarctatis, transverse multiseptatis, magnis. 933

Hab. in cortice Juglandis, Hoyerswerda.

MONACROSPORIUM Oud. Aanw. Myc. Nederl. IX et X, p. 48 (Etym. *monos* unus, *acros* summus et *spora*). — Hyphæ steriles copiosæ repentes, pluries vage ramosæ, septatæ; fertiles erectæ, subcontinuæ, apice monosporæ. Conidia elongata v. fusoidea, 2-pluriseptata, solitaria, hyalina v. læte colorata. — Affine *Dactylellæ* Grove, sed mycelium copiosum et *Piriculariæ* sed saprogenum.

1. **Monacrosporium elegans** Oud. Aanw. IX-X, p. 48, t. V, f. 9. — Hyphis repentibus septatis, copiosis, ramosis 7 μ. cr.; fertilibus filiformibus, subulatis, 250 ≈ 3-6, continuis, basi tantum 2-septatis; conidiis oblongo-fusoideis sub-obpiriformibus, 4-locularibus, loculo secundo multo longiore et crassiore, 50-60 ≈ 16-21, hyalinis. 934

   Hab. in fimo cuniculorum. Amsterdam Hollandiæ.

2. **Monacrosporium subtile** Oud. Aanw. IX-X, p. 49, t. V, f. 10. — Hyphis fertilibus filiformibus, hyalinis, subcontinuis; conidiis solitariis elongato-clavatis, deorsum acutis, apice obtusiusculis, 45-70 ≈ 5-7, initio continuis, tandem 7-12-septatis. 935

   Hab. in superficie peritheciorum Sordariæ minutæ in fimo cuniculorum, Amsterdam Hollandiæ.

3. **Monacrosporium oxysporum** Sacc. et March. Champ. copr. Belg. pag. 31, Pl. III, fig. 5-6. — Effusum (haud tremellinum), album, tandem dilute luteum; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, intricatis, remote septatis; fertilibus assurgentibus et filiformibus, præcipue ad basim septatis, 120-170 ≈ 4-5; conidiis longissimis 96-105 ≈ 9-10.5, regulari-fusoideis, hyalinis vel e hyalino dilute luteis, 10-12-septatis, utrinque acutissimis. 936

   Hab. in excremento erucarum, Bruxelles Belgii. — A *Monacrosporio subtili* Oud., cui affine, conidiis majoribus et utrinque acutioribus mox distinguitur.

DACTYLELLA Grove New or notew. p. 12 (Etym. a *Dactylio*, cui affine genus); *Menispora* Preuss F. Hoyersw. n. 67, 69, 70 nec Alior. — Saprogena. Hyphæ steriles obsoletæ, repentes; fertiles erectæ simplices, septatæ v. subcontinuæ leves, hyalinæ. Conidia ad apicem inserta, solitaria, ellipsoidea v. fusoidea v. cylindracea continua, dein 2-pluriseptata hyalina. — Est quasi *Piricularia* saprogena; a *Menisporæ* typo omnino diversa.

1. **Dactylella minuta** Grov. New. or notew. Fungi pag. 12, tab. 246, f. 6. — Sparsa, alba; hyphis fertilibus cylindricis, gracilibus, hyalinis, simplicibus 120-150 μ. longis; conidiis singulis, clavulatis, perfecte hyalinis, 7-8-septatis, 60-70 ≈ 14-15. 937

Hab. in ligno putri Sutton Britanniæ. — Var. **fusiformis** Grove in litt. A typo dignoscitur hyphis gregariis v. cæspitosis; conidiis elongato-fusoideis 60–75 ≈ 7–9. Birmingham Britanniæ.

2. **Dactylella rhomboespora** Grove in litt. — Sparsissima, tenerrima, *Dactylellæ minutæ* simillima, nonnisi conidiorum figura differens, quæ crasse fusoidea, quasi rhomboidea, utrinque obtusata sunt. 938

Hab. in ligno corticeque putrescente parcissime dispersa. Birmingham Britanniæ.

3. **Dactylella ellipsospora** (Pr.) Grove, *Menispora ellipsospora* Preuss F. Hoyersw. n. 69, Sturm D. C. Fl. III, t. 47. — Cæspitibus tenuiter effusis, candidissimis; hyphis filiformibus erectis, non v. vix septatis, albis, 100–200 ≈ 4; conidiis ellipticis utrinque acutiusculis albis, intus guttulatis et dein prope utrumque apicem tenuiter biseptatis medioque crasse 1-nucleatis, 40–50 ≈ 16–18. 939

Hab. in acubus Pinorum putrescentibus, Hoyerswerda, in ligno putri pr. Birmingham Britanniæ, ubi legit cl. Grove, qui speciei illustrationem benevole misit.

4. **Dactylella piriformis** (Pr.) Sacc. *Menispora piriformis* Preuss F. Hoyersw. n. 70, Sturm D. C. Fl. III, t. 48. — Cæspitulis tenuissimis effusis, albis; hyphasmate ramoso repente; hyphis erectis, subulatis, subsimplicibus, subseptatis, albis; conidiis solitariis, oblongis, apice insertis, hilo instructis: episporio hyalino, siccato transverse plicato (septato?); intus guttulis oleosis magnis repletis. 940

Hab. in ligno putrido Juglandis, Hoyerswerda. — Teste Grove, in litt. vix diversa a *D. ellipsospora.*

5. **Dactylella implexa** (B. et Br.) Sacc. *Dactylium implexum* B. et Br. Ann. N. H. n. 1381, t. VII, f. 5. — Hyphis erectis vix ramosis; conidiis subcylindraceis, basi apiculatis, 3-septatis, 25–30 μ. longis. 941

Hab. in interiore trunco Salicis, Hereford Britanniæ.

6. **Dactylella alba** (Pr.) Sacc. *Menispora alba* Preuss F. Hoyersw. n. 67, Sturm D. C. Fl. III, t. 20. — Acervulis minutis albis; hyphis erectis, laxis, septatis, hinc inde subinflatis, albis, pellucidis, sporidiferis; conidiis fusiformibus, subcurvatis, utrinque rotundatis obtusis, albis, diaphanis, intus guttulas oleosas magnas referentibus («denique septatis?»). 942

Hab. in ramulis emortuis Rosæ in calidariis, Hoyerswerda.

DACTYLARIA Sacc. Mich. II, p. 20 (Etym. a *Dactylio*, cui analogon genus); *Dactylium* Bon. p. p. (an Nees?) — Saprophila. Hyphæ

steriles obsolete v. manifestæ: fertiles erectæ. simplices. apice capitulum conidiorum gerentes. Conidia fusoidea v. clavulata, 2-pluriseptata hyalina v. læte colorata.

1. **Dactylaria purpurella** Sacc. Mich. II, p. 20. *Aerothecium purpurellum* Sacc. Mich. I. p. 75. F. it. t. 8. — Totum amœne dilute purpureum; hyphis fertilibus dense gregariis, basi lignum penetrantibus, filiformibus, non v. parce septatis, sursum obtuse denticulatis, sæpissimeque spathulato-dilatatis; conidiis ex denticulis orientibus cylindraceis. 20-25 ≃ 4, apice obtusis, basi acutatis. 3-septatis dilute roseis. 943

   Hab. in ligno quercino putrescente in silva Montello Italiæ borealis.

2. **Dactylaria candida** (Nees) Sacc. *Dactylium candidum* Nees Syst. d. Pilze f. 58. Bon. Handb. fig. 139. — Hyphis fertilibus simplicibus parce septatis albis: conidiis majusculis circa apicem congestis paucis oblongo-fusoideis. 4-5-septatis, hyalinis. 944

   Hab. ad truncum quercinum putrem in Thuringia et Guestphalia, in fimo caprino in Hollandia. — Sec. Oudem. Aanw. IX-X. p. 47, conidia metiuntur 46-56 ≃ 7-9,5.

3. **Dactylaria simplex** (Pr.) Sacc. *Dactylium simplex* Preuss F. Hoyersw. n. 129. — Late effusum. indeterminatum, album; hyphis erectis, septatis, simplicibus, apice sporiferis; conidiis septatis clavatis crassioribus albis in hypharum apice capitatis: septis subquadratis et guttula oleosa repletis. 945

   Hab. in ligno putrido betulino, Hoyerswerda.

4. **Dactylaria oogena** (Mont.) Sacc. *Dactylium oogenum* Mont. in Rayer. Arch. Méd. compar., 1843, pag. 175, t. VII, f. 15-18, et Syll. Crypt. n. 1119, Riv. Parass. f. 184. — Hyphis sterilibus decumbentibus ramosis fertilibusque simplicibus plus minus elongatis septatis albis; conidiis acrogenis ternis oblongo-subclavatis obtusis substipitatis. 5-6-septatis fuliginosis pellucidis 45 ≃ 15. 946

   Hab. in vitello ovi testa adhuc tecti (Rayer) in Gallia. — Var. **Pancierii** Sacc. Cfr. Panc. Critt. Uov. Conidia 6-7-septata, apice acuta. In ovis corruptis in Italia australi.

5. **Dactylaria graminum** (Schw.) Sacc. *Dactylium graminum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2704. — Hyphis sparsis simplicibus griseis erectis: conidiis 3-4 digitatis concoloribus. 947

   Hab. in foliis Leersiæ oryzoidis. Bethlehem Amer. bor.

Tribus 2. **Ramularieæ** Sacc.

RAMULARIA Ung. Exanthem. p. 169 em. Sacc. Mich. II, p. 20 (Etym. a *ramulo*). — Biophila. Hyphæ simplices v. breve vage ramulosæ, sursum denticulato-sporigeræ. Conidia ovato-cylindracea, varia, denique typice 2-pluriseptata (et interdum catenulata), hyalina, rarius læte colorata.

I. In plantis lignosis.

1. **Ramularia Philadelphi** Sacc. Mich. I, p. 88, F. it. 64. — Maculis 948
arescendo brunneis angulosis; hyphis hinc inde cæspitulosis candidis, filiformibus, continuis, 30-40 ≃ 2, sursum subdenticulatis; conidiis cylindraceo-fusoideis, 10-18 ≃ 3, rectis, utrinque abrupte breve attenuatis, sæpe 2-guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Philadelphi coronarii, Selva (Treviso) Italiæ borealis.

2. **Ramularia lata** Sacc. Mich. I, p. 535, F. ital. t. 1012. — Cæspi- 949
tulis hypophyllis, maculiformibus, diffusis, albidis; hyphis bacillaribus, simplicibus ramosisque, versiformibus, sub apice denticulatis, hyalinis; conidiis cylindraceo-fusoideis, utrinque subtruncatis, 10-20 ≃ 2-2½, hyalinis (quandoque catenulatis?).

Hab. in pag. inf. foliorum Pruni Laurocerasi, Rouen Galliæ (Letendre).

3. **Ramularia angustissima** Sacc. Mich. II, p. 548, F. it. t. 1014. — 950
Maculis subochraceis non marginatis; cæspitulis punctiformibus hypophyllis, pallidis; hyphis fasciculatis filiformibus, denticulatis, 10-40 ≃ 1-1,2, continuis, hyalinis; conidiis cylindricis, utrinque obtusiusculis v. acutiusculis, 10-12 ≃ 1-1,5, hyalinis.

Hab. in pag. infer. foliorum Corni sanguineæ, Selva (Treviso) Italiæ borealis.

4. **Ramularia Kiggelariæ** Sacc. Mich. II, pag. 286, F. it. t. 1017. — 951
Maculis vagis arescendo expallentibus; cæspitulis gregariis, minutis, albis erumpentibus amphigenis; hyphis subfasciculatis erectiusculis, 50-60 ≃ 3, ex trunculis repentibus oriundis, continuis, apicem versus denticulato-conidiophoris, hyalinis; conidiis fusoideis, 10-15 ≃ 2½, quandoque paucis catenulatis, continuis vel rarius 1-septatis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Kiggelariæ africanæ in frigidariis horti patavini Italiæ borealis.

5. **Ramularia Nemopanthis** C. et Peck 29 Rep. St. Mus. pag. 52. — 925
Maculis brunneis, subinæqualibus; hyphis hypophyllis fasciculatis, brevibus, tenuibus; conidiis fusoideis v. cylindraceis 20 ≃ 4-5.

Hab. in foliis viventibus Nemopanthis canadensis, New York, New Hampshire Amer. bor.

6. **Ramularia Prini** Peck in Journ. of Mycol. 1885. — Amphigena; 953
maculis suborbicularibus, albis, definite limitatis, 2-3 mm. diam., sæpius purpureo-marginatis; hyphis fasciculatis, simplicibus, levibus v. sursum tenuiter denticulatis, 12-20 ≃ 2,5; conidiis oblongo-cylindraceis continuis hypharum dimensiones subæquantibus.

Hab. in foliis Prini (Ilicis) verticillatæ, Casoga N. Y. Americæ borealis.

7. **Ramularia Citri** Penz. in Mich. II, p. 465, et in Sacc. F. it. t. 954
1195. — Cæspitulis amphigenis, candidis, punctiformibus, sparsis vel confluentibus; maculis nullis; hyphis fasciculatis, brevissimis, parce ramosis, 25-30 ≃ 3,5-4, haud septatis; conidiis in hypharum apice concatenatis, oblongis, utrinque rotundatis minutoque apice præditis, continuis vel rarius 1-2-septatis, hyalinis, 8-14 ≃ 3,5-4.

Hab. in foliis siccis, dejectis Citri Aurantii in calidariis, Patavii Ital. bor.

8. **Ramularia Weigeliæ** Speg. in Mich. I, p. 475. — Maculis subnul- 955
lis, vagis; acervulis hypharum hypophyllis super vel circa perithecia cujusdam Phyllosticta vegetantibus, dense gregariis; hyphis hyalinis, non vel rarius 1-2-septatis, apice nodulosis, 30-40 ≃ 2-3; conidiis hyalinis magnitudine et forma ludentibus, 5-15 ≃ 3-4, subrotundis vel oblongo-cylindraceis, quandoque continuis, quandoque uniseptatis, basi subapiculatis.

Hab. in pagina inferiore foliorum Weigeliæ roseæ, Conegliano Ital. bor.

9. **Ramularia Diervillæ** Peck Journ. of Mycol. 1885. — Hypophylla; 956
scenilo expallentibus vix marginatis; cæspitulis minutis, candidis; hyphis fasciculatis cylindraceis, subcontinuis, 10-15 μ. longis, apice inflatulis truncatisque, hyalinis; conidiis acrogenis, bacillari-fusoideis, rectis curvulisve, utrinque acutiusculis, 40-60 = 2.5-3, diu continuis dein (spurie?) 3-4-septatis, non constrictis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Centaureæ nigrescentis prope Rouen Galliæ.

5. **Cercosporella pantoleuca** Sacc. F. ital. t. 679, Michelia I, p. 268. 1068
— Maculis foliorum epiphyllis sinuosis arescendo candicantibus, fusco-cinctis; cæspitulis dense gregariis, albis; hyphis laxe fasciculatis filiformibus, assurgentibus, parce septatis, 50-60 = 3½, apicem versus denticulatis, hyalinis; conidiis e denticulis oriundis, acicularibus, sursum cuspidatis rectis curvulisve, 3-4-septatis, 60-80 = 3-3½, hyalinis.

Hab. in pagina superiore foliorum Plantaginis lanceolatæ, Selva Italiæ bor. et in Helvetia. — A *Cercospora Plantaginis* Sacc. maculis albis, hyphis hyalinis, conidiis multo brevioribus et parcius septatis statim dignoscitur.

6. **Cercosporella Raveneliana** (Thüm.) Sacc. *Fusidium Raveneliana* Thüm. in Flora 1878 n. 12. — Cæspitibus hypophyllis, sparsis vel solitariis, mediis vel minutis, pulveraceis, detergibilibus, determinatis, albidis, sine macula sed in pagina superiore maculas minimas, rubro-fuscas formantibus; conidiis fusiformibus, rectis v. subcurvulatis, utrinque obtusiuscule acutatis, medio plerumque uniseptatis, ad septa non constrictis, hyalinis, 20-24 = 3,5-4,5; basidiis seu sterigmatibus brevissimis, hyalinis, filiformibus. 1069

Hab. in foliis Desmodii lineat., Aiken in Carolina australi. — Teste Cooke, ad *Ramulariam Desmodii* speciat sed e diagnosi res omnino diversa videtur.

7. **Cercosporella ræthica** Sacc. et Wint. Hedwigia 1883, p. 175. — 1070
Maculis subcircularibus, amphigenis, expallentibus, indistincte fusco-marginatis; cæspitulis minutis albis; basidiis (hyphis) filiformibus, nodulosis, simplicibus v. furcatis, 30 = 3-3,5, continuis, hyalinis; conidiis bacillari-fusoideis, lenissime curvis, 40-45 = 4, 3-septatis, non constrictis, utrinque obtustiusculis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Imperatoriæ, Cellerine Rhætiæ (Winter).

8. **Cercosporella Pastinacæ** Karst. Hedw. 1884, p. 63. — Maculis amphigenis, fuscescentibus vel dealbatis; conidiis filiformibus, leviter flexuosis, sursum levissime attenuatis, hyalinis, 50-60 = 2. 1071

Hab. in foliis adhuc vivis Pastinacæ sativæ in Mustiala Fenniæ. — «Olim cl. Auctor habuit ut varietatem *Cercosporæ Apii:* sunt ergo hyphæ coloratæ?».

9. **Cercosporella reticulata** Peck 34 Rep. St. Mus. 47, tab. II, fig. 14–46. — Maculis amplis irregularibus brunneis; hyphis amphigenis, brevibus, nodulosis, cæspitulosis, subhyalinis: conidiis numerosis, longitudine variis, bacillaribus v. subcylindraceis, hyalinis, 40–115 ≃ 6,5–7, 3–7-septatis. 1072

Hab. in foliis Solidaginis altissimæ, Catskill Mts. Amer. bor. — Cæspituli candidi subreticulati in maculis atris oculos mox alliciunt.

Trib. 3. **Fusomeæ** Sacc.

MASTIGOSPORIUM Riess in Fres. Beitr. Mykol. p. 56 (Etym. *mastix* flagellum et *spora*). — Hyphæ breves, stipitiformes, continuæ, hyalinæ. Conidia fusoidea, majuscula, 3-septata, hyalina apice et sæpius quoque ad septum ultimum setigera.

1. **Mastigosporium album** Riess in Fres. Beitr. pag. 56, tab. VI, fig. 37–40. *Monothecium graminis* Lib. n. 538. — Cæspitulis albis in macula fusco-nigricante insertis; conidiis fusoideis magnis, 55 ≃ 12, sursum acutioribus, 3-septatis, non constrictis, hyalinis, apice et circa septum ultimum cilia tria, 4 ≃ 1, hyalina gerentibus, stipite cylindrico hyalino brevi suffultis. 1073

Hab. ad folia viva Airæ cæspitosæ in Arduennis (Libert) et in foliis Alopecuri pratensis etc. in Germania (Riess, Fuckel).

FUSOMA Cord. Ic. fung. I, p. 7 (Etym. a *fuso*). — Conidia epi-vel entophyta, tecta vel libera, innata, fusiformia, septata; mycelio nullo v. obsoleto. — Videtur *Fusarium* mycelio fere nullo, immo species quædam forte sistunt *Fusaria* statu evanescente.

1. **Fusoma pallidum** Bon. Abhandl. II, p. 87. — Conidiis 3–5-septatis, pallidis, pellucidis, utrinque acutatis et subcurvatis; cæspitulis sparsis, liberis, flavo-albis, minutissimis, vix conspicuis. 1074

Hab. in caulibus Asparagi siccis in Guestphalia.

2. **Fusoma torulosum** (B. et C.) Sacc. *Fusidium torulosum* B. et C. North Amer. Fungi n. 679. — Candidum, tenue; conidiis 6-septatis ad commissuras incrassatis, 25–35 μ. longis. 1075

Hab. ad caules dejectos Brassicæ etc., ad truncos Pini in Carolina et Pensylvania.

3. **Fusoma lomentiforme** Preuss F. Hoyersw. n. 2. — Epiphytum; acervulis tenuissimis, effusis: conidiis longis, septato-articulatis, fusiformibus, utrinque rotundatis, albis. 1076

Hab. in foliis Sparganii, Hoyerswerda.

4. **Fusoma inæquale** F. Hoyersw. n. 264. — Acervulis latissimis, albo-cinereis; conidiis fusiformibus, diverse septatis, albis. 1077

Hab. in foliis vivis Leontodontis Taraxaci, Hoyerswerda (Preuss) et Barkhausiæ intybaceæ, Coimbra Lusitaniæ (Moller).

5. **Fusoma glandarium** Corda Ic. fung. II. p. 5, fig. 24. — Entophytum; cæspitulis minutissimis; conidiis numerosis, albidis, septis 3 vel 4 præditis curvatis, utrinque acutis, levibus. 1078

Hab. in interiore ascidiorum Nepenthis distillatoriæ cultæ, præsertim ad ejus glandulas, Prag Bohemiæ.

6. **Fusoma filiferum** Pr. in Linnæa 1852, p. 73. — Entophytum: acervulis latis albis, infra epidermidem effusis; conidiis magnis albis multiseptatis, curvatis, acutis utrinque in apiculum filiformem productis. 1079

Hab. sub epidermule corticis Pini, Hoyerswerda.

7. **Fusoma Farina** (Schw.) Sacc. *Fusidium Farina* Schw. Syn. Am. bor. n. 2994. — Acervis longe lateque effusis, candidissimis, indeterminatis, crassiusculis, farinam densim instratam mentientibus; conidiis subcompactis, fusiformibus, septatis, uno apice sensim incrassatis. 1080

Hab. late effusum in epidermide non corrupta, Salem Amer. bor.

8. **Fusoma tetracoilum** Corda Ic. fung. II, pag. 5, f. 25. — Conidiis solitariis rarius 5-6-coacervatis, fusiformibus, albidis, ad septula coarctatis, 33 μ. longis. 1081

Hab. in hyphis et conidiis Helminthosporii ad ramos Taxi baccatæ, Prag Bohemiæ.

9. **Fusoma Helminthosporii** Corda Ic. fung. I, p. 7, fig. 109. — Conidiis solitariis, fusiformibus, curvatis, albidis dein fuscescentibus, 7-septatis, septo ultimo acuto, elongato basiliarique obtuso, diaphanis, albis 40 μ. longis. 1082

Hab. in hyphis Helminthosporiorum variorum, Prag Bohemiæ.

10. **Fusoma ochraceum** Corda Ic. fung. I. p. 7, fig. 110. — Cæspitulis minutis, ochraceis, dein pallidis; conidiis fusiformibus, quinque-septatis, utrinque acutis, pallide flavis, diaphanis. 1083

Hab. in Sporotricho Pandani, Potsdam Germaniæ.

PARASPORA Grove New. or notew. Fungi n. 9 (Etym. *para* juxta et *spora*). — Saprophila. Conidia septata, mycelio tenui repenti insidentia, fasciculata, glomerulata. — A genere *Bactridio* sporophoris nullis præ ceteris differt.

1. **Paraspora triseptata** Grov. in New. or notew. Fungi p. 9. — Alba; conidiis clavulato-oblongis, basi oblique apiculatis, hyalinis, triseptatis, ad septa non constrictis, 15–18 ≂ 5–6, in fasciculos punctiformes subglobosos collectis. 1084

Hab. in ligno putri. Sutton Britanniæ.

ROTÆA Ces. Bot. Zeit. 1851, pag. 180 (Etym. a botanico bergomensi doct. Laurentio Rota). — Hyphæ steriles repentes exerentes hinc inde conidia clavato-paliformia, pluriseptata, erecta et in cæspitulos globosos submucosos (flavos) juncta. — An Tubercularieis affinius genus?

1. **Rotæa flava** Ces. l. c. *Sporidesmium flavum* Bon. Bot. Zeit. 1853 p. 283. t. VII. fig. 3. — Cæspitulis minutis superficialibus immo basi coarctatis, flavis, vix ½ mm. diam., globulosis, asperulis; hyphis sterilibus repentibus ramosis, continuis; conidiis fasciculatis clavatis deorsum stipitiformi-attenuatis, sursum 5–7-septatis, non constrictis, apice rotundatis, flavis, muco involutis, 35–40 ≂ 5–6, 1085

Hab. in folliculis inanibus Phalænæ Cossi. Brescia Italiæ borealis. — Descripsi sec. cl. Bonorden; nam descriptio Cesatiana ad specimina immatura forte pertinet.

Trib. 4. **Milowieæ** Sacc.

MILOWIA Massee Descript. new Fung. cum tab. (1884) (Etym. a J. T. Milow mycologo). — Pulvinata. Mycelium repens, septatum ramosum, hinc inde sporophora erectiuscula generans; sporophora brevia subtrilocularia, loculo summo (carpogonium) maximo inflato conidiophoro, loculo infimo ramulum (pollinodium sec. Massee) clavatum gignente. Conidia (asci sec Massee) stipitata, cylindracea pluriseptata, hyalina. Articuli (endosporæ Massee) secedentes. — Genus, me auctore, hinc *Bactridio* illinc *Mastigosporio* affine.

1. **Milowia nivea** Massee l. c. — Acervulis globosis, minutis 1–2 mm. diam. candidis; conidiis cylindraceis, apice obtusis, sub-8-septatis, non constrictis, 60–70 ≂ 7–8, ex articulo sporophori inflato obovato geminatim v. solitarie nascentibus, stipitatis et in articulos subdoliiformes 6–8 μ. diam. dilabentibus. 1086

Hab. in foliis emortuis Elysmi compressi in Britannia. — Cfr illustrationem cl. Massei qui organa sexualia et metagenetica describit.

Trib. 5. **Septocylindrieæ** Sacc.

SEPTOCYLINDRIUM Bon. Handb. p. 35. Sacc. Mich. II. p. 15 (Etym. *septum* et *cylindrium*). — Hyphæ brevissimæ v. a conidiis parum diversæ. Conidia cylindracea 2-pluriseptata, concatenata, hyalina, v. læte colorata. — *Tapeinosporium* Bon. huc retuli, nam hyphis evidentioribus et conidiis paulo brevioribus tantum differre videtur.

I. Albicantia.

1. **Septocylindrium Bonordenii** Sacc. Mich. II. p. 122, F. ital. t. 75. n. 1050. *Cylindrium septatum* Bon. Handb. 35. fig. 16. — Effusum, album, velutinum; conidiis cylindraceis, utrinque obtusiusculis, 30-40 = 4, initio continuis, tandem 2-4-septatis, hylinis; catenulis rarius ramulosis. 1087

Hab. in foliis putrescentibus, præsertim Galanthi nivalis, in Germania, Italia, Gallia, Britannia, Belgio. — ***S. minusculum** Sacc. Mich. II. p. 257: conidiis quam in typo paulo minoribus, nempe 20-25 = 3-3½, leviissime curvis, 3-septatis, 4-6-guttulatis, hyalinis. In calamo putri et ado Scirpi, Lyon Galliæ (Therry).

2. **Septocylindrium Magnusianum** Sacc. Mich. I. p. 130, F. ital. t. 912. — Cæspitulis erumpento-superficialibus sordide albis in partibus foliorum rubentibus leniterque corrugatis amphigenis, subvelutinis; conidiis ex articulo basilari leniter inflato orientibus, catenulatim digestis, cylindraceis, 20-25 = 4, utrinque obtusiusculis, medio 1-septatis, non constrictis, hyalinis. 1088

Hab. in foliis nondum emortuis Trientalis europææ ad Swinemunde an der Ostsee, in Germania (P. Magnus).

3. **Septocylindrium candidum** F. Arg. Pug. II, n. 151. — Maculis nullis; pulvinulis sparsis, compactiusculis, maculæformibus 1-2 mm., candidis, hypophyllis; conidiis cylindraceis vel cylindraceo-fusoideis hinc inde quandoque nodulosis, 1-3-septatis, ad septa non vel vix constrictis, hyalinis 60-100 = 5-8, granuloso-farctis. 1089

Hab. ad folia languida Verbesinæ auriculatæ, cerca de la Chacarita Argentinæ.

4. **Septocylindrium Ranunculi** Peck 34 Rep. St. Mus. p. 46. — Maculis oblongis v. irregularibus, brunneis; hyphis hypophyllis, bre- 1090

vissimis hyalinis: conidiis oblongis v. subcylindraceis, plerumque prope medium coarctatis, obtusis, hyalinis, continuis v. 1-3-septatis, 20-40 μ. longis.

Hab. in foliis subvivis Ranunculi acris. Sandlake Americæ borealis.

5. **Septocylindrium punctatum** (Bon.) Sacc. *Alysidium punctatum* Bon. Bot. Zeit. 1861, p. 194, t. VIII, f. 2. — Cæspitulis minutis hinc inde confluentibus, albis; catenis conidiorum mycelio nullo v. obsoleto suffultis, erectis, ramosis: conidiis ellipsoideo-oblongis, hyalinis, 3-septatis, 4-guttatis, supremis continuis 3-guttatis. 1091

Hab. in foliis adhuc vivis Salicum in Guestphalia.

6. **Septocylindrium aromaticum** Sacc. Micli. II, p. 639. — Maculis deustis, amphigenis, oblongis, majusculis; cæspitulis exiguis albidis; hyphis non visis vel sporomorphis; conidiis bacillaribus, catenulatis, utrinque acutiusculis, 35 = 50-2, subinde denticulo sporophoro auctis, denique tenuiter 2-3-septatis, non constrictis, hyalinis. 1092

Hab. in foliis languidis Acori Calami, Lyon Galliæ (Therry).

7. **Septocylindrium caricinum** Sacc. Mich. II, p. 552, F. it. t. 914. — Cæspitulis effusis candidis, subpulveraceis; conidiis cylindricis, utrinque rotundatis, catenulatis, 20 = 2,5 hyalinis; basidiis exiguis (saltem nullis visis). 1093

Hab. in foliis Caricis maximæ, Conegliano Italiæ bor.

8. **Septocylindrium elongatisporum** (B. et Br.) Sacc. *Septonema elongatispora* Preuss F. Hoyersw. n. 25, Sturm D. C. Fl. t. 36. — Acervulis effusis albidis; hyphis erectis subramosis; conidiis subcylindricis apiculatis, varie longis, uni- vel biseptatis, pellucidis, albis. 1094

Hab. in caulibus exsiccatis deciduis tectis Menthæ crispæ, Hoyerswerda, in caulibus Urticæ Batheaston Britannie. — Ad *Hormiactin* nutat.

9. **Septocylindrium pallidum** Grove in litt. — Conidiis in catenas breves, strictas, simplices v. raro furcatas, (in ostiolo *Eulypæ* fasciculatim congestas) connexis, dilute olivaceis, 3-septatis (maturis), 25-40 = 5-6, utrinque acutatis; hyphis conidium æquantibus sed angustioribus, parce septatis, saturatioribus, olivaceis. 1095

Hab. in ligno, Blackwell, prope Birmingham Britanniæ.

10. **Septocylindrium Chætospira** Grove in litt. — Subfasciculatum v. gregarium, album; catenis conidiorum erectis, eximie spiraliter tortis, ad instar infusorii *Chætospiræ* (unde nomen), 200-250 μ. 1096

altis; conidiis uniseptatis, dein 3-septatis, cylindricis, utrinque subacutis, subinde curvulis, hyalinis, 20-25 ≃ $2^1/_2$-3; basidiis nullis vel non visis.

Hab. in ligno putri, Streetlew prope Birmingham Britanniæ, una cum *Catenularia simplici* Grove. — Species catenis more instrumenti *cork-screw* dicti contortis facile distincta.

11. **Septocylindrium concentricum** (B. et Br.) Sacc. *Septonema concentricum* B. et Br. in Rab. F. E. n. 777. — Sessile, superficiale, sparsum v. confluens, orbiculatum, initio omnino album dein centro subochraceum; hyphis e stromate pulvinato, compactiusculo, pallido oriundis; conidiis rectis, catenulatis, 1-septatis, albis, 17-18 ≃ 3-4 aliisque 25-7. 1097

Hab. in fragmentis pineis et laricinis in Britannia. — Ad *Hormiactin* forte nutat.

12. **Septocylindrium album** (Pr.) Sacc. *Septonema alba* Preuss Fung. Hoyersw. n. 26, et in Sturm D. C. Fl. t. 37. — Acervulis tenuissimis oculo nudo inconspicuis albis; hyphis subramosis adscendentibus deflexisque, longis, rigidis; conidiis fusiformibus, longissimis, triseptatis diaphanis albidis. 1098

Hab. in truncis arborum putridis, Hoyerswerda.

13. **Septocylindrium muscorum** Sacc. Mich. II, p. 552, F. it. t. 913. — Cæspitulis effusis, albis, subpulveraceis; conidiis cylindricis utrinque rotundatis; basidiis nullis (v. saltem non visis). 1099

Hab. in muscis emortuis udis in calidariis horti botanici patavini, in Italia bor.

II. Virentia, grisea, subfulva.

14. **Septocylindrium dissiliens** (Duby) Sacc. Mich. I, p. 89, F. ital. t. 74, *Torula dissiliens* Duby in Rabenh. F. Eur. n. 1874. — Maculis subnullis: cæspitulis effusis, velutinis olivascentibus, hypophyllis; conidiis cylindraceis utrinque obtusiusculis, 1-3-septatis 50-70 ≃ 5-6, catenulatis, ex olivaceo dilute virentibus; catenulis simplicibus, raro ramulosis. 1100

Hab. in pag. inf. foliorum subvivorum Vitis viniferæ in Italia bor. et Gallia.

15. **Septocylindrium olivascens** Thüm. in Roum. Rev. Mycol. — Maculas epiphyllas, plus minusve orbiculatas, sæpe nervum medium sequentes, confluentes, olivaceas, tenuissimas efficiens; hyphis longis, simplicibus, arcuato-subcontortis flexuosisve, articulatis, ad septa non constrictis, fuscis, 8-10 μ. crassis; conidiis concatenatis, cy- 110

lindricis vel cylindrico-ellipsoideis, plerumque subrectis, utrinque subrotundato-obtusis, bi-triquinqueseptatis, 30-60 ≈ 12, pallide fuscidulis.

Hab. in foliis vivis Elæagni rhamnoidis, Lyon Galliæ (Therry).

16. **Septocylindrium fasciculatum** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 315. — Maculis nullis v. pallide flavescentibus; pulvinulis hypophyllis velutinis totam maculam vestientibus, 2-6 mm. diam.; conidiis primo filiformi-catenulatis 80-110 ≈ 2, continuis, erectis, fasciculatis dein septulatis et præcipue apicem versus ad septa constrictis atque secedentibus; articulis protoplasmate 1-4-pseudo-septato, cylindraceis, rectis 15-50 ≈ 2, granulosis, olivaceis. 1102

Hab. ad folia viva Solani pseudocapsici, prope San Josè de Flores Argentinæ.

17. **Septocylindrium platense** Sp. F. Arg. Pug. II, n. 149. — Maculis indeterminatis pallescentibus; pulvinulis effusis, 2-15 mm. diam., hypophyllis, olivascentibus; conidiis catenulatis, cylindraceis, utrinque obtusis, 30-120 ≈ 5-6, 1-5-septatis, ad septa constrictis, dilute olivaceis. 1103

Hab. in foliis languidis Calonyctii (Ipomeæ) speciosi secus Rio de la Plata, cerca de la Recoleta Argentinæ.

18 **Septocylindrium virens** Sacc. Fungi Veneti ser. V, pag. 186, F. ital. t. 73. — Varie effusum, maculiforme e glauco vireas; conidiis catenulatis, cylindraceis, utrinque obtusiusculis, 15 ≈ 3, 3-septatis, viridulis. 1104

Hab. in foliis ramisque putrescentibus Vitis viniferæ nec non herbarum elatiorum, Selva et Vittorio Ital. bor. — Var. **Onopordi** Sacc. Mich. II, p. 639: hyphis sporophoris brevibus, filiformibus, continuis, simplicibus vel furcatis, 36 ≈ 2,5; conidiis, 14-18 ≈ 3, tenuiter 3-septatis, non constrictis. In caule putri Onopordi, Lyon Galliæ (Therry).

19. **Septocylindrium tapeinosporum** Sacc. *Tapeinosporium viride* Bon. Bot. Zeit. 1853, p. 285, t. VII, fig. 6. — Cæspitulis olivaceo-virentibus dein obscurioribus; hyphis sterilibus repentibus continuis; fertilibus brevibus erectis, subinde ramosis, in catenas conidiorum abeuntibus; conidiis ellipsoideo-oblongis longe catenulatis, 3-septatis, non constrictis, viridibus, 10-12 μ. longis. 1105

Hab. in tuberibus putridis Solani tuberosi in Guestphalia.

20. **Septocylindrium virescens** (Corda) Sacc. *Septonema virescens* Corda Ic. fung. II, p. 9, fig. 45. — Acervulis subeffusis, intense 1106

viridibus, decolorantibus; catenis ramosis; conidiis longissimis, fusiformibus, leviter curvatis, 8-12-septatis, torulosis pellucidis, luteolis.

Hab. in caulibus siccis Umbelliferarum, Prag Bohemiæ.

21. **Septocylindrium viride** (Corda) Sacc. *Septonema viride* Corda 1107
Ic. fung. II, p. 9, fig. 44. — Cæspitulis tenuissimis, effusis, viridibus; stromate spurio grumatoso, tenuissimo, luteolo; catenulis rectis, rigidis, subramosis; conidiis fusiformibus, obtusis, triseptatis, pellucidis, albido-viridibus, 21 μ. longis.

Hab. in ligno Sambuci nigræ, Prag Bohemiæ, et in corticibus putrescentibus Alni glutinosæ in Rhenogovia.

22. **Septocylindrium Bonaërense** Sp. F. Argent. Pug. II, n. 150. — 1108
Maculis hypophyllis, parvulis 1-3 mm. diam., pallescentibus; pulvinulis totam maculam occupantibus, fulvo-griseis; conidiis catenulatis, cylindraceis, utrinque obtusis, 2-4-septatis, ad septa non vel vix constrictis, 30-60 ≈ 5, hyalinis vel fumosis.

Hab. in foliis vivis Salviæ pallidæ in campestribus cerca de Buenos Aires Argentinæ.

REPERTORIUM

MUCEDINEARUM PHRAGMOSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. B. indicat *Blastotrichum*. — C. *Cercosporella*. — D. *Dactylaria*. — Da. *Dactylella*. — Dac. *Dactylium*. — F. *Fusoma*. — M. *Mastigosporium*. — Mi. *Milowia*. — Mo. *Monacrosporium*. — Mu. *Mucrosporium*. — P. *Paraspora*. — Pi. *Piricularia*. — R. *Ramularia*. — Ro. *Rotæa*. — S. *Septocylindrium*.

Numeri 1001-1108 — citantur 1-108

Aconitum — R. 969
Acorus — S. 92.
Actæa — R. 975.
Adenostyles — R. 24. — C. 66.
Adoxa — R. 999.
Agaricus — Dac. 916. 917.
Aira — M. 73.
Ajuga — R. 33.

Alnus — Mu. 925. — R. 967. — S. 107.
Alopecurus — M. 73.
Andromeda — R. 46.
Armoracia — R. 978.
Asparagus — F. 71.
Aster — R. 24. 25.
Astragalus — R. 983. 984.
Astrantia — R. 1000.
Atriplex — R. 55.
Azalea — R. 44.

Barkhausia — F. 77.
Bellis — R. 12.
Betula — D. 945.
Blysmus — Mi. 86.
Boletus — Dac. 920.
Brassica — F. 75.

Calonyctium — S. 103.
Campanula — R. 25. 26.
Carex — S. 93.
Celastrus — R. 959.
Celtis — R. 964.
Centaurea — C. 67.
Chrysanthemum — R. 21.
Cicuta — R. 2.
Citrus — R. 954.
Cochlearia — R. 977.
Copularia — R. 13.
Cornus — R. 950.
Cryptostegia — R. 48.
Cynara — R. 14.

Desmodium — R. 984. — C. 69.
Dipsacus — R. 6.
Diervilla — R. 956.
Digitalis — R. 30.

Elæagnus — S. 101.
Erigeron — C. 65.
Euphorbia — B. 927.
Evonymus — R. 961.

Fragaria — R. 987. 988.

Galanthus — S. 87.
Galega — R. 982.
Gentiana — R. 43.
Geranium — R. 994.
Glechoma — R. 32.
Graminaceæ — Pi. 62.
Grindelia — R. 11.

Hamamelis — R. 958.
Hedera — Mu. 923.
Helleborus — R. 970.
Helminthosporium — F. 81. 82.
Heracleum — R. 1.
Hesperis — R. 976.
Homogyne — R. 15.
Hydrocharis — Dac. 919.
Hymenomycetes — Dac. 916.

Impatiens — R. 997.
Imperatoria — C. 70.
Iuglans — B. 938. — Da. 940.

Kiggelaria — R. 951.

Lampsana — R. 8.
Larix — S. 97.
Leersia — D. 917.
Leontodon — F. 77.
Leonurus — R. 37.
Lychnis — R. 993.
Lysimachia — R. 39.

Malva — R. 995.
Melampsora — R. 965.
Mentha — R. 34. 35. — S. 94.
Mimulus — R. 31.
Mitella — R. 998.
Musci — Dac. 916. 921. — Mu. 924. — S. 99.
Myrica — R. 962.

Nardosmia — R. 17.
Nemopanthus — R. 952.
Nepenthes — F. 78.

Ononis — R. 981.
Onorpordum — S. 104.
Oplismenus — R. 59.
Orontium — R. 58.
Oxalis — R. 992.

Panicum — Pi. 62.
Parietaria — R. 54. — S. 94.
Pastinaca — C. 71.
Pavonia — R. 996.
Pedicularis — R. 29.
Persica — C. 64.
Phalæna — Ro. 85.
Philadelphus — R. 948.
Phyteuma — R. 27.
Pinus — Da. 939. — F. 75. 79. — S. 97.
Plantago — R. 41. 42. — C. 68.
Polygonum — R. 52.
Populus — R. 965.
Potamogeton — R. 56.
Potentilla — R. 985. 986.
Primula — R. 40.
Prinus — R. 953.
Prismatocarpus — R. 28.
Prunus — R. 949.
Pulmonaria — R. 4.

Quercus — Dac. 918. — D. 943. 944. — R. 968.

Ranunculus — R. 971. 972. 973. 974. — S. 90.
Rhamnus — Mu. 926. — R. 960.
Rhinanthus — R. 26.
Richardia — R. 57.
Rosa — B. 932. — Da. 942.
Rudbeckia — R. 19.
Rumex — R. 49. 50. 51.

Salix — Da. 941. — R. 966. — S. 91.
Salvia — S. 108.
Sambucus — R. 957. — S. 107.
Saussurea — R. 16.
Scirpus — S. 87.
Senecio — R. 22. 23. 24. 25. 26.
Solanum — R. 38. — S. 102. 105.
Solidago — R. 20. — C. 72.
Sordaria — Mo. 935.
Sparganium — F. 76.
Spiræa — R. 989. 990.
Sporotrichum — F. 83.
Stysanus — B. 928.
Succisa — R. 5.
Symphytum — R. 3.

Taraxacum — R. 8. 9.
Taxus — F. 81.
Teucrium — R. 36.
Thrincia — R. 10.
Trianosperma — R. 991.
Trientalis — S. 88.
Tussilago — R. 18.

Umbelliferæ — S. 106.
Urtica — R. 53.

Vaccinium — R. 963. 45.
Valeriana — R. 7.
Verbascum — R. 30.
Verbesina — S. 89.
Vinca — R. 47.
Viola — R. 979. 980.
Vitis — S. 100. 104.

Weigelia — R. 955.

Sect. 4. Staurosporæ Sacc.

Conidia stellata, radiata vel trifurca, hyalina vel læte colorata, septata vel continua.

Clavis analytica Generum

A) Hyphæ manifestæ,

Prismaria. Conidia arrecte digitata, continua vel obsolete septata, mutica.
Trinacrium. Conidia patenter tri-pluriradiata, septata, mutica.
Titæa. Conidia subtriradiata, apicibus setigera.

B) Hyphæ obsoletæ.

Tridentaria. Conidia tridentiformia.

PRISMARIA Preuss F. Hoyersw. n. 86 (1851) (Etym. a *prisma).* — Hypha fertilis erecta, simplex, continua, apice e conidiis radiatis capitulum incompletum formans. Conidia acrogena, continua vel tenuiter pluriseptata, prismatica, hyalina.

1. **Prismaria alba** Preuss F. Hoyersw. n. 86, Sturm D. C. Fl. III. tab. 7. — Cæspitibus effusis albis; mycelio ramoso, repente, non septato; hyphis fertilibus simplicibus erectis, pellucidis, intus granulosis, basi tenuibus, supra leniter incrassatis; conidiis longis prismaticis albis obsolete septatis vel granulosis, in hypharum apice digitato-quaternis, apice acutis; episporio pellucido. 1109

Hab. in cortice Alni glutinosæ putrido, Hoyerswerda.

2. **Prismaria furcata** Grove New or notew. Fungi I, p. 11, t. 246, f. 4. — Sparsa v. gregaria, alba; mycelio tenui, repente; hyphis fertilibus curtis v. subnullis æqualibus, hyalinis, continuis apice duo v. rarius tria conidia oblique radiantia gerentibus; conidiis longis prismaticis basi rotundatis, sursum sensim attenuatis, hyalinis, inconspicue multiseptatis, multinucleatis, 60–100 = 6–7. 1110

Hab. in ligno putrescente, Sutton Britanniæ.

TRINACRIUM Riess in Fres. Beitr. p. 42 (Etym. *tria* tres et *acra* acies, cuspis). — Hyphæ filiformes, continuæ, tenues; mycelio repente subnullo. Conidia triradiata, hyalina, radiis tereti-usculis, 2-pluriseptatis — Mucedineæ tenellæ.

1. **Trinacrium subtile** Riess in Fres. Beitr. p. 42, t. V. f. 14–17, Sacc. F. it. t. 966. — Sparsum, tenuissimum, albo-hyalinum; conidiis triradiatis, hyalinis; radiis tereti-attenuatis, æqualibus (non torulosis) 4–5-septatis, non constrictis, 25–30 ≈ 3, 5–4; basidiis filiformibus, 20 ≈ 2. 1111

Hab. supra acervulos et in conidiis Stilbosporæ, Cassel Germaniæ, et in ovis insectorum ad folia Buxi, Padova Italiæ bor. — Conidiorum radii in forma Riesseana usque 40 μ. longa.

2. **Trinacrium torulosum** Sacc. et Malbr. Fung. Gall. Ser. V, p 8. — Conidiis sparsis gregariisque, in hyphis dematiaceis alienis parasiticis, eximie triradiatis; radiis e basi incrassata sensim ad apicem acute attenuatis, 35–40 ≈ 3–4, bi-quadri-articulatis, articulis toruleideis h. e. ad septa constrictis, hyalinis; articulo unius radii supremo ceteris longiori et acutiori, forte stipitellum sistente. 1112

Hab. parasiticum in hyphis circa perithecia Sphæruliniæ Boudierianæ ad folia Scabiosæ silvaticæ, Brionne. — A *Trinacrio subtili* Fres. conidiorum radiis torulosis, parcius septatis etc. differt.

TITÆA Sacc. Fung. Ven. Ser. V, p. 193 (Etym. ab Antonio Tita hortulano et botanico patavino sæculi XVII, Florulæ alpinæ venetæ auctori). — Hyphæ filiformes simplices continuæ (in aliis fungis parasiticæ). Conidia 5-locularia, loculis subradiantibus, 3 longe aristatis, 2 alternis muticis, hyalina.

1. **Titæa callispora** Sacc. Fungi Ven. Ser. V, p. 193, F. ital. t. 1. — Inconspicua; conidiis cum aristis 25 μ. circ. diam., fere ornithomorphis, perfecte hyalinis; hyphis filiformibus in aristam basilarem abeuntibus. 1113

Hab. in foliis vivis Carpini Betuli in *Dimerosporio pulchro* parasitica, in silva Montello (Treviso) Italiæ borealis.

TRIDENTARIA Preuss in Linnæa 1852, p. 74 (Etym. a *tridens*). — Hyphæ in conidia simplicia in formam tridentis connata abeuntes; articulis conidiorum clavæformibus concatenatis. — « Genus a Preussio imperfecte et obscure descriptum, hinc dubium »

1. **Tridentaria alba** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa l. c. — Acervulis 1114
tenuissimis effusis, albidis, vix conspicuis; conidiis oblongis vel clavæformibus, hyalinis.

Hab. in caulibus corrosis et humidis Brassicæ oleraceæ in hortis, Hoyerswerda.

REPERTORIUM

MUCEDINEARUM STAUROSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. P. indicat *Prismaria.* — T. *Trinacrium*
Ti. *Titæa.* — Tr. *Tridentaria.*

Numeri 1109-1114 — citantur 109-114

Alnus — P. 109.

Brassicæ — Tr. 114.
Buxus — T. 111.
Carpinus — Ti. 113.
Scabiosa — T. 112.
Sphærulina — T. 112.
Stilbospora — T. 111.

Sect. 5. **Helicosporæ** Sacc.

Conidia spiraliter convoluta, cylindracea, subseptata, hyalina vel læte colorata.

Clavis analytica Generis

Heliconyces. Hyphæ brevissimæ. (Est fere *Helicosporium* mucedineum et micronemeum).

HELICOMYCES Link Obs. myc. I, p. 19 (Etym. *helix* et *myces*). — Hyphæ brevissimæ, continuæ. Conidia cylindracea in spiram convoluta seu helicoidea, subhyalina vel læte colorata, guttata vel spurie septata.

1. **Helicomyces roseus** Link Obs. myc. I, p. 19, t. I, f. 35, Sacc. F. it. t. 813, Mich. II, p. 287. — Hyphis brevissimis hyalinis, teretiusculis apice nodulosis ibique sporigeris; conidiis vermicularibus 160-180 = 6, utrinque leniter attenuatis rotundatisque pluri-(14-20-)nucleatis, tandem tenuiter multiseptatis, roseis. 1115

   Hab. in ramis lignisque Quercus, Salicis, Ulmi etc. in Germania, Italia, Britannia. — Color fungi tandem expallescit et tunc *Heliconyces albus* Preuss forte non differt.

2. **Helicomyces aureus** Corda Ic. fung. I, p. 9, f. 142. — Cæspitulis effusis aureis, nitidis; conidiis filiformibus prælongis in spiram pluries convolutis, remote septatis, basi nodulosis; mycelio proprio non observato 1116

   Hab. in pilis sterilibus luxuriantibus Cœlosphæriæ exilis in Sudetis et in Bohemia, in fimo damarum in Belgio (Marchal).

3. **Helicomyces mirabilis** Peck 34 Rep. St. Mus. p. 46, t. II, f. 6-10. — Cæspitulis irregularibus, albidis, 2 mm. circ. diam.; hyphis tenuibus, ramulosis, hyalinis; ramulis subconvolutis, subinde sursum incrassatis; conidiis copiosis crassis subhyalinis in spiras duas vel amplius arcte convolutis, 10-15-septatis, nucleatisque, 12-15 μ. crassis; toto conidio convoluto 40-62 μ. diam. 1117

   Hab. in rachide Zeæ aqua jam immersa, Ithaca Amer. bor. — In sicco cæspituli compactiusculi. Hyphis satis evolutis a genere aliquid recedit.

4. **Helicomyces candidus** (Pr.) Sacc. *Helicotrichum candidum* Preuss 1118
Fungi Hoyersw. n. 39. — Mycelio effuso albo; conidiis flocciformibus, apice et lateribus surculatis, spiraliter convolutis septatis, diaphanis, albis.

Hab. in asseribus antiquis foliisque dejectis Pini, Hoyerswerda. 1119

5. **Helicomyces albus** Preuss F. Hoyersw. n. 3. — Acervulis effusis, albis; conidiis basi adnexis, spiraliter subintortis, albis; episporio continuo; nucleo subpartito.

Hab. in cortice arborum frondosarum, Hoyerswerda.

6. **Helicomyces tubulosus** Riess Bot. Zeit. 1853, pag. 140, tab. III, 1120
fig. 11-13, Grev. tab. 48, fig. 3. — Albo-hyalinus, farinaceus, conidiis longis in tubulos spiraliter convolutis pluriarticulatis, brunneolis articulis subcuboideis nucleatis, 10 μ. d.; hyphis brevissimis.

Hab. in lignis putridis Hereford Britanniæ, et in ramis salicinis aqua mollitis, Cassel in Germania. — Tubuli sæpius e 7 gyris constantes. 35-38 = 18.

REPERTORIUM

MUCEDINEARUM HELICOSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. H. indicat *Helicomyces*.

Numeri 1115-1120 — citantur 115-120

Cœlosphæria — H. 116.

Pinus — H. 118.

Quercus — H. 115.

Salix — H. 115. 120.

Ulmus — H. 115.

Zea — H. 117.

Fam. 2. **Dematieæ** Fr.

Syst. Myc. III. p. 335 (1832). Sacc. Mich II. p. 20.

Fungi byssini fusci vel nigri, rigiduli, hyphis laxis et sejunctis (h. e. nec stilbeis nec tuberculariineis) instructi. Hyphæ et conidia typice atra, modo vero hyphæ hyalinæ et conidia fusca, modo illæ nigricantes et hæc hyalina. — Dematieæ sistunt typos Mucedineis prorsus parallelos nec desunt species inter duas series ancipites.

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

Conidia continua globosa, ovoidea vel oblonga, nigricantia vel subhyalina (et tunc hyphæ semper fuscæ).

Clavis analytica Generum

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Hyphæ brevissimæ vel breves aut a conidiis parum diversæ.

A) Conidia singularia (h. e. non catenulata) [*Coniosporieæ*].
Coniosporium. Conidia globosa, discoidea v. ovoidea.
Fusella. Conidia elongata, sæpius fusoidea.

B) Conidia catenulata [*Toruleæ*].
Torula. Conidia homomorpha, singulatim v. per series secedentia globosa v. ovoidea.
Gongromeriza. Conidia homomorpha, clavata, secedentia.
Hormiscium. Conidia homomorpha, ægre secedentia; catenulæ rectiusculæ.
Gyroceras. Conidia homomorpha, ægre secedentia; catenulæ incurvæ.
Heterobotrys. Conidia dimorpha, catenulata majora et glomerata minora.

C) Conidia in glomerulos v. racemulos digesta [*Echinobotryeæ*].
Echinobotryum. Conidia typice ovoideo-piriformia, levia v. asperula.

Subsect. 2. Macronemeæ Sacc.

Hyphæ manifestæ et a conidiis distinctæ.

A) Conidia fusca, rarius (in *Acrotheciæ*, *Trichosporii* spec.) subhyalina.
† Conidia non catenulata.
§ Conidia capitata [*Periconieæ*].
Stachybotrys. Hyphæ fertiles simplices, fuscæ apice basidiis heterogeneis coronatæ.

Periconia. Hyphæ simplices, fuscæ, apice simplici v. brevi-ramuloso; conidia globosa v. ovoidea. Saprophila.

Periconiella. Hyphæ simplices, fuscæ, apice brevi-ramulosæ. Biophila.

Cephalotrichum. Hyphæ simplices, fuscæ, apice bis, acute ramulosæ.

Camptoum. Hyphæ simplices hyalinæ, fusco-annulatæ; conidia curva.

Acrotheca. Hyphæ simplices, fuscæ apice simplici; conidia fusoidea fusca v. subhyalina.

Synsporium. Hyphæ infra medium furcatæ, apice simplici.

§§ Conidia verticillato-pleurogena [*Arthrinieæ*].

Gonatobotryum. Hyphæ fuscæ; conidia ovoidea.

Arthrinium. Hyphæ hyalinæ, fusco-annulatæ; conidia fusoidea.

Goniosporium. Hyphæ hyalinæ, fusco-annulatæ; conidia globoso-angulosa.

§§§ Conidia vage inserta [*Trichosporieæ*].

* Laxiusculæ, typice saprogenæ.

a) Hyphæ subæquales.

Virgaria. Hyphæ fertiles erectæ simplices v. furcatæ, rectæ.

Acrospeira. Hyphæ fertiles erectæ, ramis apice circinatis; conidia mesogena.

Streptothrix. Hyphæ fertiles erectæ, ramis ramulisque pluries spiraliter tortis; conidia exogena.

Zygodesmus. Hyphæ omnes subrepentes ramis rectiusculis; conidia typice echinulata. (Adsunt species fere Mucedineæ, *Hypochnis* simillimæ).

Trichosporium. Hyphæ repentes, ramis rectiusculis; conidia sessilia (subinde subhyalina).

Rhinocladium. Hyphæ repentes, ramis rectiusculis; conidia stipitellata.

Campsotrichum. Hyphæ repentes, ramis curvis v. flagelliformibus (habitus melioloideus).

b) Hyphæ hinc v. inde vesiculoso-inflatæ.

Œdemium. Hypharum vesiculæ (sporigeræ) pleurogenæ.

Cystophora. Hypharum vesiculæ (sporigeræ) acrogenæ.

** Crustaceo-intertextæ, biogenæ.

Glenospora. Conidia majuscula hypharum ramulis diu hærentia, acro-pleurogena.

§§§§ Conidia in hyphis simplicibus erectis solitarie acrogena [*Monotosporeæ*].

Monotospora. Hyphæ steriles obsoletæ; fertiles discretæ longiusculæ.

Hadrotrichum. Hyphæ steriles obsoletæ; fertiles basi fasciculatæ, breves.

Acremoniella. Hyphæ steriles copiosæ, emittentes ramos fertiles erectos breves, simplices.

†† Conidia catenulata [*Haplographieæ*].

§ Hyphæ steriles omnes repentes v. obsoletæ.

Catenularia. Hyphæ fertiles simplices apice catenam conidiorum gerentes.

Haplographium. Hyphæ fertiles simplices apice capitato-ramulosæ; ramuli catenigeri.

Dematium. (*Sporodum* Corda). Hyphæ fertiles subsimplices lateribus catenulas conidiorum gerentes.

Prophytroma. Hyphæ fertiles subsimplices, apice conidia isthmis cylindricis connexa 2-3-catenulata gerentes.

Hormodendron. Hyphæ sursum dendroideo-ramosæ; rami catenigeri.

(*Gonatorrhodum*. Hyphæ simplices nodosæ; nodi catenigeri. Cfr. inter *Mucedineas*).

§§ Hyphæ steriles quædam erectæ simplices.

Hormiactella. Hyphæ fertiles, sterilibus intermixtæ, in catenas dichotomas abeuntes.

B) Conidia hyalina v. subhyalina (hyphæ fuscæ).

† Conidia in parte inferiore v. ad pedem hypharum erectarum in basidiis brevibus heteromorphis acrogena.

α) Conidia solitaria v. catenulata non capitata [*Sarcopodieæ*].

* Conidia solitaria.

a) Superficiales.

Sarcopodium. (*Tricholeconium* Corda). Hyphæ steriles simplices tortuosæ; basidia simplicia radicalia; conidia bacillaria.

Helicotrichum. Hyphæ steriles simplices apice circinatæ; basidia simplicia radicalia; conidia bacillaria.

Botryotrichum. Hyphæ steriles simplices rectiusculæ; basidia ramulosa radicalia; conidia globosa.

Circinotrichum. Hyphæ steriles repetito dichotomæ, ramis arcuatis, continuis; basidia teretiuscula radicalia.

Ceratocladium. Hyphæ steriles repetito dichotomæ, ramis arcuatis, septatis; basidia ampulliformia secus hyphæ partem inferiorem inserta.

b) Erumpenti-superficiales (acervulatæ).

Ellisiella. Hyphæ steriles simplices; basidia simplicia; conidia fusoidea typice setigera.

** Conidia laxe catenulata.

Steirochæte. Hyphæ steriles simplices (suberumpentes); conidia basilaria ovoidea.

β) Conidia capitato-glomerulata (an primitus vesiculâ inclusa?) [*Myxotricheæ*].

Bolucotricha. Hyphæ steriles simplices apice eximie circinatæ.

Myxotrichum. Hyphæ steriles simples deorsum ramosissimæ apice sæpius nudæ.

†† Conidia hyphis hommnorphis adnata.

§ Conidia solitaria (non catenulata nec capitata) [*Chloridieæ*].

Chloridium. Hyphæ erectæ omnino simplices; conidia pleurogena (subspicata) globosa v. oblonga.

Chætopsis. Hyphæ erectæ prope medium ramulosæ; conidia cylindracea.

Mesobotrys. Hyphæ erectæ prope medium ramulosæ; conidia ovoidea.

Menispora. Hyphæ erectæ sursum vage ramosæ; conidia falcata, sæpe muco conglobata, subinde aristata (in subg. *Eriomene*).

Verticicladium. Hyphæ erectæ bis ter verticillato-ramosæ; conidia globulosa v. ovoidea.

Zygosporium. Hyphæ erectæ simplices, supra basin ramulum apice bisporum gerentes; conidia globosa.

Gonytrichum. Hyphæ decumbentes ramosæ hinc hinde nodoso-spinosæ; conidia globulosa v. ovoidea.

Cladorrhinum. Hyphæ subdecumbentes ramosæ, vage spinuligeræ; conidia globulosa.

§§ Conidia capitato-aggregata [*Stachylidieæ*].

Scopularia. Hyphæ simplices erectæ apice sub-penicillato-capitata; conidia ovoidea muco obvoluta.

Fuckelina. Hyphæ simplices erectæ apice verticillo basidiorum coronatæ; conidia globulosa.

Stachylidium. Hyphæ sub-verticillato-ramosæ, erectæ; conidia glomerata in apice ramulorum.

§§§ Conidia catenulata [*Chalareæ*].

Chalara. Hyphæ simplices breves erectæ apice in conidia cylindrica catenulata abeuntes.

Tribus **Coniosporieæ** Sacc.

CONIOSPORIUM Link Obs. myc. I. pag. 8, em. Sacc. Mich. II, p. 21 (Etym. *conia* pulvis et *spora*), *Papularia* Fr., *Gymnosporium* Pers. — Conidia globulosa v. ovoidea v. discoidea, ex hyphis brevissimis hyalinis oriunda, plerumque effuso-fœdantia. — Genus *Coniosporium* Link (1795) non differt a genere *Gymnosporio* Pers. (1798); primum ergo servandum. — Plures species, præcipue Cordeanæ, imperfecte definitæ et vix hujus loci.

i. In Dicotyledoneis herbaceis.

1. **Coniosporium epiphyllum** Sacc. Mich. II, p. 149. — Acervulis minutis, atris, epiphyllis, punctiformibus v. confluentibus, vix pulverulentis; conidiis globulosis, 8–10 μ. diam. fuligineis. 1121

Hab. in pag. sup. foliorum Batatæ edulis in Carolina austr. Amer. bor. (Ravenel).

2. **Coniosporium capnodioides** Sacc. Mich. I, p. 557 et F. it. t. 733. — Epiphyllum, effusum, nigro-olivaceum, superficiale; conidiis oblongo-ovoideis, 7–8 = 4, fusco-fuligineis; basidiis brevissimis, hyalinis e strato proligero, celluloso, fuligineo orrundis. 1122?

Hab. in foliis nondum emortuis Lysimachiæ nummulariæ, Conegliano Italiæ bor.

3. **Coniosporium Fuckelii** Sacc. *Gymnosporium nigrum* Fuck. Symb. mycc. p. 352, t. I. f. 12. — Acervulis punctiformibus, sæpe confluentibus, aterrimis; conidiis globosis, paucioribus obovatis, uniguttulatis, simplicibus, 12 μ. diam., pallide fuscis. 1123

Hab. in caulibus putridis Rumicis crispi in Rhenogavia.

4. **Coniosporium harknessioides** (Ell. et Hol.) Sacc. *Gymnosporium harknessioides* Ell. et Hol. Journ. Myc. I, p. 6. — Conidiis superficialibus, maculiformiter acervulatis, amphigenis sed plerumque hypophyllis, ellipsoideis, 20 = 12, atro-brunneis utrinque breve et obtuse hyalino-apiculatis. 1124

Hab. in foliis Phrymæ leptostachyæ, Lophanthi, Rosæ, Kansas Amer. bor. (Holway, Kellerman). — Conidia *Sordariæ* ascosporis analoga.

5. **Coniosporium apiosporioides** Sacc. Mich. II, p. 293, F. it. t. 732. — Effusum, pulverulum, atro-nitens; conidiis perfecte sphæricis, 18 μ. diam., atrofuliginei, impellucidis, denique irregulariter fissilibus e strato proligero cellulari fusco oriundis. 1125

Hab. in cortice Lagenariæ putri, sociâ *Vermicularia Wallrothii*, Selva Italiæ bor. — Conidiis majusculis, atro-nitidulis statim dignoscenda species.

II. In Dicotyledoneis lignosis.

6. **Coniosporium melanconideum** Sacc. Mich. II, p. 293, F. ital. t. 734. — Acervulis minutissimis, gregariis confluentibusque aterrimis, superficialibus; conidiis oblongo-fusoideis vel subpiriformibus, sæpe inæqualibus vel subangulosis, 10–11 = 4–5½, atro-olivaceis, crasse 1–2-guttatis, stipitellis brevissimis hyalinis initio fultis. 1126

Hab. in ligno ramisque decorticatis Sambuci nigræ, quæ fœdantur. Selva Italiæ bor. — Conidiorum formâ statim dignoscenda species.

7. **Coniosporium atrum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2404. — Peridiis (?) oblongis ovatis, aggregatis; extus e conidiis subalbo-pulverulentum. 1127

Hab. late effusum in interiori latere trunci Cerasi, Bethlehem Amer. bor.

8. **Coniosporium Tetrantheræ** (Thüm.) Sacc. *Gymnosporium Tetrantheræ* Thüm. in Revue Myc. — Cæspitibus epiphyllis, longe lateque effusis, laxis, pulvereis, tenuissimis, fuligineo-atris, indeter- 1128

minatis, margine obliterato; conidiis globosis vel rotundo-subellipticis, fuscis, nucleo medio parvulo, episporio tenui, 9–10 μ. diam.

Hab. in foliis vivis Tetrantheræ Gardneri in insula Ceylon (Thwaites).

9. **Coniosporium decipiens** (B. et C.) Sacc. *Gymnosporium decipiens* B. et C. Cuban Fung. n. 587. — Effusum, epidermide tectum, nigrum; conidiis obovatis brevissime pedicellatis, 14–15 ≈ 12. 1129

Hab. in ramis emortuis Diptericis (*Congo Bean*) in Cuba.

10. **Coniosporium phæospermum** (Corda) Sacc. Mich. II, p. 292, F. it. t. 1198, *Gymnosporium phæospermum* Corda Ic. fung. I, p. 1. — Acervulis sparsis, punctiformibus, aterrimis; conidiis pulverulentis, nigricantibus, hyphulis brevissimis brunneolis suffultis, lentiformibus, levibus, eguttulatis, 7–10 ≈ 5–6. 1130

Hab. in ligno ramulorum emortuorum Pini, Gleditschiæ, Salicis, Citri Limonum in Bohemia et Italia.

11. **Coniosporium olivaceum** Link Obs. I, p. 8, Nees Syst. f. 22. — Acervulis parvis rotundatis v. oblongis ½–1 mm. long.; conidiis coacervatis subovatis v. subirregularibus olivaceis. 1131

Hab. in contignationibus e Pino maritima factis in Lusitania.

12. **Coniosporium nigrum** Fr. S. M. IV, p. 256. — Acervulis tenuibus elongatis, 2 mm. long.; conidiis ovoideo-rotundatis; acervulis tenuioribus elongatis. 1132

Hab. in parietibus e Pino silvestri exstructis in silvis Smolandiæ.

13. **Coniosporium aterrimum** (Corda) Sacc. Mich. II, p. 293, *Gymnosporium aterrimum* Corda Ic. fung. II, p. 1. tab. VIII, fig. 2. — Effusum, aterrimum, pulverulentum; conidiis globulosis, 5–7 μ. diam., nigricantibus, pulvereo-inspersis. 1133

Hab. in lignis decorticatis salicinis etc. putrescentibus in Bohemia, Italia, Fennia. — * **C. punctoideum** Karst. Hedw. 1884, p. 41: typo fere dimidio minus; conidiis sphæroideo-ellipsoideis v. sphæroideis, 6–7 ≈ 4 v. diam. 3–6 μ. Ad lignum vetustum pineum in Kianta Fenniæ (E. Wainio).

14. **Coniosporium stromaticum** Corda Ic. fung. I. p. 1, fig. 5. — Effusum nigrum; conidiis ovoideis opacis asperulis aterrimis 30 μ. long., stromate spurio vesiculoso albo v. nullo suffultis. 1134

Hab. in ligno denudato pineo in Bohemia.

15. **Coniosporium biguttatum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium biguttatum* Corda Ic. fung. II, p. 1, fig. 3. — Acervulis gregariis, deplana- 1135

tis, pulverulentis, olivaceo-atris; conidiis magnis, oblongis utrinque rotundatis curvatis olivaceo-fuscis plerumque biguttatis, 12 ≈ 14 μ. longis.

Hab. in cortice putri Coniferarum, Brezina Bohemiæ.

16. **Coniosporium Buxi** West. Bull. Soc. bot. Belg. II, p. 249, fig. 7. 1136
Kickx Fl. cr. Fl. II, p. 90. — Acervulis expansis, indeterminatis, nigro-brunneis, initio subepidermicis dein erumpentibus; conidiis primo globulosis, dein ovoideis v. piriformibus, rufo-brunneis 3-10 μ. longis; basidiis hyalinis brevissimis.

Hab. in ramis emortuis dejectis Buxi. Termonde in Belgio.

17. **Coniosporium brevipes** Corda Ic. fung. I, pag. 1, fig. 4. — Effusum atrum; conidiis erectis; pedicellatis, obovatis, opacis, atro-fuscis, intus luteo-nucleatis, 30-36 μ. longis; basidiis brevissimis subinde 1-septatis. 1137

Hab. in interiore corticis Alni, Reichenberg Bohemiæ.

18. **Coniosporium miserrimum** Karst. Hedw. 1884, p. 40. — Acervulis minimis gregariis superficialibus, aterrimis; conidiis sphæroideo-ellipsoideis, sæpe inæqualibus v. subangulosis, fuscis pellucidisque (sub lente), 4-6 ≈ 3-4, vel 3-6 μ. diam. 1138

Hab. in cortice levi Betulæ albæ, Kianta Fenniæ (E. Wainio).

19. **Coniosporium notatum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium notatum* Corda Ic. fung. I, p. 2, fig. 18. — Effusum, tenuissimum, fuscum; conidiis globosis fuscis pellucidis, medio puncto minuto (nucleo?) atro notatis, 3-3,5 μ. diam. 1139

Hab. in ligno denudato Fagi in Bohemia.

20. **Coniosporium variabile** (Peck) Sacc. *Gymnosporium variabile* Peck 33, Rep. St. Mus. p. 27. — Cæspitulis effusis, pulverulentis; hyphis sparsis, diffusis, pallidis; conidiis copiosis, variabilibus, globosis, ellipticis vel oblongo-fusiformibus, purpurascenti-brunneis, 12-30 ≈ 12-14. 1140

Hab. in lignis terra dejectis putrescentibus, Albany Amer. bor. — Ob colorem non omnino atrum ad *Chromosporium* nutat.

21. **Coniosporium xylographoides** (Corda) Sacc. *Gymnosporium xylographoides* Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 13. — Acervulis atris linearibus, minutis, brevibus; conidiis oblongis fuscis 1-nucleatis, 6 μ. longis, utrinque rotundatis. 1141

Hab. in ligno sicco prope Reichenberg Bohemiæ.

22. **Coniosporium? rigidum** (Corda) Sacc. *Coccularia rigida* Corda Sturm D. C. Fl. t. 60, Cfr. Corda Anl. p. 12. — Effusum atrum; 1142

conidiis membranaceis opacis, liberis, subglobosis v. oblongis, rigidis nucleo granuloso dein pulvereo, maculâ atrâ stromaticâ insidentibus.

Hab. in ligno aëri diu exposito fere consumpto Quercus in Bohemia.

23. **Coniosporium lignifragum** Mont. Fl. Chil., VIII, p. 36, Syll. Crypt. n. 1138. — Acervulis magnis crassis pulvinulatis atro-inquinantibus; conidiis subsessilibus sphæricis opacis levibus. 1143

Hab. in ligno denudato, Chile (Gay).

24. **Coniosporium fusidioides** (Corda) Sacc. *Gymnosporium fusidioides* Corda Ic. fung. p. 1, fig. 16. — Acervulis minutis confertis linearibus atris; conidiis ovatis pallide fuscis, diaphanis, 2-guttatis, 8-9 μ. longis, utrinque rotundatis. 1144

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

25. **Coniosporium Pseudacaciæ** (Schw.) Sacc. *Cryptosporium Pseudoacaciæ* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2988. — Acervulis superficialibus 1-2-linearibus, rotundis, parum elevatis, nigris, maculam efficientibus, superficie quasi punctulatis; aquæ immersum solvitur in conidia minutissima fusca. 1145

Hab. in foliis Robiniæ, Bethlehem Amer. bor.

26. **Coniosporium socium** Sacc. et Roum. Mich. II, p. 360, F. it. t. 375. — Cæspitulis hypophyllis, minutis, nigris; conidiis globulosis, 8 μ. diam., basi breve apiculatis, olivaceo-fuligineis, guttulatis. 1146

Hab. in foliis quercinis, Aubenas (Ardèche) Galliæ (Therry).

— Forte status micro-conidicus *Cookellæ microscopicæ* Sacc.

27. **Coniosporium Fumago** (Schw.) Sacc. *Fusidium Fumago* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2995. — Cæspitulis effusis, aterrimis, omnino *Fumaginem* revocantibus, sed (lente adhibita) constantibus ex innumeris nudis atris pellucidis conidiis brevibus fusiformibus curvatis, obscure septatis, utrinque interdum subacutis, interdum obtusatis. 1147

Hab. late effusum in foliis vigentibus Ribis, Nazareth Americæ borealis.

28. **Coniosporium strobilinum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2405. — Densissime aggregatum, maculas effiguratas aterrimas formans; acervulis subimmersis minutissimis linearibus, parallele sed breviter confluentibus, statu madido subnitentibus, sicco vix distinguendis subpulverulentis. 1148

Hab. in interiori latere squamarum strobilorum Pini inopis prope Philadelphiam Amer. bor.

29. **Coniosporium fructigenum** Corda Ic. fung. I, p. 1, f. 1. — Effusum, atrum; conidiis subcuneatis irregularibus, violaceo-opacis, effusis. 1149

Hab. in seminibus (pineolis) Pini pineæ in Italia.

III. In Monocotyledoneis.

30. **Coniosporium Arundinis** (Corda) Sacc. Mich. II, p. 124, *Papularia Arundinis* (Corda) Fr. S. Veg. p. 509, Sacc. Spec. Myc. Ven. pag. 179, t. XVI, fig. 49–51, *Gymnosporium Arundinis* Corda Ic. F. II, fig. 1. — Conidiis in acervulos elongatos secus fibras culmorum parellele seriatos digestis v. effusis, pseudostromate lutescenti insidentibus, crasse lenticularibus ambitu circularibus v. subangulosis 8–12 μ. diam., 4–6 μ. cr. junioribus ferrugineis, maturis luce directâ aterrimis, nitentibus, luce refractâ obscure olivascentibus prope marginem zonâ angustissimâ dilutiore cinctis, centro sæpius 1-guttulatis. 1150

Hab. in culmis vaginisque Phragmitis communis, Arundinis Donacis, A. mauritanicæ in Bohemia, Italia, Gallia, Britannia, Germania, Austria, Algeria, America bor.

31. **Coniosporium Donacis** (Niessl) Sacc. *Gymnosporium Donacis* Niessl in Hedw. 1878, p. 176. — Conidiis fusiformibus, rectis, continuis, fuliginosis 8–10 = 2. 1151

Hab. in foliis languescentibus Arundinis Donacis, Calcutta Indiæ (Doct. Kurz). — An *Fusella?*

32. **Coniosporium inquinans** Dur. et Mont. Fl. Alg., I, p. 327, Syll. Crypt. n. 1137. — Effusum, aterrimum; acervulis rotundis v. oblongis confluenti-difformibus; conidiis ovato-globosis opacis fuscis, e filis seu hyphis immixtis orientibus. 1152

Hab. in culmis Arundinis mauritanicæ et A. Donacis delapsis, quas pulvere atro inquinat, in Algeriæ pluribus locis (Durieu) et in Lusitania (Moller).

33. **Coniosporium cinctum** (B. et Br.) Sacc. *Gymnosporium cinctum* B. et Br. F. of Ceyl. n. 812. — Conidiis globosis, aterrimis, 5 μ. diam.; hyphis erectis septatis cinctis. 1153

Hab. in foliis Andropogonis muricati Danbqul, Ceylon. — Habitus *Excipulæ*, sed conidia *Coniosporii*. «An potius *Myrothecium* v. *Chætostroma?*».

34. **Coniosporium lineare** (B. et Br.) Sacc. *Gymnosporium lineare* B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 814. — Soris linearibus, e cuticula bilabiatis; conidiis obovatis brevissime stipitatis 12–13 μ. longis. 1154

Hab. in Andropogone muricato in insula Ceylon.

35. **Coniosporium gramineum** (E. et E.) Sacc. *Gymnosporium gramineum* Ell. et Everh. Journ. myc. I, p. 44. — Acervulis minutis, elongatis vel subrotundis, 1-3 mm. diam., nigris, *Torulam herbarum* æmulantibus; conidiis globosis v. subovatis, 3-4 μ. diam. 1155

Hab. in culmis foliisque emortuis Arundinariæ, Low County, South Carolinæ Amer. bor. (Ravenel).

36. **Coniosporium vinosum** (B. et C.) Sacc. *Gymnosporium vinosum* B. et C. F. of Ceyl. n. 586. — Soris minutis linearibus cuticula tectis; conidiis obovatis utrinque obtusissimis 25 μ. diam. 1156

Hab. in foliis emortuis Sacchari in insula Ceylon.

37. **Coniosporium Oryzæ** (Catt.) Sacc. *Gymnosporium Oryzæ* Catt. Mic. Riso p. 5, tab. XIV, fig. 11. — Cæspitulis atris, subglobosis, discretis vel confluentibus; conidiis crebris, ovoideis, 9-11 ≃ 4, fuscis; episporio levi subdiaphano, nucleo luteo-livido, guttulis plerumque repleto; hyphis brevibus subramosis, torulosis. 1157

Hab. in culmis putrescentibus Oryzæ in Italia bor.

38. **Coniosporium rhizophilum** (Pr.) Sacc. Mich. II, p. 124, *Gymnosporium rhizophilum* Preuss F Hoyersw. n. 5. — Atrum; acervulis sublinearibus erumpenti-superficialibus; conidiis globosis v. subangulosis 8-10 μ. diam. ex hyphulis filiformibus hyalinis septulatis oriundis, mox secedentibus, fuscis. 1158

Hab. in rhizomate Tritici repentis et Agrostidis corrupto in Germania, Italia, Gallia.

39. **Coniosporium culmigenum** (Berk.) Sacc. *Gymnosporium culmigenum* Berk. Fl. New. Zeal. pag. 197. — Aterrimum, soriforme; conidiis subglobosis, episporio tenui, 8-9 μ. diam. 1159

Hab. in culmis putridis in Nova Zelandia (Colenso).

40. **Coniosporium circumscissum** (B. et Br.) Sacc. *Gymnosporium circumscissum* B. et Br. F. of Ceyl. n. 811. — Maculis oblongis, cuticula circumscissa; conidiis nigerrimis, globosis vel subglobosis, levibus, 7-8 μ. diam. 1160

Hab. in Bambusa, Peradeniya ins. Ceylon.

41. **Coniosporium Bambusæ** (Thüm. et Bolle) Sacc. Mich. II, p. 124, *Gymnosporium Bambusæ* Thüm. et Bolle Contr. Funghi Litor. p. 6, fig. 12. — Acervulis gregariis, irregularibus, sæpe confluentibus, aterrimis, eximie inquinantibus; conidiis globosis vel ellipticis, griseo-fuscis vel castaneo-fuscis, margine subdepresso, nucleo medio obscuriore, 4-6 μ. diam. vel 6-9 ≃ 4-5, subpellucidis. 1161

Hab. ad culmos et folia emortua Bambusæ arundinaceæ, B. nigræ et B. maximæ in Italia bor., Austria, Gallia, Lusita-

nia. — *C. arundinaceo* proximum, sed ob dispositionem acervulorum et magnitudinem coloremque conidiorum satis differt.

42. **Coniosporium crustaceum** Sp. F. Argent. Pug. II, pag. 150. — 1162
Acervulis elongato-linearibus, longitudinalibus, sæpe confluendo difformibus, magnitudine ludentibus, aterrimis, crustaceis, primo tectis dein erumpentibus; conidiis globosis vel ellipticis non rarius difformibus, granuloso-farctis, 7-8 μ. diam., intense ac subopace fuligineis.

Hab. in petiolis foliisque putrescentibus Trithrinacis brasiliensis prope la Recoleta Argentinæ.

43. **Coniosporium confusum** (B. et Br.) Sacc. *Gymnosporium confusum* B. et Br. F. of Ceyl. n. 813. — Effusum, nigrum; conidiis magnis subglobosis, 20-25 μ. diam. 1163

Hab. in foliis, ut videtur, cujusdam Palmæ in Ceylon, sociâ *Monotosporâ fusigerâ.*

44. **Coniosporium Ananassæ** (Zimm.) Sacc. Mich. II, p. 361, *Gymnosporium Ananassæ* Zimm. in Rev. Myc. II, p. 29. — Cæspitulis explanatis sæpe striæformibus, atris; conidiis ellipsoideis seu ovatis, simplicibus, uniguttulatis 16 = 10, subopacis fuscis. 1164

Hab. in pag. infer. foliorum Ananassæ sativæ in Gallia.

IV. In Acotyledoneis.

45. **Coniosporium Brunaudianum** (Thüm.) Sacc. *Gymnosporium Brunaudianum* Thüm. in Roumeg. Rev. mycol. — Acervulis minutissimis, sparsis, atris in hymenii aculeis, superficiem eorum vix colorantibus; conidiis solitariis, raro conglobatis, fusiformibus vel cymbæformibus, utrinque acutatis, spadiceis, medio nucleo firmo præditis, 11-13 = 5. 1165

Hab. in hymenio Hydni subtilis, Saintes Galliæ (Brunaud).

46. **Coniosporium polyporeum** Kalchbr. Szep. Gomb. Jeg. p. 299. — 1166
Conidiis minutis, ovatis, pellucidis, flavo-fuscis.

Hab. in pube Polypori versicoloris eamque strato pulverulento obducit, in Hungaria.

47. **Coniosporium Verticillii** Corda Ic. fung. I, p. 1. fig. 3. — Conidiis ovatis liberis, asperis, rufo-fuscis, opacis; basidiis nullis. 1167

Hab. in Verticillio affini in Bohemia.

48. **Coniosporium Helminthosporii** Corda Ic. fung. I. p. 1, fig. 2. — 1168
Conidiis solitariis obovatis, brevissime pedicellatis, luteo-fuscis, intus guttulatis, basi apiculatis, 18-20 μ. long.

Hab. in hyphis Helminthosporii fusiformis, Reichenberg Bohemiæ.

49. **Coniosporium Fusidii** (Fuck.) Sacc. *Gymnosporium Fusidii* Fuck. Symb. p. 352, t. I, fig. 11. — Acervulis laxis, minutis, atris; conidiis globosis, apiculatis, paucioribus obovatis, simplicibus, uniguttulatis, 10 μ. diam., subopacis, fuscis. 1169

Hab. in cæspitulis Fusidii pallidi, in foliis subvivis Quercus pr. Œstrich Rhenogoviæ.

50. **Coniosporium Physciæ** (Kalch.) Sacc. *Gymnosporium Physciæ* Kalchbr. Szep. Gomb. Jeg. p. 299. — Conidiis minutis, ovoideis semipellucidis, stratum superficiale, pulverulentum, aterrimum formantibus. 1170

Hab. in apotheciis Physciæ parietinæ in Hungaria et King's Lynn Britanniæ.

Species mihi ignotæ.

51. **Coniosporium quercicolum** Lasch H. myc. n. 85. — In agro Driesen. 1171

52. **Coniosporium Zeæ** Opiz Lotos 1855, p. 41. — In agro Prag. 1172

FUSELLA Sacc. (Etym. *fusus*). — Hyphæ subrepentes, parcæ, nodulosæ. Conidia fusoidea, fasciculata cæspitosa, continua, guttulata, fusca. — Cfr. *Coniosporium Donacis*.

1. **Fusella patellata** (Bon.) Sacc. *Fusidium patellatum* Bon. Bot. Zeit. 1861, p. 194, t. VIII, f. 1, Abhandl. I, p. 87. — Erumpens, epixyla; cæspitulis minimis, primo convexis dein patellato-concavis brunneis; conidiis longis, fusiformibus, fuscis, apice obtusiusculis, rectis curvulisve; basidiis brevibus repentibus nodulosis hyalinis. 1173

Hab. in ligno denudato in Guestphalia.

2. **Fusella olivacea** (Corda) Sacc. *Fusidium olivaceum* Corda Ic. fung. I, p. 1, f. 54. — Cæspitulis subeffusis olivaceo-atris, decolorantibus; conidiis majusculis oblongis utrinque obtusis, olivaceis, semipellucidis. 1174

Hab. in caulibus emortuis Umbelliferarum in Bohemia.

3. **Fusella xylophila** (Corda) Sacc. *Gymnosporium xylophilum* Corda Ic. fung. I, p. 1, fig. 15. — Effusa, olivacea; conidiis minutis intense olivaceis fusoideis utrinque acuminatis, 6 μ. longis. 1175

Hab. in ligno sicco Pini in Bohemia.

Trib. 2. **Toruleæ** Sacc.

TORULA Pers. Syn. p. 693 em. Sacc. Mich. II, p. 21 (Etym. *torulus* parvus funis). — Hyphæ steriles decumbentes; fertiles breves vel brevissimæ v. a conidiis vix diversæ. Conidia in catenas digesta, singulatim v. per series (*Tetracolium* Link) secedentia, homomorpha continua, fusca v. atra globosa, oblonga v. subfusoidea. — Genus in posterum accuratius revisendum et forte dividendum. Adsunt species conidiis globosis asperis (*Trachytora* Sacc.) et aliæ conidiis subcuboideis, quæ a typo desciscunt. Hæ postremæ, ubi conidiis satis inter se cohærentibus utantur, vix differunt a genere *Hormiscio*, cui accedit *Gyroceras*.

I. *Eu-Torula.*

Conidia levia.

A) In Dicotyledoneis lignosis.

1. **Torula pulvinata** Sp. F. Argent. Pug. III, n. 148. — Pulvinulis tenuibus, pulverulento-velutinis, atro-olivaceis, magnitudine maxime ludentibus; conidiis 4-5 catenulatis (catenulis 20-30 = 7), loculis subglobosis, atris, levibus, difficillime secedentibus. 1176

Hab. in fibris interioribus trunci vetusti putrescentis Pircuniæ dioicæ prope el Bagnado de San José de Flores Argentinæ.

2. **Torula brevissima** B. et C. North Am. Fungi n. 506. — Catenulis brevibus 2-3-articulatis, simplicibus, sursum leniter incrassatis v. æqualibus articulis constrictis; hyphis sporophoris crassiusculis brevibus. 1177

Hab. in cortice Hibisci syriaci in Carolina inf. Amer. bor.

3. **Torula Securinegæ** Thüm. in Fung. nov. exot. Dec. pag. 3. — Cæspitulis minutis, hypophyllis, sparsis, dilute flavidis, pulvereis, laxe insidentibus; conidiis catenulatis, plus minusve globosis vel ovoideo-globosis, episporio crasso, achrois vel vix pallidissime flavescentibus, plerumque 5 μ. diam. 1178

Hab. ad folia viva Securinegæ nitidæ in insula Bourbon (D. Keck).

4. **Torula Caraganæ** Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 134. — Ramos late ambiens et crustam effusam, tenuem, nitido-atram formans; conidiis e globoso ellipticis, catenulatis, griseo-fuscis, sæpe ad polos acutatis, 4-7 μ. diam. 1179

Hab. in cortice vivo Caraganæ arborescentis, Minussinsk Sibiriæ asiaticæ.

5. **Torula disciformis** Corda Ic. fung. I, p. 8, f. 131. — Erumpens; cæspitulis disciformibus, oblongo-rotundatis, epidermide cinctis, atris; catenis abbreviatis, aggregatis, 2-3-sporis; conidiis globosis, olivaceo-atris, semipellucidis. 1180

Hab. in ramis arborum frondosarum in Bohemia, et in ramulis adhuc pendulis Lycii barbari in Rhenogovia.

6. **Torula æqualis** B. et C. North Am. Fungi. n. 508. — Catenulis simplicibus 3-4-articulatis e matrice absque sporophoro ullo manifesto oriundis; articulis oblongo-ellipticis. 1181

Hab. in cortice Cyrillæ in Carolina inf. Amer. bor. — Catenulæ rarius 5-sporæ.

7. **Torula fuliginosa** (W.) Sacc. *Oospora fuliginosa* Wallr. Fl. crypt. n. 1576. — Conidiis concatenatis tenerrimis, in stratum crassum pulverulentum effusum aggregatis fuliginoso-olivaceis, dein in articulos globosos exiguos secedentibus. 1182

Hab. ad corticem Fraxini putridum in Thuringia (Wallr.).

8. **Torula olivascens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2766. — Pulvinulis elongatis, confluentibus, olivaceo-nigris, subseriatis; catenis grosse articulatis et quasi ramosis. 1183

Hab. in libro corticis, epidermide orbato, Catalpæ, Bethlehem Amer. bor.

9. **Torula dimidiata** Penz. Mich. II, p. 466, F. it. t. 1196. — Cæspitibus effusis, irregularibus, brunneo-atris, velutinis; hyphis repentibus, conidiorum catenulis similibus; catenulis plus minusve longis, rectis v. arcuatis, sæpius ramosis, articulis isodiametricis v. longitudine latioribus antice posticeque compressis sæpissime septo tenuiore dimidiatis, interdum longitudinaliter septatis, fuligineis, 4-5 μ. d. 1184

Hab. in cortice ramulorum Citri Limonum in Horto Botanico Patavino Ital. bor. — *F. reptanti* Corda subaffinis. — « An *Hormiscium?* ».

10. **Torula glutinosa** C. et Harkn. in Grevillea 1880, p. 7. — Epiphylla; maculis atris orbicularibus; hyphis ramosis vel furcatis, brunneis; articulis subquadratis, 6,5 μ. diam. 1185

Hab. in foliis Eriodictyii glutinosi in California. — « An *Hormiscium?* ».

11. **Torula septonema** Preuss F. Hoyersw. n. 5. — Cæspitibus effusis, atris; mycelio ramoso; catenis conidiorum erectis, ramosis; conidiis subquadratis, fuscis, pellucidis. 1186

Hab. in ligno et cortice Mali, Hoyerswerda. — « An *Hormiscium?* ».

12. **Torula subramosa** (Link.) Sacc. *Oospora subramosa* Wallr. Fl. cr. n. 1575, *Oidium subramosum* Link. Sp. pl. Fungi I, p. 125. — Conidiis concatenatis erectiuscule parce ramosis dense aggregatis, fusco-nigris, in articulos ovales demum secedentibus. 1187

Hab. ad ramos dejectos fruticum, Rosarum præprimis, circa Lipsiam Germaniæ (Kunze).

13. **Torula Sambuci** Fuck. Symb. myc. App. II, p. 77. — Acervulis plerumque linearibus, parallele dispositis seu punctiformibus, pulvereis, atro-olivaceis; catenulis ramosis, facillime decedentibus; conidiis valde variis, rotundatis, ovatis, ellipticis, angulatis, plerumque 8 μ. long., nucleatis, fuscis, levibus. 1188

Hab. in ramis putrescentibus decorticatis Sambuci racemosæ in Rhenogovia.

14. **Torula antennata** Pers. M. Eur. I, p. 21, Sturm D. Crypt. Fl. t. 39, Sacc. F. it. t. 946, *Monilia antennata* Pers. Syn. p. 691, *Hormiscium antennatum* Bon. Handb. t. III, fig. 83 (bona). — Cæspitulis effusis pannosis, atro-violaceis v. atro-ochraceis; hyphis fertilibus, filiformibus, brevibus; conidiis oblongis, inæqualibus 10–15 ≈ 3–4, quandoque ad medium leniter constrictis, numquam septatis, 1–3-hyalino-guttulatis, fuligineis, in catenulas longiusculas, quandoque furcatas satis persistenter connexis. 1189

Hab. in ligno cæso Fagi, Fraxini, Vitis, Coryli in Germania, Italia, Gallia.

15. **Torula composita** Preuss F. Hoyersw. n. 17, Sturm D. C. Fl. tab. 33. — Cæspitulis effusis tenuibus atris; catenis adscendentibus flexuosis simplicibus brevibus longisve ex catenulis subfusiformibus 4–5-meris compositis; conidiis subquadratis fusco-atris semipellucidis, novellis intus guttulatis. 1190

Hab. in ligno molliore Alni glutinosæ pr. Hoyerswerda. — «An *Hormiscium* v. *Septonema?*».

16. **Torula alnea** Peck Rep. on the St. Mus. N. Y. — Catenis conidiorum cæspitulosis, erumpentibus, nigris; articulis seu conidiis nucleatis, cuboideo-globosis, ad septa leniter constrictis, hinc inde profundius constrictis. 1191

Hab. in ramis emortuis Alni, Buffalo, New Baltimore et Adirondack Mts Amer. bor. — An *Hormiscium?*

17. **Torula velutina** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa. — Cæspitulis magnis, effusis velutinis, atris; mycelio ramoso septato; hyphis erectis ramosis, septatis, fuscis, apice cateniferis; catenis brevibus; 1192

conidiis globosis, atro-fuscis; episporio hyalino levi; nucleo obscuro, impellucido.

Hab. in truncis Alni humidis, Hoyerswerda.

18. **Torula ramosa** Fuck. Symb. myc. p. 348, t. I, f. 5. — Cæspitibus laxis, effusis, atris; conidiorum (hypharum?) catenulis ramosis; articulis oblongis, utrinque truncatis, atro-fuscis, 18 ≈ 8; conidiis ultimis exacte globosis, atris, levibus, 8 μ. diam. 1193

Hab. in ligno putri Salicis triandræ pr. Hattenheim Rhenogoviæ.

19. **Torula Fuckelii** Sacc. *Torula velutina* Fuck. Symb. myc. p. 348, t. I, f. 4, nec Preuss. — Cæspitibus aterrimis, effusis, velutinis; catenulis glomerulatis; conidiis globosis ovatisve; episporio levi, atro, 1-2-guttulatis, 8-10 μ. diam. 1194

Hab. in ligno putri Salicis triandræ pr. Hattenheim Rhenogoviæ.

20. **Torula compacta** (Wallr.) Fuck. Symb. pag. 349, *Hormiscium compactum* Wallr. Fl. cr. n. 1585. — Conidiorum catenulis seriatis brevissimis oblongis, utrinque parce attenuatis, aggregatis, ex articulis 4 globosis pellucidis jugiter conjunctis compositis, grumulos convexiusculos parvos brunneos compactos constituentibus. 1195

Hab. ad ramorum salicinorum fines extremos, falce recisos in Thuringia (Wallr.) et pr. Œstrich Rhenogoviæ (Fuckel). — Grumuli minus pulverulenti, compacti *Stilbosporæ* instar.

21. **Torula janthina** Thüm. Contr. Myc. Lus. n. 182. — Cæspitibus confluentibus, densissimis, aterrimis, solubilibus, non inquinantibus; conidiis globosulis, catenulas longas, ramosas, subcurvatas formantibus, impellucidis, fusco-violaceis vel janthinis, sine nucleo medio, 5-8 μ. diam. 1196

Hab. in cortice subvivo Fici Caricæ cerca de St. Bento prope Coimbra Lusitaniæ (Moller). — Adest sæpe Algarum forma ignota.

22. **Torula exitiosa** de Seyn. Le paras. de la Maladie du Chataignier, Congrès de Montpellier, Séance 3 Sept. 1879, Sacc. Mich. II, p. 554, Gibell. Malatt. Castagn. con fig. — Effusa, fuliginea, inter laminas corticis radicularum v. in earumdem ligni superficie instrata; catenulis breviusculis, cylindricis, 3-6-articulatis, simplicibus ramulosisque; articulis seu conidiis ovoideo-oblongis, utrinque subtruncatis, 6-7 ≈ 4-5, fuligineis, apicalibus (seu junioribus) pallidioribus. 1197

Hab. in radicibus tenuioribus languentibus v. emortuis Casta-

neæ vescæ in Apennino (prof. Gibelli), in Castaneis morbo laborantibus in Gallia merid. (de Seynes).

23. **Torula cæsia** (Fuck.) Sacc. *Alysidium cæsium* Fuck. Symb. myc. pag. 349, t. I, f. 7. — Acervulis hemisphæricis confluentibusque, usque ad lineam latis, supra cæsiis, intus atris; conidiis concatenato-ramosis, ovatis, uniguttulatis, fuscis. 1198

Hab. in ligno putri Fagi silvaticæ pr. Œstrich Rhenogoviæ.

24. **Torula encausta** Rabenh. Flora 1850, p. 632. — Cæspitulis subpollicaribus, brunneo-atris, vix pulverulentis, lignum usque 2–4 mm. penetrantibus et zona pallide brunnea cinctis; catenulis sub-10-sporis, emergentibus; conidiis late ovoideis, acutis, brunneis, dilutius guttatis. 1199

Hab. in ramis decorticatis fagineis in Monte Gargano Italiæ australis.

25. **Torula faginea** Fuck. Symb. myc. p. 349, t. I, f. 3. — Effusa, aterrima; hyphis decumbentibus, longis, pauciramosis, plerumque in articulos didymos secedentibus; conidiis rotundatis, uniguttulatis, fuscis. 1200

Hab. in cortice ramorum adhuc viventium Fagi silvaticæ, Weinheim Rhenogoviæ.

26. **Torula ulmicola** Rabenh. Handb. Pilze p. 35. — Cæspitulis inæqualibus effusis, nitidulis; conidiis oblongis, utrinque rotundatis, sordide brunneis, semipellucidis, in catenulas longas ramosas digestis. 1201

Hab. in ramis junioribus et vetustis Ulmi campestris et U. suberosæ, quos obducit, in Italia, Germania et Britannia. — Habitus fere Fumaginis.

27. **Torula inquinans** (Schw.) Sacc. *Oidium inquinans* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2751, *Trichoderma globosum* Schw. Syn. Car. p. 77. — Pulvinulis globosis magnis, sæpe confluentibus, cinereis demum olivaceo-nigris; hyphis erectiusculis articulatis, simplicibus, demum in conidia fuligineo-atra, ovata dilabentibus. 1202

Hab. in ramis emortuis Liriodendri et Quercus in Carolina sup. Amer. bor. — Acervuli sæpe ulnari longitudine.

28. **Torula sphæriæformis** C. et Ell. Grevillea, *Torula abbreviata* var. *sphæriæformis*, B. et Br.? Ann. Nat. H. n. 464. — Sphæriæformis, sparsa; hyphis fasciculatis, multiseptatis, hyalinis; articulis subglobosis, connatis. 1203

Hab. in ramis emortuis Quercus, New Jersey. — Conidia seu articuli multo copiosiores quam in var. Berkeleyana citata.

29. **Torula binalis** C. et Ell. Grev. VI, p. 5. — Effusa, atra, velutina; hyphis simplicibus; articulis subglobosis, ut plurimum per paria connatis, 6 μ. diam. 1204

Hab. in truncis quercinis vetustis, New Jersey Amer. bor. — Conidia sæpius per paria secedentia, subinde ternata.

30. **Torula dissita** B. et C. North Am. Fung. n. 511. — Effusa, tenuis; hyphis parce ramosis; articulis oblongis, 1-2-nucleatis, diametro quadruplo longioribus. 1205

Hab. in ligno emortuo quercino in Carolina infer.

31. **Torula pulvillus** B. et Br. Ann. N. H. n. 463. — Cæspitulis minutis pulvinatis nigris; catenulis compactiusculis, erectis parce ramulosis; articulis oblongis, ad septa leniter constrictis, 1-nucleatis. 1206

Hab. in ramis emortuis quercinis in Britannia. — Erumpit e rimis corticalibus; pulvilli 1 mm. lat.

32. **Torula Platani** Roum. et Pat. Rev. mycol. V, p. 11, t. XXXV. fig. 10. — Cæspitulis pulverulentis, cinereo-nigris, conglomeratis; catenulis basim versus hyalinis, undulatis, denique brunneis, moniliformibus; conidiis globulosis, unilocularibus vel ovoideis, obscure septatis, levibus. 1207

Hab. in cortice Platani in Gallia (Roumeguère).

33. **Torula tetramera** Preuss F. Hoyersw. n. 14. — Cæspitibus effusis tenuissimis, oculo nudo inconspicuis, obscure fuscis; hyphis seu catenis subtetrasporis, subparallelis, decumbentibus; conidiis quadratis; episporio diaphano fusco, guttula magna farcto. 1208

Hab. in cortice Populi tremulæ, Pinka pr. Hoyerswerda.

34. **Torula reptans** Cord. I, p. 8, f. 137, Fl. 1850, p. 631. — Macula violacea, effusa; cæspitulis confluentibus, irregularibus atris; hyphis adscendentibus, fragilibus, pedicello longo repente, celluloso vel continuo, luteo-albo, irregulari et ad basim attenuato suffultis; conidiis rotundato-quadrangularibus, pellucidis, amœne fuscis. 1209

Hab. in ligno putrido Populi ad Hammerstein pr. Reichenberg Bohemiæ.

35. **Torula olivacea** Corda Icon. Fung. I, p. 8, t. II, f. 126. — Cæspitulis effusis, olivaceis, tenuissimis; hyphis brevibus, repentibus; conidiis globoso-depressis minutis, olivaceis, semipellucidis, dein deciduis, 5-7 μ. crass. 1210

Hab. in ligno putrido Pini prope Reichenberg Bohemiæ. — Var. **erecta** Corda Icon. Fung. IV, p. 24, t. VI, f. 79: epixyla;

cæspitulis effusis, olivaceo-atris, tomentosis vel velutinis; pedicellis simplicissimis, erectis albis; catenulis longiusculis olivaceis; conidiis subglobosis, impellucidis, 4-5 μ. crass. In ligno nudo pineo pr. Prag Bohemiæ.

36. **Torula phæa** Corda Ic. fung. I, p. 8, fig. 125. — Cæspitulis effusis, tenuissimis, fuscis; hyphis erectis, brevibus, pedicello nullo; conidiis subglobosis subæqualibus, fuscis semipellucidis, 6,7-7 μ. crass. 1211

Hab. in ligno putrido pineo prope Reichenberg Bohemiæ. — « An *Hormiscium?* ».

37. **Torula sparsa** B. et C. North Amer. Fungi n. 512. — Pulvillis minutis sparsis; hyphis sursum attenuatis, furcatis, basi subinde coalitis; articulis variis nunc oblongis nunc diametro brevioribus. 1212

Hab. in ligno pineo in Carolina inf. Amer. bor. — Specimina americana a Cookeo descripta sistunt cæspitulos brunneos sparsos; articulos globulosos, 7 μ. diam., ternato- v. quaternato-connatos.

38. **Torula pulvinata** (Bon.) Sacc. *Alysidium pulvinatum* Bon. Abh. Geb. der Mik. II, pag. 86. — Acervulis parvis, rotundis v. ovatis, pulvinatis, griseo-fuligineis; conidiis ellipticis fusco-nigris, catenulis longis curvatis. 1213

Hab. in ligno abietino decorticato in Guestphalia.

39. **Torula helminthosporioides** Roum. et Pat. Rev. Myc. V, pag. 11, t. XXXV, f. 9. — Cæspitulis pulverulentis, nigricantibus late effuscis; hyphis sursum ramulosis, brevissimis, nigricantibus; conidiis concoloribus globosis v. subcuboideis, tenuiter punctulatis. 1214

Hab. in cortice secedente Thuyæ orientalis cultæ Toulouse Galliæ (Angela Roumeguère).

40. **Torula corticalis** (Peck) Sacc. *Oidium corticale* Peck 27 Rep. p. 105, t. II, f. 7-8. — Cæspitulis minutis orbicularibus, convexis, initio compactis et cyaneo-brunneis, dein laxioribus et subcinereis; hyphis paucis nodosis; conidiis minutis subglobosis et subangulatis, 4 μ. diam., moniliformiter junctis, non facile secedentibus. 1215

Hab. in corticibus vetustis North Greenbush Amer. bor. — « An *Hormiscium?* ».

41. **Torula bigemina** C. et Ell. in Grevillea. — Brunnea, tenuiter effusa; catenis multi(7-9)septatis, æqualibus, fuscis, binis conjunctis, articulis quadratis, persistentibus. 1216

Hab. in ligno putri, New Jersey Amer. bor. — « An forma *Speiræ?* ».

42. **Torula monilioides** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 38. Sacc. F. it. t. 948. Bon. Handb. f. 58. — Cæspitulis effusis nigris; conidiis ovoideis, utrinque subtruncatis, 6-7 = 3-4, fuligineis in catenulas erectas digestis. 1217

Hab. in ramis et ligno putri in Germania, Italia, Gallia, Britannia.

43. **Torula fusigona** Fr. Syst. Myc. III. p. 500. — Erecta, demum prostrata, subcrustacea, atra; conidiis utrinque æqualiter attenuatis fusiformibus atris in catenulis implexis, catenulatis. 1218

Hab. in truncis putridis in Gallia. — *Torulæ monilioidi* affinis, nisi eadem.

44. **Torula colliculosa** B. et C. North Am. Fungi n. 509. — Hysteriformis, compactiuscula pulvinata; catenulis brevibus æqualibus, 4-5-articulatis; articulis globosis, 7 μ. diam. 1219

Hab. in ligno dealbato, Louisiana Amer. bor. (Doct. Hale).

45. **Torula cylindrica** Berk. Engl. Fl. V, p. 359. — Effusa, nigra; conidiis quaternato-conjunctis intra hyphas breves æquales, cylindricas. 1220

Hab. in ramis dejectis in Britannia. — Hyphæ quodammodo *Arthrinium* æmulantes. — «Vix *Torula*».

46. **Torula pulveracea** Corda Ic. fung. II, p. 8, fig. 38. — Cæspitulis olivaceo-atris, crassiusculis, oblongis, parallelis, subinde confluentibus, pulverulentis, densis, stromate spurio nigricante; catenulis conidiorum ramulosis; conidiis oblongo-ovoideis, levibus, 1-2-nucleatis, olivaceis. 1221

Hab. in ramis dejectis etc. in Britannia, Bohemia et Germania.

47. **Torula Hakeæ** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 422. — Cæspitibus late effusis, vix pulveraceis, fuligineo-nigris, tenuibus, irregularibus; conidiis moniliformibus; catenulis plus minusve longis, rectis vel subarcuatis, octo-quatuor et viginti-sporis, globosis, fuligineo-fuscis; episporio levi, tenui, 6-9 μ. diam. 1222

Hab. in fructibus maturis Hakeæ salignæ, Coimbra in horto botanico Lusitaniæ (Moller).

48. **Torula Rhododendri** Kunze, in Sturm Pilz. II, p. 95, t. 44. — Hyphis decumbentibus, fasciculato-ramosis, ramulis patentibus; conidiis globosis, v. oblongo-globosis, fuscis, subdiaphanis. 1223

Hab. in foliis et ramulis Rhododendri ferruginei in Italia, Germania et Gallia. — «An *Hormiscium?*».

49. **Torula insularis** Thüm. in Flora 1878, p. 182. — Cæspitulis late effusis, hypophyllis, irregularibus, indeterminatis, laxis, subvire- 1224

scenti-griseis, pulvereis, sæpe confluentibus vel paginam inferiorem plus minus late occupantibus; conidiis concatenatis vel etiam raro conglobatis, plus minus globosis, levibus, enucleatis, dilute brunneis, 3-4 μ. diam.

Hab. ad folia languida aridave Quercus cinereæ pr. Aiken Amer. bor. (Ravenel).

50. **Torula populina** Peck Rep. on the St. Mus. N. Y. — Catenis 1225
conidiorum in cæspitulos atros minutos, hypophyllos, in maculis aridis subcircularibus distinctis v. subconfluentibus, brunneis sitos aggregatis, 1-3-constrictis inque conidia oblongo-ellipsoidea, subacuta dilabentibus.

Hab. in foliis Populi grandidentatæ, Luzerne, Warren county Amer. bor. — Maculæ atro-marginatæ et in pagina foliorum superiore rufo-brunneæ. Teste ipso Peckio, non veram *Torulam* sed potius *Myxormiam* spectat.

51. **Torula Sphærella** Cooke Grev. 1880, p. 11. — Gregaria, atra; 1226
cæspitulis sphæriæformibus, subglobosis, compactis; conidiis cylindraceis, quinque-articulatis, constrictis, brunneis, 18-20 = 4, cellulis subquadratis, nec facile dissilientibus, 4 μ. diam.

Hab. in foliis Coffeæ arabicæ, Venezuela (Doct. Ernst).

52. **Torula fasciculata** Penz. Mich. II, p. 466, F. ital. t. 1197. — 1227
Cæspitulis sparsis, solitariis vel confluentibus, brunneis; hyphis fasciculatis, adscendentibus erectisve, simplicibus, uniformibus, articulatis, articulis secedentibus (conidiis), isodiametricis, fere cubicis, rarius (in catenularum extremitate) rotundatis, 4-5-5.5 μ. diam., brunneo-fuligineis.

Hab. in foliis languidis ramulisve Citri Aurantii in frigidariis, Padova, Strà (prov. Patavina) Italiæ bor.

53. **Torula cistina** Thüm. Contr. F. Litor. n. 230. — Acervulis te- 1228
nuibus, laxis sed longe lateque interrupte effusis, adnatis, nigris, opacis; conidiis longe catenulatis, compresso-globosulis, medio cum nucleo magno concolori, fuscis, 6-7 μ. diam., in catenulas curvatas vel interdum subrectas, longas, simplices digestis.

Hab. in foliis vivis Cisti monspeliensis, Pola in Istria.

54. **Torula Welwitschiæ** Thüm. Contr. Mycol. Lusit. n. 183. — Cæ- 1229
spitibus tenuissimis, orbiculatim late effusis, laxis, cinereis, non detergibilibus; conidiis simplicibus vel interdum etiam bicellularibus in catenulas breves, tri-quinquesporas digestis, subdiaphanis, sordide fuscidulis, 4,5-5 μ. diam.

Hab. in foliis submarcidis Welwitschiæ mirabilis, Coim-

bra Lusitaniæ in Museo botanico (Moller). — Ob conidia interdum bicellularia non Torulæ species vera et fortasse *Bisporæ* affinis.

B) In Dicotyledoneis herbaceis (plerumque).

55. **Torula herbarum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 128, Corda in Sturm D. C. Fl. t. 48, Sacc. F. it. t. 950. — Cæspitulis effusis, olivaceo-ochraceis, dein nigricantibus, subvelutinis; hyphis sterilibus repentibus septatis, fuligineis; fertilibus erectis brevibus mox in conidia globulosa olivaceo-nigricantia; longiuscule simpliciter v. ramoso-catenulata 6-7 μ. diam. abeuntibus. 1230

Hab. in caulibus putrescentibus Rumicis, Umbelliferarum, Solani, Zeæ, Rutæ, Allii, Cucurbitæ, Agaves, Dipteridis, etc. in Germania, Italia, Gallia, Belgio, Britannia, Austria, Sibiria, Algeria, America bor., Cuba, et verisimiliter in toto orbe.

56. **Torula expansa** (Kunz.) Pers. Myc. Eur. I, p. 22, *Hormiscium expansum* Kunz. Myc. Heft. I, p. 13, t. I, f. 7. — Cæspitulis magnis; catenis aggregatis vel solitariis, simplicibus, strictis, rigidiusculis, subpellucidis articulatis; articulis seu conidiis globosis continuis non secedentibus. 1231

Hab. ad caules herbarum humi jacentium in Germania. — Var. **telæ** Sacc. Mich. II, pag. 124: conidiis in catenulas tetra-hexa-sporas 15-25 = $5^1/_2$ diu connexis, nigris. In tela putri in Gallia. — An forma typica ad *Hormiscium* potius spectet, dijudicare nequeo.

57. **Torula tenera** Link Sp. pl. Fung. I, p. 129, Nees Syst. p. 73, fig. 69. — Mycelio tenui; catenis fragilibus nigris; conidiis globosis, inæqualibus, brunneis. 1232

Hab. in ramis dejectis, truncis resectis in Germania et Italia. — Valde affinis *T. herbarum*, a qua, teste Linkio, differt mycelio tenuiori et colore minus atro.

58. **Torula abbreviata** Corda Ic. fung. I, p. 8, fig. 130. — Cæspitulis nigris, confluentibus; catenulis abbreviatis, 3-4-sporis; conidiis minutis, globosis, griseo-fuscis, semipellucidis. 1233

Hab. in caulibus Syngenesiarum et Umbelliferarum in Bohemia, in lignis quercinis in Britannia, Amer. bor. — Var. **sphæriæformis** B. et Br. Ann. N. H. n. 464: non effusa sed gregaria et in grumulos sphæriæformes digesta; mycelio multo abundantiore; hyphis furcatis apice catenuligeris. In ramis decorticatis Pini silvestris, Wraxall in Britannia.

59. **Torula tenuissima** Corda Ic. fung. I. p. 8, fig. 133. — Cæspitulis tenuissimis, fumosis, ochraceo-fuscis: hyphis subsolitariis, simplicissimis repentibus; conidiis subglobosis vel rotundatis diaphanis fuscis, 9 μ. crass. 1234

Hab. in caulibus Umbelliferarum siccis prope Reichenberg Bohemiæ.

60. **Torula adnata** Fuck. Symb. myc. p. 348. — Acervulis ellipticis, atris, nitidis utrinque catenulas simplices ramosasve, repentes, fuscas propullulantibus. 1235

Hab. in caulibus siccis Cardamines pratensis, quos denigrat, in Hallgarter Schirm Rhenogoviæ.

61. **Torula microsora** Thüm. Fung. Am. trig. Sp. n. 21. — Acervulis dense gregariis, minutissimis, punctiformibus, subconico-globosis, vix prominulis, nigris: conidiis plus minusve regulariter globosis, sæpe parce compressis, moniliformibus, catenulis subbrevibus, ut plurimum decemsporis, olivaceo-fuscis, 6–8 μ. diam. 1236

Hab. ad caules emortuos Amsoniæ angustifoliæ, Aiken Carol. austr. (H. W. Ravenel).

62. **Torula basicola** B. et Br. Ann. N. H. n. 465, t. XI, f. 4. — Nigra, effusa: mycelio repente ramoso, hinc inde adscendente; hyphis fertilibus brevibus, 5–7-articulatis fastigiatis, ad septa non constrictis, articulis denique secedentibus plerumque 1-guttatis, ultimo obtusissimo. 1237

Hab. in caule Pisi et Nemophilæ in Britannia.

63. **Torula orthoclada** Mont. Cent. Crypt. III. n. 2, et Cuba, p. 296. — Conidiis transversim oblongis subglobosisve atris opacis, in catenas aggregatas erectas ramosas digestis; ramis brevibus 3–4-sporis, catenæ primariæ appressis alternis oppositisque. 1238

Hab. ad caules herbarum prope Alquizar insulæ Cubæ (Ramon de la Sagra).

64. **Torula medullæ** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2763. — Hyphis in thallum fuligineum valde conglutinatis, et fere pelliculam efficientibus; catenulis fragilibus, demum solutis in ovales articulos. 1239

Hab. in medulla maximorum caulium longe lateque effusa, Bethlehem Amer. bor.

65. **Torula Cucurbitarum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2764. — Atra, maculas determinatas efformans confluentes, inquinantes; catenulis fragilissimis; articulis globosis. 1240

Hab. latissime effusa in cortice Cucurbitarum præcipue

Lagenariæ, Bethlehem Amer. bor. — Maculæ maximæ, v. c. 4-6-unciales.

66. **Torula incarcerata** Cooke Grev. 1872 p. 90. — Catenulis simplicibus v. parce ramosis, in conidia subglobosa, fuliginea, minuta abeuntibus. 1241

Hab. in interiore seminum Gossypii, Dharwar Indiæ. — In seminibus jam udis et submarcescentibus oriri videtur, nam nulla Torulæ species cognita est in plantis vivis nascens.

67. **Torula convoluta** Harz. Hyph. p. 47, t. I, fig. 6. — Mycelio repente valde ramoso, articulato; hyphis fertilibus brevissimis ascendentibus simplicibus v. ramulosis, septatis in catenulas longas sursum convolutas abeuntibus; conidiis globosis, atris, pellucidis, evolutione basilari orientibus, 2,5–3 μ. diam. 1242

Hab. in tuberibus putridis, dein siccis Solani tuberosi in Germania et Austria, frequens.

C) In Monocotyledoneis.

68. **Torula protea** Sacc. Mich. II, p. 292, F. it. t. 951. — Effusa, velutina, maculiformis, initio albida dein olivaceo-fusca; hyphis repentibus vage ramosis, filiformibus, continuis, olivaceis, hinc inde sporophora acicularia sursum attenuata continua gerentibus; conidiis ovoideo-oblongis, 4–4½ = 2–2¼, junioribus subhyalinis catenulatis, maturis olivaceo-fuscis secedentibus et sæpissime in globulos atros ad sporophororum apicem conglomeratis. 1243

Hab. in superficie culmorum udorum Arundinis Donacis in Horto Patavino. — A speciebus mihi notis distinguenda; affinis tamen videtur *Torulæ convolutæ* Harz.

69. **Torula donacina** Thüm. Myc. univ. n. 887. — Plagas effusas, irregulares, nigras, inquinantes confluentesque formans; catenulis brevissimis, curvatis, decumbentibus; conidiis globosis, enucleatis, fuscis, impellucidis, 8 μ. diam. 1244

Hab. in culmis emortuis Arundinis Donacis, Athen Græciæ (de Heldreich) et Coimbra Lusitaniæ (Moller). — A *Coniosporio Arundinis* valde diversa.

70. **Torula Hammonis** Ehrenb. in Link Sp. p. I, p. 127. — Hyphis aggregatis fasciculatis suberumpentibus brevissimis atris; articulis globosis facile dilabentibus. 1245

Hab. in Arundine Hammonis pr. Bir Haje in Ægypto.

71. **Torula graminis** Desm. Ann. Sc. nat. 1834, II, p. 72, t. II, f. 6. — Cæspitulis perexiguis, subrotundis v. suboblongis, initio brunneis 1246

dein nigricantibus; catenis conidiorum simplicibus erectis; conidiis globulosis, æqualibus, nigricantibus, 5-6 μ. diam.

Hab. in foliis Graminum, Airæ, Bambusæ, Caricum, in Gallia, Belgio Germania, Britannia, America bor.

72. **Torula fusoidea** Cooke et Hark. Grev. XII, p. 28. — Pulvinata, atra, pulverulenta; conidiis fusoideis, in catenas erectis simplicibus conjunctis, pallide fuligineis 12 = 3. 1247

Hab. in Gynerio argenteo in California.

73. **Torula graminicola** Corda in Sturm III, 2, p. 91, t. 42. — Hyphis decumbentibus, simplicissimis olivaceis; conidiis globosis, subdiaphanis, æqualibus. 1248

Hab. in foliis viventibus graminum prope Prag Bohemiæ (Benesch).

74. **Torula rhizophila** Corda p. 8, tav. II, f. 127. Kickx Fl. cr. Fl. II, p. 300. — Cæspitulis oblongis, minutis, dein confluentibus et fere striæformibus, nigerrimis; hyphis simplicibus v. bifidis, brevibus; conidiis globulosis, majusculis, æqualibus, brunneolis, semipellucidis. 1249

Hab. in rhizomate Caricis arenariæ, Phragmitis in Bohemia et Belgio. — * **T. Taraxaci**: catenulis ramosis, conidiis dimidio minoribus. In rhizomate Taraxaci in Belgio. Cfr. Lamb. Fl. cr. Belg.

75. **Torula Luzulæ** Fuck. Symb. myc. p. 348, t. I, f. 2. — Cæspitibus subtilissimis, effusis, inquinantibus, atro-olivaceis; catenulis adscendentibus, simplicibus, in conidia 5-7, elliptica, olivacea secedentibus. 1250

Hab. in foliis siccis Luzulæ maximæ pr. Œstrich Rhenogoviæ.

76. **Torula funerea** Ces. Kl. Herb. myc. II, n. 79, Bot. Zeit. 1855, p. 599. — Maculis velutinis, olivaceo-nigris, facile detergendis; hyphis adscendentibus?, flexuosis; catenulis abbreviatis ex conidiis opacis (sæpe quaternis) globosis sensim majoribus, constantibus. 1251

Hab. in culmis Juncorum arescentibus, Vercelli Italiæ bor.

77. **Torula quaternata** B. et C. North Am. Fungi n. 507. — Hyphis indivisis triarticulatis deorsum attenuatis e mycelio intricato repente abrupte oriundis. 1252

Hab. in foliis Dasylirii graminifolii, Texas Amer. bor. Multo minor quam *T. brevissima*.

78. **Torula palmicola** B. et C. Cub. Fungi n. 571. — Late effusa; hyphis teneris brevibus; articulis ellipticis, e mycelio repente oriundis, 15 μ. longis. 1253

Hab. in foliis Palmarum (*Prickly Palm*) in insula Cuba.

79 **Torula maculans** Cooke in Grevillea. — Late effusa, atra; hyphis paucis repentibus; conidiis in series breves concatenatis; articulis dissilientibus, subglobosis, 4 μ. diam. 1254

Hab. in foliis Yuccæ, Darien Georgiæ.

80. **Torula valdiviensis** Sacc. *Torula Lechleriana* Thüm. Fung. nov. exot. decas p. 3, nec Sacc. — Cæspitulis magnis, indeterminatis, late effusis, aterrimis, pulveraceis, detergibilibus, amphigenis; conidiis conglobatis vel moniliformibus, globosis, minimis, dilute violaceis, vix diaphanis, 3 μ. circa diam. 1255

Hab. in foliis subvirentibus Bromeliæ Landbeckii, Colico Valdivia in Chile (Lechler).

81. **Torula Allii** (Harz) Sacc. *Xenodochus Allii* Harz. Einige Neue Hyphom. p. 47, tab. I, fig. 5. — Hyphis repentibus, intricatis, hinc inde breviter ramosis hyalinis; conidiis 5-10-catenulatis, apicalibus crassioribus, 14 μ. crass. brunneo-nigris levibus; catenulis subinde leniter curvis. 1256

Hab. in squamis bulborum viventium Allii Cepæ, quos vexat, Moskau Rossiæ et in Germania.

82. **Torula Galleti** Romm., Rev. V, p. 227, t. XLI, f. 21. — Cæspitulis sparsis, primum punctiformibus, dein confluentibus et efformantibus massam atram submembranaceam, inæqualem; catenis moniliformibus, atro-brunneis, simplicibus, erectis, denique rarius ramulosis; conidiis doliiformibus subinde cuboideis, 8-10 μ. diam., ultimis subpiriformibus. 1257

Hab. in vaginis foliorum Angræci fragrantis in insula Bourbon (Rev. Zétiques). — «An *Hormiscium?*».

D) In fungis, animalibus, charta, tela etc.

83. **Torula fusca** (Bon.) Sacc. *Alysidium fuscum* Bon. Handb. fig. 13. — Pulverulenta, nitide brunnea; conidiis fusoideis, concatenatis, brunneis, subdecumbentibus. 1258

Hab. in Bulgaria inquinante deliquescente in Guestphalia (Bonorden), in ligno patri Coryli Avellanæ prope Eberbach Rhenogoviæ.

84. **Torula Tuberculariæ** Nees Act. Leop. IX, p. 247, t. VI, f. 16, *Tetracolium Tuberculariæ* Link Sp. pl. Fungi I, p. 125. — Conidiorum catenulis nigris subcylindricis, tetrasporis, Tuberculariæ discum denigrantibus; articulis globosis, atris. 1259

Hab. in Tuberculariis ad ramos Mori etc. in Germania et Italia.

85. **Torula chartarum** (Link) Corda Ic. fung. IV, pag. 24, fig. 78, 1260
Oidium chartarum Link Sp. pl. Fungi I, p. 124. — Cæspitulis effusis indeterminatis, atris: mycelio ramoso repente septato, albo: hyphis fertilibus hyalinis brevibus toruloideo-contractis; catenis longis, ramulosis, flexuosis vel erectis; conidiis ovoideis, levibus, fuscis, 5–6 μ. longis.

Hab. in charta uda v. putrescente in Bohemia, Germania, Italia.

86. **Torula epizoa** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 45. — Cæspitulis 1261
subrotundis, minutis, convexulis, sparsis v. confluentibus, brunneolis; hyphis simplicibus, conidiis globulosis catenulatis uno hinc inde propinquis crassiore.

Hab. in adipe et carne sale servata in Bohemia et Belgio. — Var. **Muriæ** Kickx Fl. cr. Belg. II, pag. 299: acervulis paulo majoribus, griseo-terreis siccis subargillaceis; conidiis paulo minoribus conformibus. In clupeis v. sardinis muria servatis in Belgio. Ad hanc varietatem verisimillime spectat *Torula pulvinata* Farl. (serius *Oidium pulvinatum* et *Oid. Morrhuæ* ejusdem Farl. in Revue Mycol.), in tegumento cutaneo Gadorum sale servatorum in America boreali, Gallia et Algeria. Cæspitulis fuligineis; conidiis globosis, 3–3,5 μ. diam., dilute ochraceo-fuligineis.

87. **Torula spongicola** Duf. in Roum. Rev. Myc. V, p. 266. — Ef- 1262
fusa, atra; conidiis globosis vel subovoideis, 4–7 μ. diam., initio subhyalinis, dein episporio incrassato brunneo-nigricante, nucleatis v. guttulatis.

Hab. in fibrillis corneis Spongiæ in usum lavacri diu adhibitæ in Gallia.

88. **Torula heterospora** West. Not. IV, p. 14, fig. 8, Kickx Fl. cr. 1263
Fl. II, p. 301. — Cæspitulis minimis, sparsis, inæqualibus, nigris, velutinis; hyphis basi ramosis et subdecumbentibus; conidiis globulosis aliisque ovoideis fasciato-1-septatis, sine ullo ordine intermixtis, olivaceis.

Hab. in crystallis cremoris tartrici in humidis in Belgio. — Ad *Bisporam* accedere videtur.

89. **Torula murorum** Corda Ic. fung. II, p. 9, fig. 39. — Late effusa, 1264
indeterminata, primum olivaceo-fusca, dein aterrima; catenulis conidiorum simplicibus, hyphasmate stromateque nullo; conidiis subovalibus amœne fuscis diaphanis, intus guttula unica 4–7 μ. crass.

Hab. in muris et lapidibus udis, Prag Bohemiæ

II. *Trachytora* Sacc. Conidia aspera.

90. **Torula conglutinata** Corda Ic. I. p. 8, tab. II, fig. 129. — Cæspitulis effusis tenuibus, amœne fuscis; hyphis repentibus ramosis, conglutinatis; conidiis globosis, punctato-asperis, junioribus luteis, dein fuscis, pellucidis, nucleo obscuriore, 8,6 μ. diam. 1265

Hab. in ligno Pini putrido, prope Reichenberg Bohemiæ.

91. **Torula conimbricensis** Thüm. Contr. Myc. Lus. n. 181. — Acervulis epiphyllis, tenuissimis, laxis, effusis, atris suborbiculatis in macula concava, subinflata, magna, rufo-fusca; conidiis concatenatis, globosis, obsolete echinulatis, fuscis, 5 μ. diam. in catenulas subbreves, quinque-octosporas digestis. 1266

Hab. in foliis languidis emortuisve Agaves americanæ, Coimbra Lusitaniæ (Moller).

92. **Torula diversa** Cooke in Grev. — Atra, pulvinata; hyphis repentibus ramosis; articulis concatenatis, erectis, variis, demum leniter asperulis; conidiis subglobosis 6-10 μ. diam. 1267

Hab. in foliis Agaves, Darien Georgiæ.

93. **Torula? callispora** Sp. F. Arg. Pug. III, n. 149. — Pulvinulis tenuibus, aterrimis, pulverulento-velutinis, magnitudine variis; catenulis? fusiformibus, 10-11-locularibus, ad septa valde constrictis 50-80 ≃ 8-15, utrinque acutiuscule rotundatis, non v. vix secedentibus ubique muriculato-asperulis, loculis internis pulchre et intense fuligineis, externis hyalinis, non v. 1-guttulatis. 1268

Hab. in caulibus putrescentibus in nemorosis prope la Recoleta Argentinæ.

94. **Torula asperula** Sacc. Mich. II, p. 560, F. it. t. 949. — Cæspitulis effusis, fuligineis, velutinis; sporophoris cylindricis, simplicibus furcatisve, 30-33 ≃ 4, adscendentibus; conidiis globosis, catenulatis, 6-7 μ. diam., asperulis fuligineis. 1269

Hab. in charta uda putri, Mantova Ital. bor. (Magnaguti). — *Torulæ conglutinatæ* Corda affinis.

95. **Torula Compniacensis** Richon. in Rev. Myc. III, p. 17, t. XVIII, f. 1-3. — Cæspitulis atris, crassis, pulverulentis, late effusis, indeterminatis; catenis erectis, dein intricatis, moniliformibus, simplicibus vel pauci-ramosis hypha seu pedicello brevi, homogeneo instructis; conidiis in quaque catena 10-20 fuscis, globosis, obtuse tuberculosis 9-10 μ. diam. 1270

Hab. in muris et tectis udis, præcipue in cellis distillatoriis Co-

gnae Galliæ, frequens et noxia (Baudoin). — *Torulæ conglutinatæ* affinis.

Species mihi ignotæ.

96. **Torula** (Hormiscium) **Correæ** De Bary Herb. myc. n. 1771, Bot. Zeit. 1853, p. 238 (nomen). — In horto Friburgensi. 1271

97. **Torula cryptogena** Opiz in Lotos 1855, p. 216. — In agro Pragensi. 1272

98. **Torula juglandina** Opiz in Sezn. p. 147. — In agro Pragensi. 1273

99. **Torula Phragmitis** Opiz in Lotos 1855, p. 216. — In agro Pragensi. 1274

100. **Torula quercina** Opiz in Lotos 1855, p. 216. — In agro Prag. 1275

GONGROMERIZA Preuss F. Hoyersw. n. 24 (Etym. *gongros* muræna et *merizo* divido). — Hyphæ simplicissimæ, erectæ, septatæ, supra concatenatæ in conidia clavæformia dein secedentia abeuntes. — Videtur *Torula* conidiis clavatis.

1. **Gongromeriza clavæformis** Preuss F. Hoyersw. n. 24. — Cæspitibus effusis atris; hyphis basi dilatatis, atro-fuscis, opacis, septatis, apice attenuatis, simplicibus, rigidis, fragilissimis, in conidia clavæformia catenulata abeuntibus. 1276

Hab. in lignis Alni glutinosæ, Hoyerswerda.

HORMISCIUM Kunze Myk. Hefl. I, p. 12 (Etym. *hormos* monile) *Tæniola* Bon. Handb. p. 36. — Hyphæ breves v. obsoletæ v. a conidiis vix distinctæ. Conidia (articuli?) catenulata, ægre secedentia, cuboidea v. globoso-cuboidea, fusca. Cfr. gen. *Torulam*, ex qua absque dubio species quædam ad *Hormiscium* transferendæ sunt. *Gyroceras* valde accedit, sed articulis non secedentibus et catenulis sursum curvis dignoscitur.

1. **Hormiscium altum** Ehrenb. Sylv. Ber. p. 10 et 12. *Torula alta* Pers. Myc. eur. I, p. 24. Corda Ic. fung. II, p. 9, f. 42. *Tæniola alta* Bon. — Cæspitulis plus minus effusis lanosis; catenis rigidis simplicissimis rectis v. ascendentibus, nitidis atris; conidiis cuboideis, rarius apice ovatis, atro-fuscis semipellucidis intus plerumque 1-guttatis. 1277

Hab. ad ramos et radices præprimis Alni in Germania et Bohemia.

2. **Hormiscium uniforme** (Peck) Sacc. *Torula uniformis* Peck 33 Rep. St. Mus. 27, t. I, f. 11-13. — Catenis cæspitosis, erectis, pa- 1278

rallelis v. leniter divergentibus, subæqualibus, 30-70 μ. longis, brunneo-nigricantibus; conidiis subcuboideis, ægre secedentibus, 4 μ. circ. diam., sæpius 1-guttatis.

Hab. in cortice putri Aceris, Quaker Street Amer. bor. — Affine *Hormiscio splendenti.*

3. **Hormiscium splendens** (Cooke) Sacc. *Torula splendens* Cooke Grevill. t. 48, fig. 1. — Effusum, velutinum, densiusculum, atrum; catenulis sursum attenuatis 250 μ. longis subinde ramulo uno alterove patente auctis; articulis subglobosis, compressis, diu cohærentibus, atro-brunneis, basi 10 μ. diam., sursum paulo angustioribus. 1279

Hab. in corticibus, Forres Britanniæ (J. Keith). — Pulchella species.

4. **Hormiscium vermiculare** (Corda) Sacc. *Torula vermicularis* Corda Ic. I, tab. II, fig. 138. — Cæspitulis late effusis atris; hyphis erectis, dein declinatis, longissimis, rigidis, flexuosis; conidiis quadrangularibus fuscis, diaphanis, intus guttula oleosa farctis, 9,4 μ. diam. 1280

Hab. in ligno Rosæ caninæ prope Reichenberg Bohemiæ.

5. **Hormiscium antiquum** (Corda) Sacc. *Torula antiqua* Corda Ic. fung. II, p. 9, fig. 40. — Cæspitulis effusis, indeterminatis, aterrimis, pulverulentis, tenuissimis; hyphis erumpentibus et lignum penetrantibus, repentibus, adscendentibus, sæpius ramosis, infra sæpe continuis vel vesiculosis, supra conidiferis; conidiis cuboideis oblongis ovatisque inæqualibus fuscis. 1281

Hab. in ligno putrido salicino et pineo in Sibiria, Bohemia, Italia.

6. **Hormiscium hysterioides** (Corda) Sacc. *Torula hysterioides* Corda Ic. fung. I, pag. 9, fig. 139. — Cæspitulis linearibus, abbreviatis, sæpe parallelis, nigris; catenulis erectis stipatis, æqualibus, filiformibus, lutescentibus; conidiis cylindraceo-subcuboideis, subpellucidis. 1282

Hab. in ramis et ligno putrido in Bohemia et Britannia. — Catenulis inter se diu cohærentibus facile dignoscitur species.

7. **Hormiscium stilbosporum** (Corda) Sacc. *Torula stilbospora* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 46, et Icon. fung. V, p. 50, fig. 13. — Cæspitulis erumpentibus, pulverulentis, elongatis, confluentibus, nigerrimis; catenis inæqualibus ramosis v. simplicibus, flexuosis; conidiis subquadratis subæqualibus, connatis, brunneis, 7-8 μ. diam. 1283

Hab. in ramis salicinis et populinis in Bohemia et Bri-

tannia. — Conidia per series tetrasporas plerumque secedentia. Figura Sturmiana valde diversa ab illa quæ est in Cordæ iconibus.

8. **Hormiscium curvatum** (Peck) Sacc. *Torula curvata* Peck Rep. on the St. Mus. N. Y. — Catenis in cæspitulos effusos nigros digestis, elongatis, curvis v. flexuosis, hinc inde leniter constrictis, multiseptatis; articulis plerumque diametro suo brevioribus. 1284

Hab. in ramis Myricæ Gale, Adirondack Mts Amer. bor.

9. **Hormiscium Centaurii** (Fuck.) Sacc. *Torula Centaurii* Fuck. Symb. myc. p. 87, tab. I, fig. 1. — Catenulis fasciculatis, demum confluentibus, atro-olivaceis; articulis globoso-cuboideis, plerumque senis octonisve, non secedentibus. 1285

Hab. in foliis Erythrææ Centaurii in Rhenogovia et in silva Montello Ital. sept.

10. **Hormiscium pithyophilum** (Nees) Sacc. *Antennaria pinophila* Nees Syst. fig. 298, *Torula pinophila* Chev. Par. I, p. 34, Corda Ic. fung. V, p. 50, fig. 14, *Rhacodium pithyophilum* Wallr. Fl. cr. II, p. 120. — Effusum, crassum, superficiale, polymorphum, aterrimum; catenis conidiorum vage ramosis; ramis apice attenuatis subinde leniter curvis; conidiis cuboideis v. globoso-cuboideis cohærentibus, fuligineis, 18-20 μ. diam. 1286

Hab. in ramulis foliisque Abietum, Pinorum, Taxi in Germania, Italia, Gallia, Britannia, Helvetia. — Articuli basilares diametro suo longiores; articuli superiores diametrum suum subæquantes. — Forma *Capnodii*. Cfr. Syll. I. p. 80.

11. **Hormiscium Lechlerianum** Sacc. Mich. I, p. 131, F. it. t. 947 (*Torula*). — Cæspitulis applanatis membranaceis, fuligineo-atris, quandoque totam foliorum paginam occupantibus, denique (ut Capnodia) secedentibus; hyphis filiformibus repentibus remote septatis, circ. 8 μ. cr. tortuosis, ramulosis; conidiis in catenulas cylindraceas sursum acutatas, parce ramosas digestis, rotundato-cuboideis utrinque planis 15-20 diam. nitide fuligineis. 1287

Hab. in foliis vivis Myrciæ Lechlerianæ in Valdivia (Chili) (Lechler in herb. P. Magnus). — Status *Capnodii* v. *Antennariæ*. — In cæspitulorum basi adest mucilago quædam, in qua natant catenulæ ramosæ e conidiis globosis, 1-nucleatis, 6-8 μ. diam., subhyalinis, per sterigmata cylindracea brevia connexis conflatæ. An alga? Formam persimilem in *Antennaria pithyophila* nostrate observare contigit.

12. **Hormiscium Oleæ** (Cast.) Sacc. *Torula Oleæ* Cast. in Thüm. Pilze d. Elb. p. 28. *Fumago Oleæ* Tul. — Stromate nigro tenuissi- 1288

mo sublimitato; conidiis subæqualibus, cuboideo-sphæroideis, fuligineis in catenulas simplices v. ramulosas moniliformes digestis.

Hab. in ramis foliisque adhuc vivis Oleæ sativæ in Gallia, Italia, Austria. Cfr. Cattaneo Parass. Olive, cum icone (1873). — Hinc inde inter hyphas adsunt corpuscula ovoidea, 28-56 μ. diam. murali-divisa, fusca (perithecia incipientia?). An ergo ad *Fumaginem* ducenda species?

13. **Hormiscium caulicolum** Rabenh. Hedw. 1855, p. 42, t. VII, f. 2. — Cæspitulis delicatissimis, subinconspicuis; catenis procumbentibus flexuosis, ramosis; ramis abbreviatis, patentibus seu elongatis et lateraliter connatis; cellulis pachydermaticis, rotundato-quadrangularibus, fusco-pellucidis, 20-30 μ. diam. 1289

Hab. in caulibus putrescentibus Pelargonii culti in Germania.

14. **Hormiscium Arbuscula** (Corda) Sacc. *Torula Arbuscula* Corda Ic. fung. II, p. 11, pag. 9, fig. 41. — Cæspitulis late expansis, stromate grumuloso (?) spurio luteolo-fusco suffultis; catenulis conidiorum rigidis, ramosis, inter se confluentibus vel nodoso-conjunctis, primum albis, luteo-fuscescentibus, dein aterrimis et polymorphis; nodis murali-divisis. 1290

Hab. in fragmentis ligneis Pinorum, Tuchomeric Bohemiæ. — «An *Fumago?*».

15. **Hormiscium laxum** Wallr. Fl. crypt. n. 1586. — Catenulis seriatis elongatis implexis tenerrimis subpellucidis, ex articulis 18-24 conjunctis compositis, hyphasma filiforme moniliforme fragile mentientibus, grumulos primum rotundos dein confluentes latissimos pulverulento-inquinantes, aeneo-virides v. nigrescentes constituentibus. 1291

Hab. ad caules Brassicæ, Georginæ putres agri Northusani (Wallr.).

16. **Hormiscium condensatum** Wallr. Fl. crypt. n. 1583. — Conidiorum catenulis strictis tenerrimis pellucidis oblongatis, articulos globosos 14-20 jugiter conjunctos v. hyphasma bacillare mentientibus, grumulos ovato-oblongos tenuatos depressos maculares compactos fusco-castaneos informantibus. 1292

Hab. ad Coryli radices cortice denudatas aridas in Thuringia (Wallroth).

GYROCERAS Corda Ic. fung. I, p. 9, Sacc. Mich. II, pag. 22 (Etym. *gyros* gyrus et *ceras* cornu). — Hyphæ steriles repentes vage ramosæ. Conidia in catenulas hyphoideas cylindraceas sursum in-

curvatas v. circinatas digesta, cuboidea, diu cohærentia, fuliginea. — *Hormiscio* peraffine sed dubium genus, nam difficile est eruere utrum articuli an catenulæ articulorum pro conidiis habenda sint.

1. **Gyroceras Celtidis** (Bivona) M. et Ces., Syll. pl. crypt. n. 1136, Sacc. F. ital. t. 795, *Monilia Celtidis* Biv. Bern. Pug. rar. Sic. pag. 18, t. III, f. 6. — Hypophyllis confluentibus olivaceo-fuscis, mycelio tenuissimo pallescente; hyphis seu catenulis erectis, fragilissimis, adultis moniliformibus apice spiraliter involutis articulatis, 130–150 = 5–7,5, in conidia subglobosa tandem secedentibus 1293

Hab. in pagina inferiore foliorum Celtidis australis adhuc viventium in Italia bor., Helvetia, Austria, et Spontæ sinensis in Lusitania.

2. **Gyroceras Ammonis** Corda Ic. fung. I, p. 9, fig. 141. — Cæspitulis atris dein confluentibus, mycelio celluloso-carnosulo; catenulis compressis subdisciformibus, impellucidis, in catenulas adscendentes spiraliter convolutas, dein secedentibus. 1294

Hab. in racemis Vitis viniferæ putrescentibus in Bohemia.

3. **Gyroceras Plantaginis** (Corda) Sacc. Mich. I, p. 266, F. ital. t. 794, *Torula Plantaginis* Corda Ic. III, pag. 5, t. I, fig. 14. — Hypophylla, effusa, indeterminata, tomentosa, atra; hyphasmate repente, filamentoso, ramoso; catenulis conidiorum erectis, fuscis, fasciculatim junctis, incurvis, simplicibus, rarius furcatis; conidiis subquadratis, 9–13 μ. diam. vel 10 = 5 levibus, fuscis, 1 guttulatis 1295

Hab. in foliis Plantaginis mediæ languidis in Bohemia Britannia, et silva Montello et Conegliano Italiæ borealis. — Species *Gyroceraii Celtidis* (Biv.) M. et C. proxime affinis.

HETEROBOTRYS Sacc. Mich. II, p. 21 (Etym. *heteros* diversus et *botrys* racemus). — Conidia dimorpha catenulata v. simul glomerulata, sphæroidea, in eodem mycelio; majora catenulata subyalina (licet matura), minora glomerulata fuliginea; hyphæ a conidiis vix distinctæ. — Probabiliter forma altera conidica *Capnodii* vel *Meliolæ*.

1. **Heterobotrys paradoxa** Sacc. Mich. II, p. 124, et 403, F. ital. t. 807. — Cæspitulosa, gregaria, nigra, epiphylla; hyphis vagis repentibus, septatis dilute fuligineis, guttulatis, 8–12 μ. cr.; conidiis modo catenulatis per sterigmata brevissima connexis, sphæricis v. sphærico-deltoideis, 12 μ. diam., subhyalinis, modo eximie glomerulatis multo minoribus, nempe 6 μ. diam., subfuscis. 1296

Hab. in pagina superiore Evonymi japonici et Citrorum in Gallia et Italia. — Forma prædistincta!

Tribus 3. **Echinobotryeæ** Sacc.

ECHINOBOTRYUM Corda Anl. p. 10 (Etym. *echinos* echinus et *botrys* racemus). — Hyphæ filiformes simplices v. breve ramulosæ. Conidia ovoidea v. limoniformia, levia v. asperula in apice hypharum breve racemosa.

1. **Echinobotryum atrum** Corda Ic. fung. III. f. 6, Sacc. F. it. t. 780. — Cæspitulis dein effusis, nigricantibus; conidiis obpiriformibus, sursum subrostellatis, 10-12 ≃ 6-8, muriculatis, fuscis, apice pallidioribus, in glomerulos stellatim congestis; hyphulis conidiophoris brevibus, ramulosis, septatis, dilute fuscis. 1207

Hab. in stipite Stysani et Pachnocybes in Germania, Italia, Bohemia, Belgio, Britannia.

2. **Echinobotryum leve** Sacc. Mich. I, p. 82, F. it. t. 89. — Laxe gregarium effusum, atrum; hyphis brevibus simplicibus v. brevissime ramulosis, parce septatis, hyalinis; conidiis versus hypharum apicem laxe capitato-racemosis, ovatis v. subfusoideis, 12 ≃ 6-7, apice attenuato-subapiculatis, basi subtruncatis, brevissime hyalino-stipitatis, levibus, fuligineis, sursum pallidioribus. 1298

Hab. in trunco decorticato Alni glutinosæ putrescente, Selva (Treviso) Ital. bor.

3. **Echinobotryum Citri** Gar. et Catt. Nuovi Funghi parassiti degli Agrumi, R. Ist. Lomb. 1875, p. 124, Cattaneo Micet. Agrumi 1879, p. 13, Penz. in Sacc. F. ital. t. 1199. — Hyphis flexuosis, reptantibus, parce ramosis, septatis, rufo-fuscis, hinc inde conidiorum acervulis minutissimis obsitis; conidiis 5-12 stellatim concretis, sessilibus, lageniformibus, rufidulis, semipellucidis, 7-8 ≃ 4-5, episporio levi (haud verrucoso), obsolete nigro-maculato, collo elongato, obtusiusculo, albido, immaculato. 1299

Hab. in radicibus putrescentibus Citri gangrænâ affectis in Italia bor. — Ab *E. levi* conidiis multo minoribus differt.

4. **Echinobotryum parasitans** Corda Prachtflora 17, t. 8, f. 10-13, Rab. D. C. F. n. 197. — Cæspitulis minutis subrotundis; conidiis ampulliformibus, sordide luteis, brunneo-maculatis, apiculo acuto immaculato. 1300

Hab. in stipitibus Stysani Capitis-Medusæ in Bohemia.

Tribus 4. **Periconieæ** Sacc.

STACHYBOTRYS Corda Anl. p. 57 (Etym. *stachys* spica et *botrys* racemus). — Hyphæ fertiles erectæ, subinde a mycelio alternatim orientes, totæ fuscæ, apice capitulo basidiorum heterogeneorum sporigerorum coronatæ. Conidia globulosa v. ovoidea, fusca subinde (spurie?) 1-septata.

1. **Stachybotrys alternans** Bon. Handb. p. 117, f. 185, Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 336. — Hyphis sterilibus repentibus, ramulosis, parce septatis, sæpe papillulosis, atro-fuscis 3–5 μ. crass.; fertilibus erectis, fumosis v. subhyalinis, gracilibus, 3,5 μ. crass., sæpius simplicibus, apice non inflato-capitatis, sterigmatophoris; sterigmatibus dense aggregatis, obovato-clavatis fumosis v. hyalinis 10 ≈ 4–5; conidiis acrogenis ellipticis v. elliptico-ovatis 7–9 ≈ 5–6, non v. 1-guttulatis, atro-opacis. 1301

Hab. in charta bibula, scriptoria, picta etc. uda in Germania, Italia, Gallia, America austr. — An satis differt *Periconia alternata?*

2. **Stachybotrys papyrogena** Sacc. Mich. I, p. 273, F. ital. t. 640. — Effusa velutina, maculiformis, aterrima; hyphis gregariis assurgentibus filiformibus, 80 ≈ 3, parce septatis, fuscis, basi dilutioribus, apice sporophora oblongo-cylindracea, brevia subpenicillatim gerentibus; conidiis in apice sporophororum acrogenis, perfecte sphæricis, $3^1/_2$–4 μ. diam., nigricantibus, pellucido-1-guttulatis. 1302

Hab. in charta bibula putrescente, Selva (Treviso) Ital. bor. — A *Stachybotryte alternanti*, *Periconia Desmazieri* et *P. alternata* rite dignoscenda.

3. **Stachybotrys atra** Corda Ic. fung. I, p. 21, fig. 278. — Cæspitulis delicatis nigris; hyphis dichotome ramosis, sparse septatis, olivaceo-flavidis; ramis fertilibus assurgentibus sursum pallidioribus; basidiis capitatis arrectis, fusoideis subhyalinis; conidiis ovato-ellipsoideis, brunneis, biguttatis et (spurie?) 1-septatis, levibus, 8–9 μ. longis. 1303

Hab. in charta tenui et crassa uda, in muris humidis, ligno quercino molendinorum in Bohemia, Britannia, Italia, Belgio et Amer. bor.

4. **Stachybotrys lobulata** Berk. Outl. p. 343, Sacc. F. it. t. 362. — Nigra; hyphis sterilibus repentibus ramos fertiles adscendentes alternos attenuatos proliferatim exerentibus; apice basidiis 4–5 ar- 1304

rectis coronato; conidiis ellipsoideis 8-9 = 7, fuscis initio levibus dem distincte verrucosis, sæpius 2-nucleatis.

Hab in charta et lino putrescentibus in Britannia, Gallia, Italia et America boreali.

5. **Stachybotrys elata** Sacc. Mich. II, p. 560, F. ital. t. 899. — Gregaria, aciculiformis, atra; hyphis fertilibus cylindricis, sursum attenuatis, fuligineis, crebre septulatis, 300-350 μ. longis basi incrassatis, prope apicem in sporophora clavata laxe fasciculata hyalina (denique 2-septata, fusca?) desinentibus; conidiis acrogenis, globosis, 6 μ. diam., fuligineis, in sicco in capitulum pallidum (gelatinæ ope?) conglutinatis. 1305

Hab. in truncis decorticatis putrescentibus, Selva (Treviso) Italiæ borealis.

6. **Stachybotrys dichroa** Grove in litt. — Hyphis sparsis, erectis, simplicibus, hyalinis, septatis v. nonnihil articulatis (septis 3-8), flexuosis, 150-200 = 6-10 μ. diam., sursum subattenuatis, basi subbulbillosis, apice coronam e ramulis brevibus hyalinis simplicibus 12-15 = 3-4, 5-6-verticillatis compactam gerentibus; conidiis atro-olivaceis, oblongis, (spurie?) 1-septatis, 10 = 5, apice obtusis, basi oblique attenuatis, muco tenui obvolutis et in capitula ætate magnitudine variantia, atra, nitida, sphærica congestis; loculis rotundatis, pro ratione minimis. 1306

Hab. in caule Cardui palustris putrescente, Little Sutton prope Birmingham Britanniæ.

7. **Stachybotrys subsimplex** Cooke Rav. Amer. Fungi n. 775, Grev. XII, p. 33. — Effusa, atra; hyphis simplicibus, erectis, tenuibus, septatis, superne lobato-capitatis; conidiis globosis, levibus, atro-fuscis, 6 μ. diam. 1307

Hab. in Musa Darien Georgiæ.

8. **Stachybotrys scabra** Cooke et Harkn. Grevill. — Effusa atra; hyphis repentibus, ramosis, septatis, hyalinis; ramulis assurgentibus, ad apicem capitato-divisis; conidiis subglobosis, inæqualibus, verrucosis, atro-fuscis, 6-10 μ. diam. 1308

Hab. in Phormio tenace in California.

PERICONIA (Tode?) Bon. Handb. p. 112, Sacc. Mich. II, p. 24 (Etym. *peri* circum et *conis* pulvis), *Sporocybe* Mult. — Hyphæ steriles repentes, sæpe obsoletæ: fertiles simplices, fuscæ, apice sporigero simplici v. breve ramuloso. Conidia globulosa, fusca, non catenulata. — De genere *Periconia* et *Sporocybe* etsi inter se disparatis

mira apud auctores confusio, nam alii sumunt *Periconium* pro *Sporocybe*, alii hanc pro illa, alii postremo utramque confundunt. Cfr. Michelia II. p. 24 in nota.

1. **Periconia pycnospora** Fres. Beitr. p. 20, t. IV, f. 1–9. Sacc. F. It. t. 890. — Hyphis fertilibus stipitiformibus gregariis et subinde subfasciculatis, erectis, rigidulis, brunneis v. fuligineis, 200–300 ≍ 10–14, simplicissimis, parce (2–3–) septatis sursum pallidioribus obtusiusculis; conidiis circa apicem hypharum congregatis, sessilibus, brunneis, muriculatis, 12–17 μ. diam. initio (ut videtur) breve et fugaciter catenulatis. 1309

Hab. in caulibus, foliis, petiolis putrescentibus Urticæ, Tami, Rumicis, Leucanthemi, Graminum, Labiatarum etc. in Germania, Italia, Gallia. — Interdum variat: in ramulis Yuccæ, Meliloti conidiis globosis, asperulis, fuligineis, 12–14 μ. d.; Viciæ con. 12–14 d., hypha 12 d.; Junci con. 10 d., hypha 230–250 ≍ 10; Dioscoreæ con. 12–14 d., hypha 14–15 d., Labiatarum hypha 18 μ. cr., conidiis 10–12 μ. d. — Forma minor foliicola sistit, ut videtur, *Haplotrichum pulbum* Bon.: hypha 200 ≍ 10, olivacea, conidiis globosis levibus (ex immaturitate) 8 μ. d. — *Per. byssoides* Pers. forte vix differt; nec forte recedit *Per. Phaseoli* Riv. Par. p. 492, f. 212 in leguminibus Phaseoli.

2. **Periconia byssoides** Pers. Syn. p. 686, Corda Ic. fung. I, p. 19, fig. 260, *Sporocybe byssoides* (Pers.) Fr. S. M. III. p. 343, Berk. Outl. p. 343. — Nigrescens, gregaria: hyphis fertilibus, filiformibus, vix 1 mm. altis, rigidulis, fuscis, apice albicantibus, septatis; capitulo globoso, compacto; conidiis globulosis, majusculis, minute echinulatis (teste Berk.). 1310

Hab. in caulibus herbaceis, in culmis putridis, foliis, sarmentis Vitis, Erythrinæ, Fici, Dipterici, etc. in Suecia, Britannia, Belgio, Italia, Amer. bor. — Verisimiliter non satis diversa a *P. pycnospora*, sed diversissima a *Sporocybe byssoide* Bon.

3. **Periconia atra** Corda Ic. I, p. 19, f. 258, *Sporocybe atra* (Corda) Fr. S. V. S. p. 467. — Brunneo-nigricans, tenuis; hyphis fertilibus setiformibus, flexuosis septatis, deorsum bulbilloso-incrassatis, fuligineis; capitulis sphæroideis; conidiis globulosis brunneis, subpellucidis. 1311

Hab. in culmis graminum et caulibus emortuis plantarum herbacearum in Suecia, Bohemia, Belgio.

4. **Periconia ellipsospora** Penz. et Sacc. Fl. M. Gener. n. 145. — — Hyphis dense congregatis, in cæspitem late effusum congestis, 1312

simplicibus, rigidis, cylindraceis, apicem versus attenuatis; septatis, olivaceo-fuscis, 300-500 ≃ 10-13; conidiis circa apicem paullum inflatum congregatis, sessilibus (concatenatis?), ellipsoideis vel ovalibus, inæqualibus, 12-14 ≃ 6-7, fusco-olivaceis, levibus.

Hab. in caulibus siccis Pæoniæ officinalis in Monte Generoso Italiæ bor.

5. **Periconia pulla** (Bon.) Sacc. *Haplotrichum pullum* (Fr.) Bon. Handb. pag. 104, fig. 164. — Hyphis fusco-nigris, sterilibus sublaneis; fertilibus simplicibus, parce et obsolete septatis, apice subulatis, inferius saturate coloratis, sursum subhyalinis; conidiis late globoso-ellipsoideis, dilute fuligineis, in capitulum congestis (ex icone levibus).

Hab. in caulibus herbaceis putrescentibus in Germania et Suecia. — Forte est forma *Per. pycnosporæ*, quam cfr.

6. **Periconia amphispora** (Bon.) Sacc. *Haplotrichum amphisporium* Bon. Abh. Geb. Mycol. II, p. 94. — Cæspitulis olivaceo-virentibus; hyphis simplicibus, erectis, sparsis, parce remoteque septatis, olivaceis, apice basidia seu sporophora varia sæpius ovalia gerentibus; conidiis biformibus, aliis globosis, aliis obovatis, in capitula obovata congestis. 1314

Hab. in caulibus emortuis in Guestphalia Germaniæ.

7. **Periconia Helianthi** Bon. Handb. pag. 113, fig. 194. — Cæspitulis griseis; hyphis fertilibus simplicibus, septatis, brunneis, apice tumidulo; conidiis albicantibus, globosis basi acutiusculis. 1315

Hab. in clinantho Helianthi in Guestphalia.

8. **Periconia pusilla** Corda Ic. fung. I, pag. 19, fig. 257. — Cæspitulis minutis, atris; hypha erecta subulata, tenui, septata annulata opaca atra; capitulis globosis atro-fuscis; conidiis concoloribus, utrinque acutis. 1316

Hab. in caulibus exsiccatis Umbelliferarum prope Prag Bohemiæ.

9. **Periconia podospora** Corda Ic. fung. I, pag. 19, fig. 255. — Cæspitulis fuscis; hyphæ erecta, flexuosa, fusca, semipellucida, septata, apice clavata; capitulis oblongis; conidiis subglobosis vel obovatis, fuscis, breve hyalino-stipitellatis, 8-9 μ. d.; nucleo obscuriori. 1317

Hab. in caulibus Umbelliferarum prope Prag Bohemiæ.

10. **Periconia fusca** Corda Ic. fung. I, p. 19, f. 259 A. — Cæspitulis crassis, pulverulentis fuscis; hyphis confertis, subulatis, parce septatis, subdiaphanis, fuscis, dein conidiis adspersis; capitulis primum globosis dein secedentibus; conidiis minutissimis ovatis, fuscis. 1318

Hab. in foliis putridis plantarum aquaticarum pr. Prag Bohemiæ.

11. **Periconia glaucophæna** Rabenh. D. C. Fl. n. 1085. — Cæspitulis crassiusculis, subpollicaribus, limitatis, viridi-griseis; hyphis erectis, crebre septatis, basi subinflatis, levibus, olivaceo-brunneis; capitulis majusculis, rotundis, griseo-albis et nitidulis; conidiis obovatis, pellucidis, griseo-nucleatis. 1319

Hab. in lignis putrescentibus prope Como Italiæ bor.

12. **Periconia minutissima** Corda Ic. fung. I, pag. 19, fig. 259 *B.* — Cæspitulis tenuissimis effusis fuscis; hyphis atro-fuscis, laxis, tenuissimis, parce septatis, pellucidis, supra in ramulos brevissimos mamillares botryoideos divisis; conidiis globosis concoloribus, 8 μ. latis. 1320

Hab. in ligno radicis Alni prope Prag Bohemiæ.

13. **Periconia bulbipes** Corda Ic. fung. I, pag. 19, fig. 256. — Hyphis nigricantibus sursum attenuatis, basin versus incrassatis et bulbiformibus, articulatis; capitulis globosis glaucescentibus; conidiis globosis pallidis in capitulum griseo-virens congestis. 1321

Hab. in ramulis deciduis arborum prope Prag Bohemiæ.

14. **Periconia abietina** (Peck) Sacc. *Sporocybe abietina* Peck Rep. St. Mus. N. York. — Minutissima: hyphis fertilibus, tenuibus, distincte septatis, nigricantibus, capitulo minuto obovato vel subgloboso flavido terminatis; conidiis minutis oblongis, spermatioideis. 1322

Hab. in cortice et ligno Abietis nigræ, Adirondack Mountains Amer. bor.

15. **Periconia botrytiformis** Fres. Beitr. p. 72, t. 8, f. 47-50. — Pusilla, vix $^1/_6$-$^1/_5$ mm., brunnea; hyphis rectis v. leniter curvis, simplicibus, atro-brunneis, nitidulis, basi subincrassatis, 2-septatis, apice simplici, mycelio obsoleto: capitulo subrotundo, olivaceo; conidiis globosis, nitide olivaceis, 11-16 μ. d., majoribus minute asperulis. 1323

Hab. in ramulis decorticatis Symphoricarpi racemosæ in Germania. — Affinis *Per. pycnosporæ*, a qua, teste Fresenio, natura hypharum apicis et minutie differt.

16. **Periconia psilonioides** (Preuss) Sacc. *Rhinotrichum psilonioides* Preuss F. Hoyersw. n. 76. — Acervulis effusis confluentibus, velutinis, atris; hyphis fertilibus erectis, in stromate spurio gelatinoso, basi subrotundato atro-fusco, opaco, septato, supra diaphano, subalbo, apice sporidifero, capitula formantibus; conidiis globosis, fuscis; episporio pellucido ochraceo hilo instructo; nucleo obscuro. 1324

Hab. in truncis Alni, Hoyerswerda.

17. **Periconia camptopoda** Corda Ic. fung. I, p. 19, f. 261. — Cæspitulis minutis, elongatis, atris; hypha filiformi, elata, tenui, flexuosa, laxa, plerumque incurva, septata, semipellucida; capitulis globosis fuscis: conidiis ovatis utrinque obtusis; nucleo obscuriore. 1325

Hab. in ligno et caulibus plantarum pr. Reichenberg Bohemiæ.

18. **Periconia smilacina** Thüm. Contr. ad Fl. Lus. pag 7. — Cæspitulis tenuissimis, atris velutinis, delicatulis, penicilliformibus: hyphis erectis, sparsis, rigidis, subulatis, tenuibus, fuscis, septatis; conidiis ovatis utrinque acutatis vel ellipsoideo-globosis, utrinque rotundatis, badiis, 6,8 = 4,5. 1326

Hab. in ramulis emortuis Smilacis nigræ prope Coimbra Lusitaniæ (Mesnier).

19. **Periconia digitata** (Cooke) Sacc. *Sporocybe digitata* Cooke Grev. XII, p. 33. — Sparsa, atra; hyphis rigidis, erectis, septatis, superne breviter digitato-lobatis; conidiis globosis, levibus, atrofuscis 9 μ. diam. 1327

Hab. in culmis Zeæ Maydis, Florida Amer. bor.

20. **Periconia nigrella** (Berk.) Sacc. *Sporocybe nigrella* Berk. Ann. N. H. n. 226, t. XIII, f. 16. — Minutissima, nigra vix ½ mm. alta: hyphis fertilibus simplicibus, tenuibus, 4-5-septatis: capitulo globuloso; conidiis globosis, levibus, 1-guttulatis. 1328

Hab. in foliis graminum dejectis, King's Cliffe Britanniæ.

21. **Periconia nigriceps** (Peck) Sacc. *Sporocybe nigriceps* Peck 34 Rep. St. Mus. p. 49. — Atra, gregaria; hyphis erectis, nitidulis, septatis, apice subinde ramulis binis crassis brevibus præditis; capitulis globosis v. ellipsoideis; conidiis globosis, minute asperulis, coloratis, 6-8 μ. diam. 1329

Hab. in foliis Caricum et Juncorum, Albany et Adirondack Mountains Amer. bor.

22. **Periconia thebaica** Corda Ic. fung. p. 53. f. 22. — Hyphasmate albo, floccoso; hypha fertili tenui alba, diaphana subcontinua; capitulo magno, globoso, cinnamomeo, farinoso; conidiis minutis, globosis, sessilibus vel brevissime stipitatis, fuscis 5,4 μ. crassis. 1330

Hab. in Opio, ex quo jam morphium extractum fuerat, Prag Bohemiæ.

23. **Periconia Desmazieri** (Corda) Bon. Handb. pag. 113, *Sporocybe Desmazieri* Fr. S. M. III, p. 343, Corda Ic. fung. IV, p. 29, f. 90. — Cæspitulis magnis, effusis, tenuissimis, nigrescentibus; hyphasmate ramoso adpresso albo; hypha fertili simplici erecta, infra alba, supra fusca, triseptata; capitulo rotundato majusculo, atro 1331

granuloso: conidiis ellipticis utrinque obtusis, levibus, fuscis, 9–10 μ. longis.

Hab. in charta putrescente uda in Bohemia et Gallia.

24. **Periconia alternata** (Berk.) Sacc. *Sporocybe alternata* Berk. in Cooke Handb. n. 1698. — Griseo-nigricans, formans cæspitulos minutos suborbiculares; hyphis sterilibus decumbentibus, tenuibus; fertilibus septatis, erectis vel subdecumbentibus, alternato-ramosis, (zig-zag ad instar); ramis fertilibus apice tumidulis; conidiis oblongis, subtruncatis, capitato-congestis. 1332

Hab. in charta humida in Britannia et Carolina.

25. **Periconia minima** (Cooke) Sacc. *Sporocybe minima* Cooke Grevillea. — Atra, effusa; capitulo globoso; hypha erecta, flexuosa, ramosa; ramis divaricatis; conidiis minimis, globosis, brunneis, 5–6 μ. diam. 1333

Hab. in charta uda, Notts Britanniæ (W. Jenkinson). — Rite diversa dicitur a *P. alternata* et *Stachybotryte atra*.

26. **Periconia argyrea** Schuchardt Bot. Zeit. 1856, p. 591. — In radice officinali Glycyrrhizæ echinatæ ex Rossia. — Descriptio Schuchardtii nimis vaga ut resumi possit. 1334

PERICONIELLA Sacc. Miscell. myc. II, pag. 17 (Etym. a *Periconia* cui affinis). — Cæspites late effusi, velutini, atri, biophili. Hyphæ fertiles (ex mycelio forte endophyllo orientes) assurgentes, simplices, atræ, septatæ, sursum in ramulos ascendentes desinentes capitulumque formantes. Conidia ovato-oblonga, continua, fuliginea. — Toto habitu et vita a *Periconia* differt, characteribus vero accedit.

1. **Periconiella velutina** (Wint.) Sacc. Miscell. myc. II, p. 17, tab. XI, fig. 36, *Periconia velutina* Wint. Hedw. 1884, p. 174. — Characteres generis: conidiis ovato-oblongis, utrinque attenuatis, fuscis 8–9 ≃ 2–4, in ramulis acrogenis. 1335

Hab. in foliis subvivis Brabeii stellatifolii ad Caput Bonæ Spei, subinde pag. infer. totam occupans (P. Mac-Owan ex Winter).

CEPHALOTRICHUM Berk. Outl. pag. 344, nec Link (Etym. *cephalos* caput et *thrix* pilus). — Hyphæ fertiles erectæ, fuscæ apice in ramulos varie divisos acutos, capitulum formantes, partitæ. Conidia ramulis hærentia, globulosa, colorata. — A genere *Periconia* hypha apice ramuloso-spinuligera præprimis differt.

1. **Cephalotrichum curtum** Berk. Ann. N. H. n. 222, t. XII, f. 13. — 1336
Sparsum, exiguum, brunneum; capitulo subgloboso, æneo-brunneo; hypha fertili brevi 1-2-septata, brunnea, apice capitato-ramosa, ramis 2-3-furcato-ramulosis et spinuligeris, acutis; conidiis globosis, levibus, 1-guttatis.

Hab. in foliis Caricum, Collyweston Britanniæ.

CAMPTOUM Link Spec. Plant. Fungi I, p. 44, Sacc. Mich. II, p. 24 (Etym. *camptos* curvus). — Hyphæ steriles obsoletæ; fertiles simplices hyalinæ, fusco-annulatæ. Conidia ovato-navicularia, typice curva seu inæquilatera, continua, fusca.

1. **Camptoum curvatum** (Kunze et Schm.) Link Sp. pl. Fungi I, p. 44, 1337
Corda Ic. fung. III, f. 17, *Arthrinium curvatum* K. et S. Myk. Heft. II, p. 103. — Cæspitulis velutinis, aterrimis, demum subinde confluentibus; hyphis filiformibus basi subincrassatis, hyalinis, atro-annulato-septatis, apice verruculoso-sporigero, annulis prominentibus; conidiis ovato-oblongis, varie curvatis, atro-fuligineis in capitula subglobosa collectis, mox aufugis, 18-20 = 7-8.

Hab. in foliis emortuis Scirpi lacustris, S. silvatici, Caricis paludosæ in Germania, Italia, Britannia, Belgio, Bohemia. — Sec. Bonorden annuli seu fasciæ atræ hypharum sunt cellulæ depressæ. Huc forte spectat *Menispora cinerea* Corda Ic. I, p. 16, fig. 225.

2. **Camptoum cuspidatum** Cooke et Harkn. in Grev. XII, p. 33. — 1338
Atrum, in cæspites hemisphæricos congestum; hyphis simplicibus, septatis, internodiis collapsis, subhyalinis; conidiis lunatis, cuspidatis, fuscis, 30 = 9 inspersis.

Hab. in Scirpis in California (Harkness).

ACROTHECA Fuckel Symb. myc. pag. 380, em. Sacc. Michelia II, p. 24 (Etym. *acros* summus et *theca* pro spora), *Gomphinaria* Preuss. — Hyphæ steriles repentes v. obsoletæ; fertiles simplices fuscæ, apice simplici. Conidia fusoidea v. breve cylindracea, fusca v. subhyalina.

1. **Acrotheca caulium** Sacc. Mich. I, p. 75, F. it. t. 9 (*Acrothecium*). 1339
— Hyphis fertilibus, erectis gregariis, filiformibus, tenuiseptatis, fuligineis; conidiis in hypharum summo apice capitato-congestis, cylindraceo-oblongis 14 = 3, utrinque obtusiusculis, continuis, 3-guttulatis, fuligineis.

Hab. in caulibus putrescentibus Heraclei Sphondylii, Selva Ital. bor., sociâ *Hendersoniâ Heraclei* Sacc.

2. **Acrotheca multispora** (Pr.) Sacc. *Acrothecium multisporum* Preuss 1340
F. Hoyersw. n. 36, Sturm. D. C. Fl. t. 43. — Mycelio crasso effuso; hyphis ramosis implicatis stupposis, septatis, nigris; ramis flagelliformibus; hyphis fertilibus adscendentibus; conidiis terminalibus accumulatis, elongato-fusiformibus, polymorphis, pellucidis, albidis.

Hab. in suberis interiore parte in vacua lagena vinaria in cella, Hoyerswerda.

3. **Acrotheca atra** (Preuss) Sacc. *Rhinotrichum atrum* Preuss F. 1341
Hoyersw. n. 77, Sturm D. C. Fl. tab. 21. — Acervulis tenuibus, atris; hyphis fertilibus simplicibus, erectis, rigidis, septatis, infra atris, supra albis et verrucosis; conidiis magnis, cylindricis, albis, diaphanis, hilo minuto basilari instructis.

Hab. in truncis Betulæ albæ, supra *Sphæriam scariosam*, prope Hoyerswerda. — An tandem in *Acrothecium atrum* evadat, incertum.

4. **Acrotheca Solani** Sacc. Mich. I, p. 74, F. ital. t. 7. *B. (Acrothecium).* — Hyphis fertilibus, in maculis foliorum arescendo ochraceis gregariis, erectis, filiformibus 80–90 ≈ 3, subcontinuis, fuscis sursum pallidioribus, subattenuatis; conidiis in hypharum summo apice paucis, laxe capitatis, cylindraceis, 18 ≈ 4, utrinque acutatis, minute pluriguttulatis, continuis, hyalinis. 1342

Hab. in foliis languidis Solani nigri, Selva (Treviso) Ital. bor. — Ab *Acrotheca Gei* Fuck. Symb. p. 380 (in Enum. Fung. Nassov. p. 42 falso descripta), cui affinis, hyphis tenuioribus conidiis parcioribus majoribus satis diversa.

5. **Acrotheca Gei** Fuck. Symb. myc. p. 380 et En. Fung. Nassov. 1343
p. 43 (imperfecte descripta). — Hyphis laxe cæspitosis, in macula exarida, acicularibus, 1 mm. altis, atris, apicem versus conidiis, breviter stipitatis, oblongo-lanceolatis, continuis, hyalinis, 16 ≈ 3, obsitis.

Hab. in foliis adhuc vivis Gei urbani in Rhenogovia. — St. conidicus *Depazeæ? geicolæ* Fr.

6. **Acrotheca leucospora** (Bon.) Sacc. *Camptoum leucosporum* Bon. 1344
Handb. p. 103, fig. 159. — Hyphis fertilibus simplicibus, brunneo-olivaceis, septatis (rarius ramulo brevi abnormi medio auctis), apice rotundatis et leniter inflato-asperulis; conidiis clavatis, subinde curvulis, basi attenuatis, hyalinis.

Hab. in foliis(?) in Guestphalia.

7. **Acrotheca amœna** (Pr.) Sacc. *Gomphinaria amœna* Preuss Fung. 1345
Hoyersw. n. 103 et in Sturm D. C. Fl. tab. 60. — Cæspitulis ef-

fusis subdeterminatis fuscis; hypha fertili, erecta, subulata, infra amœne fusca, crebre septata et sensim incrassata, supra subalba continua, diaphana, simplicissima; conidiis oblongis albis, basi acutis vel subapiculatis.

Hab. in cortice Alni glutinosæ, Hoyerswerda. — Capitula singula, subinde duo confertim superimposita.

SYNSPORIUM Preuss Fung. Hoyersw. n. 74 (Etym. *syn* simul et *spora*). — Hyphæ steriles repentes; fertiles cæspitosæ, erectæ, septatæ. Conidia oblonga, continua, apicibus hypharum inserta, capitata, fusca. — Est *Acrotheca* sed hyphæ fertiles furcatæ.

1. **Synsporium biguttatum** Preuss Fung. Hoyersw. n. 74 et in Sturm D. C. Fl. t. 52. — Cæspitulis effusis, primum nigris, demum atris; hyphis repentibus, adscendentibus, ramosis, fuscis; conidiis ovoideis magnis, primum subalbis, dein atro-fuscis, plerumque utrinque 1-guttatis. 1346

Hab. in panno, quo vitra obtecta sunt aqua repleta, et in charta, Hoyerswerda.

Tribus 6. **Arthrinieæ** Sacc.

GONATOBOTRYUM Sacc. Mich. II, pag. 24 (Etym. *gony* geniculum et *botrys* racemus). — Hyphæ fuscæ, simplices, erectæ, hinc inde noduloso-inflatæ ibique denticulato-sporigeræ; conidia ovoidea. — Est *Gonatobotrys* dematiea.

1. **Gonatobotryum fuscum** Sacc. Mich. I, p. 84, F. ital. t. 48 (*Gonatobotrys*). — Effusum, velutinum, atro-fuligineu; hyphis fertilibus erectis, filiformibus, prælongis, subopacis, subcontinuis, 300-600 ≃ 12-15, hinc inde nodoso-inflatis, nodis globosis, 25 μ. diam., undique verruculoso-sporigeris; conidiis ovato-oblongis, utrinque obtusiusculis, 10-11 ≃ 6-7, raro usque 14 ≃ 7½, dilute fuligineis. 1347

Hab. in ligno quercino putrescente, in silva Montello (Treviso) Ital. bor.

2. **Gonatobotryum maculicolum** (Wint.) Sacc. *Gonatobotrys maculicola* Wint. Hedw. 1883, p. 1. — Hyphis solitariis, sparsis, in macula exarida, subrotunda angulataque, fusca, fusco-nigro cincta hypophyllis, longis, erectis, flexuosis, fuscis, basi parum bulbosis, septatis, circ. 8-12 μ. cr.; conidiis in nodulis parum prominentibus sessilibus, ellipticis, utrinque acutiusculis, fuscis, 7-11 ≃ 5-7. 1348

Hab. ad folia languida Hamamelidis virginicæ prope Bethlehem Pensylvaniæ (Rau).

ARTHRINIUM Kunze Myk. Heft. I, p. 9, p. p. Sacc. Mich. II, p. 25 (Etym. *arthron* articulus). — Hyphæ steriles repentes v. obsoletæ; fertiles subsimplices, hyalinæ, crasse nigro-septatæ. Conidia pleurogena, tetrasticho-verticillata, fusoidea, oblonga v. columnaria, continua, fusca.

1. **Arthrinium caricicolum** Kunze et Schm. Myk. Heft. I, p. 9, t. 1, f. 4, Sacc. Mich. II, p. 555, F. it. t. 763. — Cæspitulis aterrimis pulvinatis; hyphis fertilibus assurgentibus, bacillaribus, 50 ≍ 4, apice obtusis, crebre crasseque nigro-septatis, hyalinis; conidiis fusoideis 50 ≍ 8, utrinque obtusiusculis, fuligineis ad septa verticillato-pleuro-acrogenis. 1349

Hab. in foliis emortuis Caricum in alpibus Venetis et Helveticis nec non in Germania.

2. **Arthrinium sporophleum** Kunze Myk. Heft. II, p. 104, Fres. Beitr. t. III, f. 49–52. — Atrum, cæspitulosum; hyphis tenuibus, hyalinis, crebre nigro-septatis et nodulosis, simplicibus, basi subinde subinflatis; conidiis oblongis v. ovoideis subinæquilateralibus utrinque acutiusculis et hyalino-apiculatis tetrasticno-verticillatis, 9–14 ≍ longis. 1350

Hab. in foliis Glumacearum, in primis Caricum, Juncorum in Germania, Britannia, Belgio, Lusitania.

3. **Arthrinium sporophleoides** Fuck. Symb. myc. App. II, p. 78, fig. 29. — Cæspitulis sparsis, quandoque confluentibus, majusculis, ovatis orbicularibusque, convexis, opaco-olivaceis; conidiis quadrifariis, fusiformibus, plerumque regularibus, rectis, utrinque non apiculatis, longitudinaliter striatis, opaco-fuscis, 14 ≍ 6; hyphis fructiferis articulatis, articulis 12 ≍ long. 1351

Hab. in foliis calamisque Caricis supinæ et C. montanæ prope Budenheim Rhenogoviæ.

4. **Arthrinium Morthieri** Fuck. Symb. Myc. p. 357, t. I, f. 14, et App. II, p. 78. — Cæspitibus sparsis, punctiformibus, atro-fuscis, opacis; hypharum articulis subquadratis elongatisve; conidiis plurimis columnæ quadratæ ad instar formatis, utrinque truncatis, margine sæpe tuberculatis, paucioribus orbicularibus, obovatis irregularibusve, 1–2-guttulatis, fuscis, prioribus 16 ≍ 8. 1352

Hab. in foliis siccis Caricis digitatæ et C. paniceæ et C. montanæ prope Dombresson et Neufchatel Helvetiæ (Morthier) et in Gau-Algesheimer Kopf (Fuckel). — Cl. auctor in App. l. c. describit formam speciei abnormem.

5. **Arthrinium pirinum** Wallr. Fl. cr. Germ. p. 1502. — Hyphis cur- 1353

tis e basi connata inde simplicibus bacillaribus subpellucidis torulosis; conidiis lateralibus v. subterminalibus, oblongis, utrinque acuminatis basi tenuata leviter adnatis, pellucidis, simplicibus, hyphæ molem subæquantibus, eaque duplo brevioribus, maculam olivaceo-fuscam tenuissimam rotundam æqualem efficientibus.

Hab. ad utramque Piri communis foliorum faciem circa Heringam Thuringiæ. — Conidia omnino continua observasse declarat Wallroth. — «An *Fusicladium?*».

GONIOSPORIUM Link Sp. pl. Fungi I, p. 45, et Sacc. Mich. II, p. 25 (Etym. *gonia* angulus et *spora*). — Hyphæ fertiles erectæ, distinctæ septato-nodosæ. Conidia pleurogena opposita v. verticillata, eximie angulosa, v. globoso-angulosa, fuliginea, stipitellata.

1. **Goniosporium puccinioides** (K. et S.) Link Sp. pl. Fungi I, p. 45, 1354
Sacc. F. it. t. 793. *Arthrinium puccinioides* Kunze et Schm. Myk. Heft. II, p. 103. — Cæspitulis rotundis nigris, nitidulis, gregariis; hyphis distinctissime noduloso-septatis, hyalinis, 3-4 μ. cr. simplicibus mediotenus sporigeris, sursum sæpius sterilibus, apice obtusis; conidiis globoso-cuboideis v. varie angulosis 10-14 μ. diam., guttulatis fuligineis, minute guttulatis.

Hab. in foliis emortuis Caricis strictæ, C. pullæ, C. collinæ etc. in Germania, Italia, Gallia, Britannia, Lapponia, Suecia.

2. **Goniosporium sphærospermum** (Fuck.) Sacc. *Arthrinium sphærospermum* Fuck. Symb. Myc. App. II, p. 79, fig. 31. — Cæspitulis sparsis, plerumque orbicularibus, hemisphæricis, opacis, nigro-olivaceis, parvulis; hyphis fructiferis articulatis, articulis 6-7 μ. long.; conidiis plerumque subglobosis, raro obtuse angulatis ovatisve, nucleatis, fuscis, 7-8 μ. diam. seu longis. 1355

Hab. in foliis siccis Phlei pratensis, rarius, in Jura Helvetiæ (Morthier). — A *G. puccinioide* conidiis dimidio minoribus et minus angulosis dignoscitur.

Trib. 7. **Trichosporieæ** Sacc.

VIRGARIA Nees Syst. II, p. 14, em. (Etym. a *virga*), *Sporotrichum* et *Botrytis* auct. p. p. — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ simplices v. furcatæ vel parce arrecto-ramosæ, rigidulæ, septatæ. Conidia prope apices et secus ramulos inserta, globosa vel ovoidea, fuliginea.

I. *Sphærosporæ.*

1. **Virgaria nigra** Nees Syst. II, p. 14, fig. 52, *Botrytis nigra* Linck, Grev. Scot. t. 274, *Sporotrichum* et *Trichosporium nigrum* Fr. — Cæspitulis nunc effusis nunc compactioribus subcircularibus; hyphis fertilibus erectis dichotome virgatis, nigris ad apices attenuatis; conidiis globosis, nigricantibus. 1356

Hab. in truncis emortuis in Germania, Belgio, Britannia.

2. **Virgaria globigera** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 578. — Subeffusa, nigra, setuloso-velutina; hyphis strictis, simplicibus cylindricis, basi subincrassatis, sursum minute denticulatis, septulatis, 150 ≈ 4, fuligineis; conidiis globosis, 7-8 μ. diam., hypharum denticulis adnatis, atro-fuligineis, intus granulosis. 1357

Hab. in cortice Magnoliæ, Newfield N. J. (Ellis).

3. **Virgaria fusca** (Cooke) Sacc. *Haplaria fusca* Cooke Rav. Fung. Amer. n. 169, et in Grevill. — Effusa, lanosa, fusco-ferruginea; hyphis congestis, erectis, simplicibus, septatis; conidiis hinc inde conspersis, globosis, fuscis, minutis 3 μ. diam. 1358

Hab. in ramis Quercus, Aiken in Carol. inf. Amer. bor.

4. **Virgaria Bonordenii** Sacc. *Polyactis nigra* Bon. Handb. p. 115, fig. 162. — Cæspitulis minutis, teneris, griseo-fuscis; hyphis sursum arrecto-2-3-furcatis, septatis, fuligineis; conidiis globosis, copiosis, fuligineis. 1359

Hab. in corticibus (?) in Guestphalia.

II. *Ellipsosporæ.*

5. **Virgaria coffeospora** Sacc. Rouss. Bomm. Misc. myc. II, n. 17. — Effusa setuloso-velutina, atra; hyphis assurgentibus, rigidulis, sursum acutis, remote septatis, fuligineis, subsimplicibus; conidiis (pleuro-acrogenis ?) ovoideis, plano-convexis (coffeiformibus), 10 ≈ 5, biguttulatis, fuligineis. 1360

Hab. in ligno putri fagineo in Belgio.

6. **Virgaria atro-fumosa** (C. et E.) Sacc. *Botrytis atro-fumosa* C. et E. in Grevillea tab. 99, f. 22. — Effusa, atro-fuliginea, lanosa; hyphis brevibus, vix 100 μ. longis, furcatis, fuscidulis, leniter septatis; conidiis numerosissimis, ellipticis, minutis, fuscis, 4 ≈ 2,5, prope apices ramulorum congregatis. 1361

Hab. in truncis quercinis putridis, New Jersey Amer. bor.

7. **Virgaria fusco-purpurea** B. et C. North Am. Fungi n. 686. — Hy- 1362

phis tenuibus flexuosis simplicibus, articulatis, atro-purpureis; conidiis subellipticis.

Hab. in ramis quercinis in Carolina inf. Amer. bor. — Stratum format tenue atro-rubescens.

8. **Virgaria indivisa** Sacc. Mich. II, p. 560, F. it. t. 960. — Cæspitulis subeffusis, atris, setulosis; hyphis septulatis fuscis, repentibus sterilibus; fertilibus erectis indivisis, 200 ≈ 3; conidiis acrogenis obovatis, deorsum acutiusculis 5-6 ≈ 3, 1-guttatis, subfuligineis. 1363

Hab. in ligno quercino putri, Montello Ital. bor. (Sacc.) et in lignis udis, Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis).

9. **Virgaria olivacea** Ell. et Ewerh. Bull. Torr. Cl. 1883, p. 97. — Olivaceo-brunnea, velutina 1-3 cent. lata; hyphis erectis, simplicibus olivaceo-brunneis, deorsum tenuiter septatis, sursum paululum incrassatis, pallidioribus, subundulatis, 125 ≈ 2.5; conidiis solitariis obovatis, brunneis, subterminalibus, 4 ≈ 3. 1364

Hab. in ramis emortuis quercinis, Newfield N. J. Amer. bor. — A *V. globigera* differt conidiis minoribus, intus non granulosis.

10. **Virgaria setiformis** (Wallr.) Sacc. *Helminsporium setiforme* Wallr. Fl. crypt. n. 1507 *b* (append.). — Hyphis simplicissimis, continuis, levibus, opacis, rigidis, fasciculatis, atris, nitidis, subtilissimis; appendicibus sporomorphis (conidiis) lateralibus, paucis, laxe appensis, ovato-subrotundis, opacis, minutissimis. 1365

Hab. ad Rhizomorpham subcorticalem humo obtectam intra Salices cavas in Thuringia.

ACROSPEIRA B. et Br. Ann. N. H. n. 952 (Etym. *acros* summus et *speira* spira). — Hyphæ steriles decumbentes; fertiles erectæ, sursum ramosæ, articulatæ; rami apice subspiraliter convoluti, pluriarticulati. Conidia globulosa, atra, muriculata ex uno alterove articulo intermedio spiræ oriunda.

1. **Acrospeira mirabilis** B. et Br. Intr. Crypt. pag. 305, fig. 96 *a*, Ann. N. H. n. 952. — Hyphis fertilibus sursum vage ramosis et crebre septatis; ramulis apice spiraliter convolutis et 4-locularibus; loculis demum inflatis, secundo tantum fertili, h. e. in conidium globosum, atrum, extus granulatum abeunte. 1366

Hab. in fructibus Castaneæ, Bristol Britanniæ.

STREPTOTHRIX Corda Anl. p. 13. Prachtfl. p. 23 (Etym. *streptos* tortus et *thrix* pilus, hypha). — Hyphæ fertiles erectæ, virgato-ramosæ,

ramis ramulisque spiraliter tortis. Conidia globosa v. ovoidea, in ramulis solitarie acrogena, subinde pleurogena, sessilia v. stipitellata, fusca. — *Streptothrix spiralis* Berk. Amb. Mould n. 3, est species in Borussia statu fossili reperta.

1. **Streptothrix fusca** Corda Prachtfl. pag. 23, t. 13, *Monosporium curvatum* Bon. Handb. fig. 115. — Cæspitulis fuscis; hyphis fertilibus erectis subcontinuis, vage ramosis ramulosisque, ramis tortuosis; conidiis terminalibus et subinde axillaribus, breve filiformi-stipitellatis, ellipsoideo-ovatis, subinde 2-guttatis, fuscis. 1367

Hab. in ramis Juniperi, sociâ *Peziza cedrinâ*. New York Amer. bor., et in ramis, Prag Bohemiæ.

2. **Streptothrix atra** B. et C. North Amer. Fungi n. 654. — Hyphis parce articulatis, sursum ramosis repetito crenulato-flexuosis; conidiis globosis vel subellipticis, inquinantibus, copiosis. 1368

Hab. in truncis Juniperi, Carpini americanæ, Caryæ, Persicæ in Alabama, Massachusetts, Pensylvania, Carolina Americæ borealis.

3. **Streptothrix abietina** Peck 25 Rep. p. 93, tab. I, f. 13-15. — Cæspitulis subglobosis, sparsis v. congestis, brunneo-atris; hyphis ramosis, pallidis, echinulatis; conidiis globosis minute asperulis, 6-7,5 μ. diam. 1369

Hab. in truncis prostratis Abietis, Sandlake Amer. bor. — A *S. atra* differt conidiis majoribus et hyphis echinulatis. — «Ob ramos non tortuosos vix hujus generis».

ZYGODESMUS Corda Ic. fung. I, p. 11 (Etym. *zygos* copula et *desmos* nodus). — Hyphæ repentes vage ramosæ confluentesque fuscæ vel pallidæ hinc inde unilateraliter inflatulæ ibique imperfecte septatæ. Conidia globosa v. ovoidea, muricata, rarius levia, ex hypharum denticulis v. ramulis oriunda v. in ramis basidiomorphis pallidis sterigmatophoris quaternatim acrogena. — In *Zygodesmo fusco, violaceo-fusco, diffuso* etc. hyphas unilateraliter nodulosas ibique refracto-septatas observavi; præterea ad hypharum apices vidi basidia genuina, clavata, nec non sterigmata quaterna v. bina sporas sphæricas aculeolatas exerentia. Ut liquide patet, fabrica hæc fructificationis cum Hymenomycetibus congruit, dum habitus et hyphæ discretæ byssinæ cum Hyphomycetibus conveniunt. Sed sine dubio Zygodesmi species quædam essentialiter sunt Hymenomycetes ab Hypochnis vix ac ne vix separandæ. Quum vero et species plurimæ adsint quoad sporophororum fa-

bricam parum cognitæ et aliæ vere hyphomyceteæ, genus ad interim hoc loco retinui. Cfr. quoque *Hypochnus subfuscus* Karst. *H. umbrinus* Quél. etc. Etiam quoad colorem, species quædam ad Mucedineas, aliæ ad Dematieas vergunt, nec desunt intermediæ. *Zygodesmus* diceretur *Ornithorhinchus* inter mycetes!

I. *Eu-Zygodesmus.*

Hyphæ et conidia atra v. fusca; conidia aspera.

1. **Zygodesmus fuscus** Corda Ic. fung. IV, p. 26, fig. 81. — Subcrustaceo-velutinus, effusus, brunneus; hyphis ramosis, septatis, rufo-brunneis, anastomosantibus; ramulis conidiferis erectis, brevibus acutiusculis; conidiis globosis, echinulatis, flavo-brunneis, 9-11 μ. diam. 1370

Hab. in ligno et ramis dejectis Coryli, Quercus, Betulæ etc. in Bohemia, Britannia, Lusitania, Sibiria, Belgio, Germania, America boreali, Italia. — Specimina italica, quæ pro hac specie habui, ab icone Cordæ desciscunt; nostra enim gerunt basidia tetra-sterigmatica.

2. **Zygodesmus ramosissimus** B. et C. North Am. Fung. n. 683. — Atro-fuscus: hyphis ramosissimis, fertilibus simplicibus divisisque; conidiis minutis, paucis, grosse-echinulatis. 1371

Hab. in ligno pineo in Carolina infer. Amer. bor.

3. **Zygodesmus terrestris** B. et Br. Ann. N. H. n. 1915. — Tenuis, effusus, brunneis; conidiis subellipsoideis v. citriformibus, initio levibus dein asperulis. 1372

Hab. in terra denudata, Crundall, Kent Britanniæ (Berk.) Haddous (Montagne).

4. **Zygodesmus granulosus** Peck Bot. Gaz. 1881, p. 277. — Hyphis tenuibus levibus, valde ramosis, stratum effusum ochraceo-brunneum superficie granulosum formantibus; conidiis subglobosis, echinulatis, 7-8 μ. diam. 1373

Hab. in lignis dejectis, Massachusetts Americæ borealis (H. W. Harkness).

5. **Zygodesmus atro-ruber** Peck Bot. Gaz. 1881, p. 277. — Hyphis repentibus intricatis ramosis, plus minus asperulis v. granulosis stratum effusum atro-rubrum tomentosum formantibus; conidiis subglobosis echinulatis circ. 6-8 μ. diam. 1374

Hab. in ligno dejecto populino, Massachusetts Amer. bor. (H. W. Harkness).

6. **Zygodesmus bicolor** C. et Ell. in Grevillea. — Effusus, centro fuligineus, ambitu luteo-fuscus; hyphis sterilibus furcatis, croceis; fertilibus flexuosis, fuligineis, hinc illinc papillatis; conidiis globosis, echinulatis, 9 μ. diam. 1375

Hab. in cortice Juniperi, New Jersey Amer. bor.

7. **Zygodesmus versiformis** Sacc. Mich. II, p. 362, (ut var. *Z. nodosi* Pr.). — Effusus, ater; hyphis nodulosis subhyalinis, hinc inde ad nodos refracto-septatis; conidiis ellipsoideis, rugulosis, 26–28 ≃ 20–26, atris, siccis complicatis et tunc subnavicularibus. 1376

Hab. in ligno vetusto decorticato prope Le Sapey (Isère) Galliæ (Therry).

8. **Zygodesmus fibrosus** B. et C. North Am. Fungi n. 682. — Effusus fuscus, fibrillis repentibus; ramulis fertilibus brevibus apice conidiis valide echinulatis globosis coronatis. 1377

Hab. in foliis putridis in Carolina inf. Amer. bor.

II. *Hypochniella* Sacc.

Hyphæ et conidia lætius colorata.

A) *Trechisporæ* (conidia aspera).

9. **Zygodesmus violaceo-fuscus** Sacc. Mich. II, p. 293. — Effusus, sordide violaceus, subpulveraceus; hyphis dichotome vageve ramosis, 6–7 μ. diam., subnodulosis, septatis, dilute fuligineis; conidiis e nodulis oriundis ellipsoideo-globulosis, inæqualiter verruculosis, 8 ≃ 6½, nubilosis, atro-violaceis. 1378

Hab. in ligno quercino putri in silva Montello Ital. bor.

10. **Zygodesmus tristis** Ces. Bot. Zeit. 1856, p. 446. — Hyphis rufulis passim, plerumque cinerescentibus vel subviolaceo-umbrinis in pelliculam tenuem diffusam implexis, genicula characteristica generis parciora parceque prominula gerentibus; conidiis, more generis, muricatis hypharum diametrum æquantibus, numerosissimis. 1379

Hab. in terra argillosa vel subcretacea sterilescente in lateribus viarum cavarum, quam obtegit, in Italia bor.

11. **Zygodesmus ochraceus** Sacc. Mich. II, p. 565. — Effusus, argillaceo-ochraceus, subvelutinus; hyphis ramosis intricatis, hinc inde nodosis ibique refracto-septatis, subhyalinis; basidiis non visis; conidiis globosis muriculatis, 7–8 μ. diam., fulvo-fuligineis. 1380

Hab. ad lignum mucidum, Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis).

12. **Zygodesmus pannosus** B. et C. North Am. Fung. n. 680. — Argillaceus, late effusus, granulatus; conidiis globosis minutis, echinulatis. 1381

Hab. in ramis et ligno dejectis udis e. g. Magnoliæ, Myricæ etc. in Carolina inf., Florida, Pensylvania, New York Americæ borealis.

13. **Zygodesmus fulvus** Sacc. Michelia II, pag. 147. — Cæspitulis aureo-fulvis, varie effusis: hyphis intricato-ramosis, 6 μ. crassis, subrepentibus, hinc inde uno latere subinflatis ibique incomplete septulatis, subfuligineis; conidiis globosis, pleurogenis (ut videtur), 8 μ. diam., flavo-fuscidulis, eximie hyalino-echinulatis. 1382

Hab. in trunco putrido Betulæ verrucosæ pr. Minussinsk Sibiriæ asiaticæ (Martianoff), in foliis et truncis quercinis putridis in Gallia (Therry), et Arduennis (Libert). — Var. **olivascens** Sacc. Mich. II, p. 585: conidiis subolivaceis sphæricis 8–9 μ. d. exquisite hyalino-muricatis. In lignis putridis in Arduennis (Libert).

14. **Zygodesmus rubiginosus** Peck Rep. of St. Mus. N. Y. — Effusus, indeterminatus, læte rubiginosus, non granulosus, stratis margine pallidioribus; conidiis globosis, rugulosis, 7 μ. diam. 1383

Hab. in ligno dejecto, Greenbush Amer. bor. — Colore *Zig. hydnoidei* B. et C. sed superficie haud granulata conidiisque minoribus recedit.

15. **Zygodesmus muricatus** Ell. et Ev. Bull. Torr. 1884, p. 17. — Roseo-purpureus, dein rubiginosus, stratum suborbiculare, gossypinum, laxum 2–4 cent. latum v. confluendo amplius formans: hyphis valide muricatis, valde ramosis, 5–7 μ. cr. prope ramorum originem distincte zygodesmoideo-septatis; basidiis in ramorum extremitate oblongo-cylindraceis, sterigmata quaterna majuscula gerentibus; conidiis subglobosis, valide echinulatis, 5–6 μ. diam. 1384

Hab. in ligno pineo putri, Newfield N. J. Amer. bor.

16. **Zygodesmus nodosus** Preuss F. Hoyersw. II, p. 74. — Mycelio effuso, lateritio-rubro; hyphis pellucidis albis nodosis, ramosis, sporadiferis; conidiis globosis magnitudine variis, verrucosis, nucleatis. 1385

Hab. in ligno putrido, Hoyerswerda.

17. **Zygodesmus hydnoideus** B. et C. North Am. Fungi n. 681. — Effusus, rubiginosus, granulatus fere hydnoideus; conidiis minute echinulatis, globosis, 15 μ. diam. 1386

Hab. in lignis putridis in Pensylvania (Michener) et Buffalo (Clinton) Amer. bor.

18. **Zygodesmus rudis** Ell. Bull. Torr. Cl. 1882, p. 98. — Effusus, læte ferrugineus; hyphis asperulis crassis hinc inde septa zygodes- 1387

moidea gerentibus; conidiis subglobosis, parce sed valide echinulatis, 7-8 μ. diam.

Hab. in ligno dejecto udo Juniperi virginianæ et Rhois venenatæ in Amer. bor.

19. **Zygodesmus marginatus** Cooke et Hark. in Grevillea. — Effusus, pallidus, margine lato albo sterili circumdatus; hyphis repentibus, septatis, intertextis, hyalinis, conidii diametrum æquantibus vel paullo superantibus; conidiis globosis, numerosis, pallidis, spinulosis, 6-8 μ. diam. 1388

Hab. in ligno pineo in California (Harkness).

20. **Zygodesmus ferrugineus** Preuss F. Hoyersw. n. 32, Sturm D. C. Fl. t. 39. — Cæspitulis effusis ferrugineis; hyphis repentibus pauciramosis, pauciseptatis, diaphanis albis; verrucis sporidiferis; conidiis ellipticis, verrucosis, basi truncatis ferrugineis, nucleato-guttulatis. 1389

Hab. in pagina interiore foliorum Alni subsiccorum et delapsorum, Hoyerswerda. — «Quoad conidiorum insertionem a typo *Hypochni* omnino differt, sed hyphæ noduloso-semi-septatæ, adsunt».

B) Leiosporæ (conidia levia v. ignota).

21. **Zygodesmus diffusus** Sacc. Mich. II, p. 529. An *Hypochnus effusus* Bon. Handb. p. 160? — Pelliculam constituit tenuem, sordide albidam, breve velutinam; hyphis fasciculatis, assurgentibus, dilute flavidis 5 μ. diam., septatis et hinc inde, more solito, gibbosis ibique refracto-septatis, sursum parce ramosis; basidiis in ramorum apice 3-4-fasciculatis, tereticlavulatis, 30 : 5-6, subhyalinis sterigmata duo exerentibus; conidiis ellipsoideis 3-3½ : 2-2¼ uniguttulatis, hyalinis, levibus. 1390

Hab. in foliis putridis in umbrosis alpium Tridentinarum, (R. Canestrini). — Structura tota, præter sporas non aculeolatas, *Zygodesmi*, qui, ut monui, ab *Hypochno* non satis differt.

22. **Zygodesmus levisporus** Cooke in Rav. Fung. Amer. n. 58 et in Grevillea. — Ochraceo-fulvus, late effusus, pannosus; hyphis repentibus, sparse ramosis, septatis; conidiis globosis, levibus 10 μ. d. 1391

Hab. in cortice Magnoliæ in Carolina inf. Amer. bor.

23. **Zygodesmus effusus** B. et C. North Am. Fungi n. 684. — Effusus, alutaceus; hyphis biformibus, aliis septis zygodesmoideis præditis, aliis ramosis, spinulis conidiophoris conspersis; conidiis globosis in spinulis insertis. 1392

Hab. in Quercu emortua in Carolina inf. Amer. bor.

24. **Zygodesmus ochraceus** Corda Ic. fung. I, p. 11, fig. 165. — Mycelio effuso, ochraceo; hyphis simplicibus vel subramosis, flaccidis, ochraceis, 5,4 μ. crass. geniculis verruciformibus lateraliter copulatis semiseptatis; conidiis obovatis levibus, albis, pellucidis, basi hylo ornatis, intus nucleo lineari, curvato, granuloso, lutescente, 11 μ. crass. 1393

Hab. in panniculis cæruleis putridis prope Prag Bohemiæ.

25. **Zygodesmus hypochnoides** Corda Ic. fung. I, p. 11, f. 164. — Macula atrata; mycelio arachnoideo, albo, effuso; hyphis crassis, albis, pellucidis, cavis, intus guttulatis 4 μ. crass., ramis patentissimis; geniculis subglobosis lateralibus semiseptatis; conidiis conglobatis, fusiformibus, concoloribus, 5–5,5 μ. cr., levibus. 1394

Hab. in ligno nudo putrido Fagi pr. Reichenberg Bohemiæ.

26. **Zygodesmus Amphiblistrum** Sacc. *Amphiblistrum hypochnoides* Corda Ic. fung. I, pag. 11, f. 166, *Rhinotrichum hypochnoides* (Corda) Bonord. Handb. pag. 91. — Mycelio effuso, isabellino, tomentoso; hyphis albidis; ramis patentibus, verrucis minutis conidiferis undique obsitis; conidiis obovatis, albidis 17 μ. diam.; nucleo olivaceo-luteo; muco albido et hylo basilari perforato. 1395

Hab. in cortice Fagi ad Hammerstein prope Reichenberg Bohemiæ.

27. **Zygodesmus olivascens** B. et C. North Am. Fungi n. 685. — Luteo-olivaceus, effusus, tenuis; hyphis fertilibus digitatis. 1396

Hab. in ligno pineo dejecto in Carolina, New York, New Jersey Amer. bor.

TRICHOSPORIUM Fr. Summa Veg. p. 492, Sacc. Mich. II, pag. 25 (Etym. *thrix* pilus et *spora*), *Plecotrichum*, *Sporotrichum*, *Melanotrichum*, *Memnonium*, *Mammaria*, *Coliolosporium* etc. Auctorum p. p. — Hyphæ repentes vage ramosæ fuscæ vel pallidæ. Conidia globosa v. ovoidea, levia, v. vix asperula in ramulis vage inserta acro-pleurogena globosa v. subglobosa, fusca rarius subhyalina. — Genus ulterius inquirendum et dividendum; quod ipse, speciebus adhuc multis imperfecte cognitis, aggredi frustra conatus sum. Est meo sensu *Sporotrichum* dematieum.

1. **Trichosporium Fici** Pass. et Beltr. F. Sic. n. 32. — Hyphis repentibus, intricatis, ramosis, fuscis; conidiis minutis ovali-oblongis, levibus, continuis in hyphis pleurogene insertis. 1397

Hab. ad folia viva Fici Caricæ, parasitans, ut videtur, in Lecanio ficifolio Rndn. [sp. n. ined.]. Monostalla Siciliæ.

2. **Trichosporium splenicum** Sacc. et Berl. Miscell. myc. II, pag. 31, n. 137. t. IX. f. 11. — Effusum, velutinum, atro-fuscum; hyphis adscendentibus, continuis, olivaceo-fuliginеis, paniculato-ramosis, 120 = 3, ramis strictis, sursum asperulis, obovato-reniformibus, 4-5 = 2,5-3, sæpe-1-guttulatis, olivaceo-fuscis. 1398

Hab. in ligno putri Montecchia Padova Ital. bor. — A *Rhinocladio foruloso* basidiis nullis v. obsoletis distinctum.

3. **Trichosporium fuscescens** Cooke et Hark. in Grevillea. — Late effusum, subcompactum, fuscescens; hyphis ramosis, repentibus, densissime intertextis, septatis, fuscis; conidiis acrogenis inspersisve, ovalibus vel subellipsoideis, levibus, fuscis 8-10 = 7. 1399

Hab. in ligno decorticato Pini in California.

Trichosporium fuscum (Link) Sacc. Mich. II, p. 640. Bon. Handb. fig. 130. *Alysosporium fuscum* Link. sp. I. 23, *Macrotrichum ferrugineum* Grev. edinb. III 64; *Sporotrichum fuscum, stuposum* et *badium* Link. obs. I. 10. *Corticium fuscum* Pers. myc. I, 38; *Thelephora oinosa* Pers. syn. 578 (sec. Wallr.). — Hyphis fuscescentibus in hyphasma crassiusculum jugiter intertextis, pluries ramosis, septatis; ramulis acutiusculis; conidiis ellipsoideis ad apices laxe racemosim insertis, fuscis, 8-11 = 6-7. 1400

Hab. in corticibus putridis Pinorum aliarumque arborum in Germania, Italia, Gallia, sæpe *Rosellinia aquila*.

5. **Trichosporium aterrimum** (Corda) Sacc. *Colletosporium aterrimum* Cord. Ic. I. p. 10. f. 156. — Mycelio effuso atro; hyphis simplicissimis flexuosis intricatis, aterrimis impellucidis; globulis conidiorum atris; conidiis ellipticis minutis, fuscis semipellucidis. 1401

Hab. in cortice et ligno pineo in Bohemia.

6. **Trichosporium Berengerianum** Sacc. Syll. Vol. I. p. 169. — Effusum aterrimum; hyphis septatis simplicibus v. ramosis; conidiis obovatis, basi truncatis, 7 = 5, fuligineis, guttulatis, solitarie v. verticillatim acrogenis. 1402

Hab. in stromate Eutypæ spinosæ, in ligno Fagi silvaticæ in Italia bor.

7. **Trichosporium nigricans** Sacc. Mich. II, p. 125, F. it. t. 738. — Effusum, nigrum, subvelutinum v. denique subpulveraceum; hyphis semidecumbentibus, basi anastomosantibus, sursum simplicibus furcatisve, distincte septatis, filiformibus, ad apicem quandoque lenissime inflatis, fuligineis; conidiis ad apices insertis, copio 1403

sis, perfecte globosis, $6^1/_2$–S diam. fuligineo-nigris, nucleol pallidiore fætis.

Hab. sub cortice relaxato ramorum Fagi et Carpini in Arduennis. — f. **lignicola**. A typo differt conidiis paulo majoribus, nempe 10–12 μ. diam. æque nigricantibus guttulatisque In ligno putri socia Hypocrea rigente pr. Lyon Galliæ (THERRY).

8. **Trichosporium velutinum** Sacc. Syll. Vol. I, p. 176. F. ital. t. 472 — 1404
Effusum olivaceo-nigrum velutinum: hyphis erectiusculis, subsimplicibus, crebre septatis olivaceo-fuligineis; conidiis obovoideis, fuligineis, 6 ≃ 4,5–5, acro-pleurogenis, 1-guttulatis.

Hab. in trunco decorticato Aceris campestris supra *Eutypam velutinum* in Ital. bor. et Germania. — *Botrytis velutina* Wallr. videtur diversa.

9. **Trichosporium tabacinum** Sacc. et Roum. Reliq. Lib. IV. n. 188. — 1405
Late effusum, pulverulentum, tabacinum: hyphis filiformibus, subcontinuis, sursum ramulos tortuoso-nodulosos gerentibus; conidiis pleuro-acrogenis oblongo-ellipsoideis, 7–7,5 ≃ 4–5 basi acutiusculis melleo-tabacinis, æque ac hyphis.

Hab. in ligno putri in Arduennis. — Ab affini *Sporotricho geochroo* præcipue conidiis majoribus mox dignoscitur. An ergo potius *Sporotrichi* species?

10. **Trichosporium hamosum** (Rab.) Sacc *Sporotrichum hamosum* Rabenh. D. C. F. 767. — Hyphis ramosis laxis brunneolis diaphanis in cæspitulos majusculos 4 mm. diam. laxe contextis ramis brevibus, apice recurvo-hamatis, conidiis copidsis brunneolis ovoideis, umbilicatis. 1406

Hab. in corticibus et lignis putrescentibus arborum frondosarum prope Klagenfurt Carinthiæ.

11. **Trichosporium crispulum** Sacc. et Malbr. Mich. H. p. 640. — 1407
Cæspitulis maculiformibus adpresse velutinis, olivaceo-fuligineis; hyphis fertilibus fasciculatis crebre flexuosis, simplicibus vel furcatis parceque ramulosis, 100–150 ≃ 4, septulatis fuligineis; conidiis obovoideis 5–6 ≃ 4, concoloribus, secus apices ramulorum digestis.

Hab. in ramis putridis Rosarum in Arduennis (LIBERT). et in Vaccinii Myrtilli caule, Brionne (MALBRANCHE).

12. **Trichosporium densum** Karst. in Fragment. mycol XIV. p. 3 — 1408
Cæspitibus densis, orbicularibus vel elongatis, confluentibus ambientibusque, fuliginosis, in olivaceo-atrum plus minus vergentibus, hyphis longissimis, 300 ≃ 6, flexuosis, crispis, ramosis, dilute fu-

ligineis; conidiis obovoideis, uniguttulatis, levibus, secus ramulos digestis, fuliginei pellucidisque. 7–8 = 5–6

Hab. in ramulis exsiccatis Rubi? in par. Hollola Fenniæ (Enw. Waino). — »Forte non diversum a *F. crispulo* Sacc. et Malbr.«.

13. **Trichosporium murinum** (Link) Sacc. F. it. t. 740, *Sporotrichum murinum* Link Sp. pl. Fungi I, p. 8. Bon. Handb. fig. 145, *Botrytis murina* Ditm. D. C. Fl. t. 36. — Cæspitulosum vel effusum, flocculosum griseo-virens dein fusco-nigricans; hyphis dichotome v. vage ramosis septatis olivaceo-fuscis; conidiis prope apices ramulorum insertis, subspicatis, ovatis, 10–12 = 8, sursum acutatis, 1–guttulatis olivaceo-fuscis. 1409

Hab. ad ramos putres et in Fistulina dejecta in Germania Italia bor. et Argentina.

14. **Trichosporium Preussii** Sacc. *Blastotrichum fuscum* Preuss F. Hoyersw. n. 13. — Cæspitibus late et crasse expansis, holosericeis atro-fuscis; hyphis ramosis, repentibus et adscendentibus erectisve, septatis, fuscis; conidiis rotundis, atro-fuscis; episporio hyalino, intus nucleo gelatinoso. 1410

Hab. in lignis Alni glutinosæ, Pinka pr. Hoyerswerda.

15. **Trichosporium colletosporium** Sacc. *Colletosporium atrum* Link Sp. pl. Fungi I, p. 25. — Hyphis teneris effusis atris in stratum tenue contextis, vesiculis (?) dispersis raris; conidiis globosis. 1411

Hab. ad ramos dejectos in agro berolinensi.

16. **Trichosporium echinobotryoides** (Ces.) Sacc. *Mammuria echinobotryoides* Ces. Flora 1854, pag. 207. — Crusta pulverulenta, crassa, aterrima; hyphis intricatis, hyalinis, ramosis, repentibus; conidiis ex olivaceo nigrescentibus glomeratim inspersis, simplicibus, papillatis. 1412

Hab. in cavitate trunci salicini, Vercelli in Italia boreali.

17. **Trichosporium umbrinum** (Link) Sacc. *Colletosporium umbrinum* Link Sp. pl. Fungi I, pag. 25. — Hyphis ramosis badiis in stratum densum longe lateque effusum intertextis, vesiculis (?) irregularibus; conidiis raris globosis. 1413

Hab. ad paginam internam corticis arborum putrescentis in Germania.

18. **Trichosporium plecotrichum** Sacc. *Plecotrichum fuscum* Corda in Sturm D. C. Fl. p. 87. t. 44. — Cæspitulis subeffusis, fuscis; hyphis abbrevietis parce septatis, tortuosis, fuscis; conidiis ovoideo-cuneatis, minutis, albis. 1414

Hab. in ramis decorticatis Rosæ caninæ prope Prag Bohe-

miæ. — A typo generis differre videtur conidiis pallidis; ceterum species dubia.

19. **Trichosporium Lauri** (Corda) Sacc. *Plecotrichum Lauri* Corda 1415
Ic. fung I. p. 10, fig. 158. — Epiphyllum; cæspitulis olivaceis; hyphis simplicibus flexuosis, intricatis, olivaceo-fuscis; globulis conidiorum opacis; conidiis numerosis, globosis, albis diaphanis.

Hab. in foliis putridis Lauri in Italia.

20. **Trichosporium melanotrichum** Sacc. *Melanotrichum microspermum* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 45. — Effusum atrum; hyphis atris impellucidis simplicibus; conidiis minutissimis numerosis globosis albis. 1416

Hab. in ligno putri pineo in Germania.

21. **Trichosporium polysporum** (Corda) Sacc. *Colletosporium polysporum* Corda Ic. I, p. 10, f. 157. — Mycelio effuso, olivaceo-atro; hyphis subramosis rigidis, olivaceis, semipellucidis; conidiis numerosissimis magnis, conglobatis, globosis, olivaceis, semipellucidis. 1417

Hab. in ligno putrido prope Prag Bohemiæ.

22. **Trichosporium atratum** (Fr.) Sacc. *Botrytis atrata* Fr. S. M. III, p. 399. — Hyphis atris, sterilibus maculaeformi-contextis; fertilibus apice divisis; conidiis circa apices tenues spicato-capitatis, pellucidis. 1418

Hab. ad fructus Æsculi, Juglandis in Suecia et Germania.

23. **Trichosporium pullum** (Fr.) Sacc. *Dendrina pulla* Fr. S. M. III, p. 454. — Cæspitulis effusis griseo-nigris; conidiis majusculis nigris olivaceo-pellucidis. 1419

Hab. in caulibus emortuis, frequens in Heracleo Sphondylio in Scania et Germania.

24. **Trichosporium nigrum** (Preuss) Sacc. *Sporotrichum nigrum* Preuss F. Hoyersw. n. 29. — Mycelio effuso, floccoso-bombycino, atro-fusco; hyphis intricatis ramosis, diaphanis, septatis; conidiis ovato-oblongis subconcoloribus; episporio pellucido fusco; nucleo farcto. 1420

Hab. intra stipites Humuli siccos in humido loco expositos Neida prope Hoyerswerda.

25. **Trichosporium Fiedleri** (Rabenh.) Sacc. *Sporotrichum Fiedleri* Rabenh. Bot. Zeit. 1851, p. 669. — Effusum, tenue, olivaceo-nigrum; hyphis flexuoso-torulosis, ramosis, umbrinis, obscure septatis; conidiis rotundis demum ovoideis basi apiculatis, substipitellatis, 1-guttulatis, episporio crassiusculo levi vix colorato. 1421

Hab. in truncis (?) in agro dresdensi Germaniæ.

26. **Trichosporium sphæricum** Sacc. Mich. II, p. 579. — Effusum, adpressum, nigrum, subpulveraceum, hyphis, repeutibus breve et vage ramulosis, septatis, fuligineis, 5-6 μ. diam.; ramulis sinuosis irregularibus; conidiis apici ramulorum adnatis perfecte globosis, levissimis, 16-18 μ. diam. atro-fuligineis. 1422

Hab. in culmis emortuis Zeæ Maydis. Newfield, N. J. Amer. bor., socio *Colletotricho Lineola* (Ellis). — A *Trichosporio* generice distingui meretur (nomine *Melosporii*) et ob hyphas adpressas, brevi-ramosas et ob conidia magna.

Trichosporium Maydis (Gar.) Sacc. *Sporotrichum Maydis* Garovaglio Arch. Critt. Ser. I, p. 39. — Cæspitulosum vel irregulariter effusum, sat crassum, superficie inæquali, pannosa, lurida; hyphis creberrimis, diaphanis, tenellis, jam a basi ramosis, ramis aliis decumbentibus, intextis, aliis ascendentibus implexis, omnibus tenuissime et remote septatis nonnullis apice libero conidia evolventibus; conidiis globosis, unilocularibus, in toto genere maximis, primum diaphanis, tandem opacis, subnigricantibus, episporio crassiusculo, levi instructis, exappendiculatis, in stromate libere sparsis, 14-15,5 μ. diam. 1423

Hab. in seminibus (caryopsidibus) Zeæ Maydis in Italia.

28. **Trichosporium palmicolum** (Cooke) Sacc. *Memnonium palmicolum* Cooke Grevillea t. 86, f. 6. — Atrum, effusum; conidiis globosis, magnis, opacis 15 μ. d.; hyphis repentibus, paucis, hyalinis, septatis. 1424

Hab. in foliis emortuis Cocos nuciferæ, Demarara. — Cæspituli minuti, nigri 2-3 cent. longi.

29. **Trichosporium olivatrum** Sacc. Mich. II, p. 249, et F. it. t. 739. — Effusum, atrum, subpulveraceum; hyphis vage ramosis, septulatis, fuscis; conidiis prope ramulorum apicem subspicatim insertis, globosis, 1-guttulatis $3^1/_2$ μ. diam., atro-olivaceis. 1425

Hab. in culmis Arundinis Donacis putrescentibus, in Horto Patavino, et in charta et tela putridis in Arduennis.

30. **Trichosporium Cerealis** (Thüm.) Sacc. Mich. II, p. 639, *Sporotrichum Cerealis* Thüm. Hedw. 1880, p. 196. — Effusum, fuscum; hyphis filiformibus septulatis parce ramosis, 1,5-2 μ. d., fuscis; conidiis globulosis, 3-4 μ. d., olivaceo-fuscis, guttula hyalina fetis. 1426

Hab. in foliis culmisque Secalis in Arduennis (Libert).

31. **Trichosporium inosculans** (Berk.) Sacc. *Sporotrichum inosculans* Berk. Engl. Fl. V, p. 346. — Effusum, obscure umbrino-brunneum, crustam velutinam sistens; hyphis fertilibus erectis, virgatis, conidiis minutis ellipsoideis. 1427

Hab. in Thelephoris. Appin Britanniæ et Amer. bor.

32 **Trichosporium brunneum** (Schenk) Sacc. *Sporotrichum brunneum* Schenk Act. herbipol. 1850, p. 73. Cfr. Zimm. Organ. d. Eier p. 17. — Brunneum; hyphis varie ramosis, septatis; conidiis gobosis 10 μ. diam., acro-pleurogenis, lateralibus substipitellatis singulis septis enascentibus. 1428

Hab. in ovis gallinarum putridis corruptis in Germania et Italia.

33. **Trichosporium effusum** (Corda) Sacc. *Memnonium effusum* Corda in Sturm D. C. Fl. III, t. 46, Grevillea t. 95, f. 17. — Effusum, atrum, pulveraceum: hyphis ramosis fuscis, semipellucidis: conidiis fusiformibus, copiosissimis, atris. 1429

Hab. in tela lurida culinaria in Bohemia (Corda), in Rhenogovia (Fuckel). — * **T. corticolum.** Cfr. Cooke Grev. VI, pag. 6, t. 95, fig. 17: hyphis septatis patenti-ramosis; conidiis oblongo-fusoideis utrinque rotundatis 8–9 ≍ 3, fuligineis. In cortice quercino, New Jersey Amer. bor.

34. **Trichosporium schœnophilum** (Dur. et Mont.) Sacc. *Memnonium* (Stemonomyces M.) *schœnophilum* Dur. et Mont. Fl. Alg. I, p. 351. — Pulveraceum, atroinquinans; hyphis asperulis ramosis fuliginosis pellucidis septatis, conidiis ovato-oblongis tandem opacis, episporio asperulo, nucleo continuo. 1430

Hab. in fune cannabino dejecto et fere consumpto apud Alger Africæ (Durieu).

35. **Trichosporium sphærospermum** (Fuck.) Sacc. *Memnonium sphærospermum* Fuck. Symb. myc. p. 358. — Ut *M. effusum*, conidiis vero globosis vel ovato-globosis et paullo majoribus. 1431

Hab. in charta putri in silva supra muscos dejecta prope Budenheim Rhenogoviæ.

36. **Trichosporium chartaceum** (Pers.) Sacc. Rev. Myc. 1885, p. 224, *Sporotrichum chartaceum* Pers. Myc. Eur. I, p. 83. — Pulveraceum, suborbiculare, dein confluens; hyphis vage ramulosis: conidiis ellipsoideis globulosis, 5–6 ≍ 4, olivaceo-fuscis. 1432

Hab. in charta putri uda in Gallia Germania, Italia. — An status *Chætomii?*

37. **Trichosporium holosericeum** (Preuss) Sacc. *Sporotrichum holosericeum* Preuss F. Hoyersw. n. 28. — Mycelio cæspitulos minutos, atro-holosericos formante; hyphis sparsis, pellucidis, albis, dichotomis, ramulis (subsecundariis) irregulariter positis: conidiis numerosissimis racemosis, globosis ovalibusque, atris, nucleo globoso. 1433

Hab. in charta alba semidestructa libri typographici. Dresden

38. **Trichosporium Collæ** (Link) Sacc. *Sporotrichum Collæ* Link Sp. pl. I. p. 19, *Collarium nigrispermum* Nees Syst f 42 — Hyphis implicitis stuposis longe lateque vagantibus conidiaque globosa minima nigra conglobata hinc inde dispersa sustinentibus. 1434

Hab. in colla siccata, quam superinducere solet in Germania.

39. **Trichosporium parietinum** (Link) Sacc. *Sporotrichum parietinum* Link Obs. myc. II, pag. 181. — Hyphis laxis vagis conidia globosa nigrescentia centro recolligentibus. 1435

Hab. ad parietes calce nuper illinitos in Germania.

40. **Trichosporium calcigenum** (Link) Sacc. *Sporotrichum calcigenum* Link Sp. pl. Fungi I. p. 18. — Hyphis arcte adpressis effusis, ramosis, filiformibus; conidiis globosis minimis nigrescentibus cubilia inquinantibus superfusis. 1436

Hab. ad parietes calce illinitos udos, præcipue in calidariis, in Germania et Italia.

RHINOCLADIUM Sacc. et March. Champ. coor. Belg. pag. 33 (Etym. *rhin* nasus et *clados* ramus, ob appendiculas hypharum sporigeras). — Hyphæ fuscæ, alternato-ramosæ, erectæ vel adscendentes. Conidia continua, globulosa vel obovata, atro-fuliginea, ex hypharum denticulis orunda et his diu hærentia. — A *Trichosporio* denticulis et conidiis diu hærentibus differt; a *Glenospora* defectu subiculi subcrustacei et tota biologia.

1. **Rhinocladium coprogenum** Sacc. et March. l. c. t. III, f. 10-12. — Effusum, setuloso-hirtum, atrum; hyphis elongatis, flexuosis duriusculis, assurgentibus, 8,5-11 *μ*. crass. (ramis 6,5-8), 1-1,5 mm. longit.; conidiis globulosis, atro-fuligineis, nucleo subinconspicuo, 9,5-12 *μ*. diam. 1437

Hab. supra fimum cuniculorum, Boisfort prope Bruxelles.

2. **Rhinocladium torulosum** (Bon.) Sacc. et March. *Sporotrichum torulosum* Bon. Handb. p. 102, fig. 178. — Effusum, brunneo-olivaceum; hyphis dichotome ramosis hinc inde subtorulosis, continuis; conidiis stipiteliatis, ellipsoideo-coffeiformibus, fuligineis prope apices insertis, 1-guttulatis (« 3.5 = 2-2,5 »). 1438

Hab. in cortice Quercus, Rubi, Loniceræ in Guestphalia, Rhenogovia, Italia boreali.

CAMPSOTRICHUM Ehrenb. Sylv. Myc. Berol. p. 11 em. (Etym. *campsos* curvus et *thrix* pilus hypha). — Hyphæ intricatæ subde-

cumbentes ramosæ, ramis divaricatis hamatis v. flagelliformibus. Conidia ovoidea v. globosa, circa apices ramulorum congesta colorata v. subhyalina. — *Trichosporio* analogum, sed habitu sæpe melioloideo, ramis divaricatis cirrosis v. flagelliformibus.

1. **Campsotrichum circinatum** B. et C. Fungi N. Pac. exp. n. 144 et North Am. Fungi n. 688. — Cæspitulis atro-brunneis, maculiformibus, hypophyllis; hyphis anastomosantibus, sursum ramosis cirriformibus e mycelio decumbente orientibus. 1439

Hab. in foliis Magnoliæ grandifloræ in insula Bonin et in Carolina inferiore.

2. **Campsotrichum tenue** B. et C. North Am. Fungi n. 689. — Sparsum, cæspitulos molles efficiens; hyphis rectis hic illic anastomosantibus e mycelio repente oriundis; conidiis minutis globosis. 1440

Hab. in foliis Magnoliæ grandifloræ in Carolina infer. Americæ borealis (Ravenel).

3. **Campsotrichum simplex** Cooke in Grevill. — Atrum, maculæforme; hyphis simplicibus, brunneis, asperulis, sursum cirrosis; conidiis cylindraceis, rectis vel curvulis, 20 μ. longis. 1441

Hab. in foliis emortuis Platani, Aiken S. Carol. Amer. bor.

4. **Campsotrichum Ehrenbergii** Corda Ic. IV, pag. 28. fig. 86. — Cæspitulis magnis, orbicularibus, velutinis, atris, hypophyllis; hyphis 6 μ. diam. confertis, aterrimis vel atro-fuscis, erectis, furcato-ramosis; ramis ramulisque septatis, obtusis; conidiis sparsis subglobosis, albis 4 μ. diam. 1442

Hab. in foliis coriaceis, prob. Magnoliæ, Luzon in Philippinis.

5. **Campsotrichum dubium** Corda Ic. IV, p. 28. f. 87. — Cæspitulis hypophyllis sparsis, solitariis, minutis, atris, velutinis; hyphis mycelio repente suffultis, erectis, ramosis, supra furcatis, aterrimis, supra fuscis, rigidis 3-3,8 septis irregularibus, inæqualibus; ramulis subulatis; conidiis..... (non visis). 1443

Hab. in foliis arboris ignotæ in America australi.

6. **Campsotrichum Cinnamomi** Corda Ic. IV, p. 28, f. 83. — Cæspitulis grumulosis, gregariis, atris, opacis; hyphopodio floccoso, ramoso; hyphis ramulisque septatis, verrucosis fuscis, semipellucidis; ramis simplicissimis, subulatis, crassiusculis, erectis, levibus, infra atris impellucidis, supra fuscis acutis 7 μ. cr; conidiis numerosis, minutis, ovatis, albis, hyalinis, 3 μ. long. 1444

Hab. in foliis Cinnamomi speciei, Tenasserim (Doct. Haffer).

7. **Campsotrichum flagellum** C. et Ell. in Grevillea. — Murinaceum; cæspitulis sparsis, hemisphæricis; hyphis erectis, septatis, brun- 1445

neis superne in 3-5 ramulos flagelliformes flexuosos, decumbentes divisis; conidiis cylindraceis 15-20 μ longis.

Hab. in caulibus herbarum, New Jersey Amer. bor.

8. **Campsotrichum bicolor** Ehrenb. in Link Jahrb. II, p. 53, t. I. f 4. — Hyphis opacis, rigidulis, brevibus, flexuosis, olivaceo-nigris, dense aggregatis, in ramulos pellucidos desinentibus; conidiis magnis subovatis, rufo-fuscis. 1446

Hab. ad Usneam officinarum destructam in Germania.

9. **Campsotrichum unicolor** Ehrenb. in Nees Flor. Phys. Berol. p. 83, t. 17, f. 2. — Cæspitulis inæqualibus, nigris, 4 mm. lat. parum elevatis; hyphis aggregatis ramosis, atris, ramis divaricatis recurvis flexuosis; conidiis subovalibus, fuscis, in ramulis conglomeratis. 1447

Hab. in pag. inf. foliorum coriaceorum in Brasilia (Chamisso).

ŒDEMIUM Link Sp. pl. Fungi I, p. 42 (Etym. *œdeo* tumesco) *Gongylocladium* Wallr. — Hyphæ fertiles rigidæ, opacæ, simplices v. subramosæ, hinc inde lateraliter v. apice sporophora subglobosa majuscula exerentes. Conidia globulosa e sporophoris oriunda. — Sec. Berk. Fl. Nov. Zel. 198 sporophora (saltem in *Œd. robusto*) esseot vere conidia magna reticulata.

1. **Œdemium atrum** Link Sp. pl. Fungi I. p 4 . Sturm t. 9. — Hyphis erectis in strata effusa atra crassa dense aggregatis, simplicibus vel subramosis, septatis, vinoso-opacis; sporophoris atris, subglobosis; conidiis minutis, subglobosis v. ovoideis, scabris, hyalinis. 1448

Hab. in ramis, corticibus Tiliæ, foliis Bignoniæ etc. in Germania, Britannia, Suecia, Amer. bor

2. **Œdemium subsparsum** B. et Rav. North Am. F. n. 622 (*Œd. sparsum*). — Hyphis laxe congestis sursum subliberis et divisis articulatis fuscis; sporophoris obovatis terminalibus: conidiis minutis. 1449

Hab. in cortice Platani in Carolina inferiore Americæ borealis (Ravenel).

3. **Œdemium robustum** Berk. in Fl. nov. Zeal. p. 198. — Hyphis rigidissimis erectis sursum ramosis 38-39 μ., ramis sæpe incurvis submoniliformibus; sporangiis («sporophoris?») subglobosis. 1450

Hab. in cortice Hedycaryæ, Corynocarpi etc. East Coast prope Bare Island Novæ Zelandiæ (Colenso).

4. **Œdemium truncorum** Fries Syst. myc. III, p. 345. — Cæspitulis minutis subrotundis, pulvinatis, floccoso-pulveraceis, opacis, atris; hyphis ramosis intricatis; conidiis (sporophoris?) globosis haud appendiculatis, magnis opacis. 1451

Hab. ad discos truncorum cæsorum in Germania (Fr Nees

5 **Œdemium tomentosum** Corda lc. I, p. 17. f 233. — Cæspitulis 1452
effusis, atris, tomentosis · hyphis simplicibus aterrimis parce septatis, rigidis opacis, sporophoris ovalibus intus luteis, pellucidis, extus conidiis fuscis globosis 6–7 μ. diam. semipellucidis tectis

Hab in ligno Fagi putrido prope Reichenberg Bohemiæ

6. **Œdemium badium** Rabenh. D. C. Fl. n. 980. — Cæspitulis minu- 1453
tis, subpunctiformibus dein ampliatis, 2–4 mm. latis, subrotundis, castaneo-brunneis, decoloranibus; hyphis parce septatis, assurgentibus, pellucido-brunneis simplicibus; conidiis globosis brunneis in processibus clavatis glomeratis.

Hab. in truncis putridis prope Ischl Austriæ.

7. **Œdemium sparsum** B. et Br. F. of Ceyl. n. 903. — Hyphis sub- 1454
ramosis hic illic processus hyalinos conidia fusoidea, 25 μ. longa, gerentes emittentibus.

Hab. in Pandano odoratissimo in insula Ceylon. — Hyphæ subinde apice radiatim divisæ.

CYSTOPHORA Rabenh. D. C. Fl. p. 75 (Etym. *cyste* vesica et *phoreo* fero). — Hyphæ fertiles rectæ, plerumque ramosæ, continuæ, apice in vesiculam (hilo circulari instructam) desinentes. Conidia continua, globosa, colorata, hyphis inserta. — Videtur forte analogum generibus *Cladotricho* v. *Catenulariæ*, sed conidia non describuntur catenulata.

1. **Cystophora craterioides** Rabenh. l. c. — Cæspitulis laxis, 4–12 1455
mm. longis, 2–4 mm. cr atro-brunneis, subpulveraceis; hyphis erectis vel obliquis, ramosis, brunneis, apice vesiculoso-inflatis; conidiis globosis, 1-nucleatis, basi apiculatis.

Hab. ia foliis Zosteræ marinæ putresceutibus, dem exsiccatis, pr. Trieste.

2. **Cystophora? fruticulosa** (Link) Rabenh. D. C. Fl. p. 76. *Cœlospo-* 1456
rium fruticulosum Link Sp. pl. Fungi I, p. 46. — Cæspitulis subrotundis, nigricantibus; hyphis dense congestis erectis, ramosis globoso-inflatis, vesiculis (*sporidia* sec Link) hilo circulari instructis; conidiis.....

Hab. in culmis et foliis Graminum in Germania et Suecia.

CLENOSPORA B. et Curt North Am. Fungi n. 1002 Sacc. Mich. (Etym. *glene* cavitas v. oculus et *spora*). — Hyphæ biogenæ, in crustam

atram intextæ, varie ramosæ, septatæ. Conidia ramulis diu hærentia, globosa, majuscula, levia.

1. **Glenospora Curtisii** Berk et Desm. North Amer. Fungi n. 1002, Sacc. Mich. II, pag. 147, Fung. ital. tab. 792. — Effusa subcrustacea, aterrima, hispidula; hyphis fertilibus assurgentibus furcatis v. varie breve ramulosis, parce septatis, fuscis; conidiis perfecte sphæricis 10-12 μ. diam., in ramulis subsolitarie acrogenis, guttulatis, fuligineo-olivaceis, diu persistentibus. 1457

Hab. in cortice subvivo Magnoliæ, Nyssæ, Quercus, Cyrillæ etc. in America boreali.

2. **Glenospora ramorum** (Schw.) B. et Br. *Rhacodium ramorum* Schw. Carol. n. 1362, *Œdemium ramorum* Fries, Syst. III, p. 345. — Crusta tomentosa tenui 2-3 cm. effusa; hyphis ramosis intricatis diffusis, nigris, tenuibus continuis; fertilibus assurgentibus; conidiis globosis, pedicellatis, minutis, numerosissimis. 1458

Hab. in ramulis vivis Quercuum et Andromedæ arboreæ in Carolina.

Tribus 8. Monotosporeæ Sacc.

MONOTOSPORA Corda Ic. f. I, p. 11, Sacc. Mich. II, p. 25 (Etym. *monos* unus et *spora*). — Hyphæ steriles repentes parcæ; fertiles simplices, discretæ, longiusculæ, fuscæ. Conidia globosa vel subobloga continua, fusca.

1. **Monotospora sphærocephala** B. et Br. Ann. N. H. n. 819, t. IX, f. 5. — Effusa, densa, nigra: hyphis fertilibus simplicibus erectis, 2-3-septatis; conidiis globosis, levibus, 25 μ. diam., subinde basi inflata insertis. 1459

Hab. in truncis et ramis putrescentibus in Britannia et Italia. — A *Mon. megalospora* differt conidiis globosis, nec obovatis et paullo minoribus.

2. **Monotospora megalospora** B. et Br. Ann. N. H. n. 759, t. XV, f. 11 et n. 943. — Cæspitulis nigricantibus; hyphis fertilibus erectis, simplicibus, subæqualibus, septatis; conidiis obovatis, levibus 35 μ. longis. 1460

Hab. in cortice Taxi, King's Cliffe Britanniæ. — Var. **fusispora**: conidiis late fusoideis, 30 μ. diam. In truncis vetustis in Britannia (B. et Br. l. c.).

3. **Monotospora ovata** Sacc. *Fusicladium macrosporium* Bon. in Hedw. 1854, p. 74. — Cæspitulis effusis, olivaceo-nigris; hyphis 1461

erectis subcurvatis, parce septatis, æqualibus, apice subtumidis, olivaceis; conidiis magnis simplicibus ovato-oblongis, concoloribus.

Hab. in ligno denudato in Guestphalia.

4. **Monotospora fusigera** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 891. — Hyphis fertilibus hyalinis, apice attenuatis; conidiis fusiformibus fuscis, utrinque obtusiusculis 25 μ. longis. 1462

Hab. in foliis, ut videtur, cujusdam Palmæ in Ceylon.

5. **Monotospora pumila** (Massee) Sacc. *Helminthosporium pumilum* Massee New Microfungi p. 2, fig. 4-5. — Fasciculata v. sparsa; hypha fertili simplici subulata, recta, subquadriseptata, atro-brunnea, opaca, sursum pallidiore; conidiis solitariis, late obovatis brunneis, opacis, nitidis, continuis, 25 μ. longis. 1463

Hab. in Graphio flexuoso parasitice, Scarborough Britanniæ. — Affinis, ut videtur, *M. megalosporæ*.

6. **Monotospora sphærophora** B. et C. Cub. Fungi n. 626. — Hypha fertili conica e cellulis elongatis compacta apice conidium maximum 100 μ. diam. gerente 1464

Hab. in caule emortuo Diptericis (*Congo Bean*) in Cuba.

7. **Monotospora elliptica** B. et Br. Ann. N. H. n. 1909, t. III, f. 5. — Punctiformis; conidiis ellipsoideis, binucleatis, subinde uniseptatis 1465

Hab. in caulibus herbaceis in Britannia.

8. **Monotospora setosa** B. et C. North Amer. Fungi n. 621. — Hyphis articulatis, apice simplicibus vel divisis; conidiis obovatis, basi apiculatis. 1466

Hab. in ligno putri in locis udis Carolinæ infer. — Hyphæ simplices, rarius breviter divisæ et tunc conidia sublateralia; abnormiter in conidii basi occurrunt 1-2 septa, rarissime 3 septa cum sepimento quoque verticali.

9. **Monotospora cuneiformis** (Rich.) Sacc. *Psilonia cuneiformis* Ch. Richon in Bull. Soc. Vitry-le-François (1877). — Cæspitulis effusis, atris, epixylis; hyphis atro-fuscis, nitidis, simplicibus, septatis, fasciculatis; conidiis cuneiformibus, utrinque obtusatis, fuscis, acrogenis, 9 μ. longis. 1467

Hab. in lignis putridis, Saint-Amand-sur-Fion Galliæ.

10. **Monotospora Oryzæ** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 890. — Sparsa; hyphis erectis rigidis flexuosis, apice breviter furcatis; conidiis subglobosis, 12-15 μ. diam. 1468

Hab. in foliis Oryzæ ex Jaffra (H. S. O. Russel).

11. **Monotospora atra** (Corda) Sacc. *Halysium atrum* Corda Ic. 1469

fung. I, p. 17. fig. 234. *Acladium Halysium* Bon. Handb. — Cæspitulis tenuibus, atris; hyphis fertilibus nanis atris, semipellucidis, 5-6-articulatis; conidiis maximis, luteis, ovatis, basi acutis et hylo instructis, 20-31 μ. longis.

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg et Prag Bohemiæ.

HADROTRICHUM Fuck. Symb. myc. p. 221 (Etym. *hadros* validus et *thrix* pilus, hypha). — Hyphæ basi fasciculatæ, breves, simplices, sed crassiusculæ, fuscæ. Conidia globosa v. suboblonga continua, fusca, solitarie acrogena. — Sec. Fuck. sistit statum conidicum *Scirrhiæ*.

1. **Hadrotrichum Phragmitis** Fuck. Symb. myc. p. 221. Sacc. F. Ital. t. 796. — Hyphis fertilibus simplicibus, brevibus, paliformibus, continuis, apice obtusiusculis dense fasciculatis, 25-35 = 12 fuligineis, cæspitulos atros oblongos suberumpentes formantibus; conidiis solitarie acrogenis, globulosis, basi brevissime apiculatis, 15 μ. diam., concoloribus. 1470

Hab. in foliis languidis Phragmitis communis in Germania, Italia, Gallia.

2. **Hadrotrichum virescens** Sacc. et Roum. Mich. II, p. 640. — Cæspitulis gregariis punctiformibus, in maculis oblongis brunneis; conidiis globosis 12 μ. diam. olivaceo-fuligineis, levibus; basidiis teretibus, 30 = 10 subcontinuis fasciculatis, apice rotundatis e strato proligero cellulari oriundis suffultis. 1471

Hab. in foliis graminum in Arduennis (Libert).

3. **Hadrotrichum lineare** Peck in 38 Rep. Stat. Mus. of Nat. Hist. (1885), p. 101. t. I, f. 4-6. — Hyphis amphigenis, dense cæspitosis, subflexuosis, nigris, cæspitulos oblongos vel lineares nigros efformantibus; conidiis acrogenis, ovatis, oblongo-ovoideis vel oblongo-piriformibus, coloratis 16-27 = 11-13, quandoque medio leniter constrictis. 1472

Hab. in foliis vivis et emortuis Calamagrostidis Canadensis, in montibus Adirondak Amer. bor.

4. **Hadrotrichum microsporum** Sacc. et Malbr. Mich. II, p. 640. — Cæspitulis oblongis linearibusque nigris, plerumque hypophyllis, compactis; conidiis globosis, 4-5 μ. diam., fuligineis; basidiis fasciculatis, subfusoideis, truncatis 12-18 = 3-5, æque fuligineis. 1473

Hab. in foliis languidis Agrostidis prope Rouen Galliæ. — Status conidicus *Phyllachoræ* videtur

5. **Hadrotrichum? Populi** Sacc. Mich. I, p. 264. — Acervulis puncti- 1474

formibus, gregariis, ambitu inæqualibus, atris, in maculis foliorum dealbatis, epiphyllis, subsuperficialibus; strato proligero e cellulis oblongis dense stipatis olivaceo-fuligineis sursum sæpe acutatis conflato; conidiis e globoso ovoideis 4-5 = 3, subhyalinis, parcissimis.

Hab. in foliis nondum emortuis Populi nigræ et pyramidalis, Selva (Treviso) Italiæ bor. et in Argentina. — Stirps mihi dubia, etsi suis locis copiosa.

ACREMONIELLA Sacc. Mich. F. ital. t. 713 (Etym. ab *Acremonia*, cui analogum genus). — Hyphæ repentes v. obliquæ simplices v. ramosæ hyalinæ v. coloratæ, ramulos sporigeros simplices breviasculos hinc inde exserentes. Conidia globosa v. ovoidea, continua, fusca solitarie acrogena. — Est *Acremonium* phæosporum.

1. **Acremoniella fusca** (Kunze) Sacc. *Acremonium fuscum* Kunz. et Schm. Myk. Hft. I, 79, t. 2, f. 23, Grev. Scot. t. 124, f. 1. — Hyphis arachnoideis expansis fuscis ramulos alternos oppositosque approximatos conidia globosa concolora sustinentes exserentibus. 1475

Hab. ad lignum abietinum putridum in agro Lipsiensi et in Britannia. — Var. **minor** Corda Ic. I, p. 11: mycelio effuso tenui, olivaceo-fusco; hyphis lutescentibus, dichotomis, ramulis secundariis irregulariter positis, subulatis; conidiis globosis, pallide ochraceis, pellucidis, dein olivaceis. In caulibus siccis Umbelliferarum in Bohemia.

2. **Acremoniella atra** (Corda) Sacc. *Acremonium atrum* Corda Ic. Fung. I, p. 11, fig. 168, Sacc. Mich. I, p. 270, F. it. t. 713. — Hyphis repentibus sterilibus obsolete septatis, hyalinis, ramulos conidiophoros assurgente sursum cuspidatos hyalinos parce septulatos, 60 = 5-6, hinc inde proferentibus; conidiis magnis ovato-ellipsoideis 25-28 = 16-18, basi subapiculatis, cinnamomeo-fuligineis. 1476

Hab. in herbis putrescentibus, e. g. calamis Iuncorum, corollis putrescentibus, in foliis putridis Pandani in Bohemia et Italia bor.

3. **Acremoniella toruloides** (Corda) Sacc. *Monosporium toruloides* Bon. *Monotospora toruloides* Corda Ic. I, p. 11, f. 169. — Mycelio effuso, atro; hyphis sparsis, pellucidis, albis, septatis; sporophoris brevibus, subinde furcatis; conidiis globosis vel obovatis, irregulariter insertis, primum albis, lutescentibus, dein olivaceo-et atro-fuscis, nucleo obscuro. 1477

Hab. in culmis rhizomatibusque plantarum Monocotyledonearum aquaticarum putridis prope Prag Bohemiæ.

4. **Acremoniella melanosperma** (Schw.) Sacc. *Acremonium nigrospermum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2699. — Mycelio tenuissimo effuso hyphis albo griseis intricatis ramosis; conidiis nigrescentibus pellucidis crebre innatis, sed non verticillatis. 1478

Hab. in ligno vetusto, rarius, Bethlehem Amer. bor.

5. **Acremoniella Vaccinii** (Fuck.) Sacc. *Acremonium Vaccinii* Fuck. Symb. p. 362. — Cæspitulis parvis, rotundatis effusisve, velutinis, atro-olivaceis; hyphis erectis, contortis, simplicibus ramosisve; ramis simplicibus, brevibus, apice conidia solitaria, minima, ovata, flava 4-3 gerentibus. 1479

Hab. in ramulis putridis Vaccinii Vitis-idææ et ex iis in alia corpora proxima migrans, pr. Œstrich Rhenogoviæ.

6. **Acremoniella velutina** (Fuck.) Sacc. *Acremonium velutinum* Fuck. Symb. myc. App. II, p. 79. — Cæspitulis pulvinatis dein confluentibus, velutinis, brunneo-olivaceis; ramis fertilibus simplicibus apice conidia ovoidea vel obovata, atra, pellucido-nucleata, 8 = 6, gerentibus. 1480

Hab. in ramis corticatis emortuis sed adhuc pendulis Carpini, eos subinde omnino obducens, prope Eberbach et Œstrich Rhenogoviæ.

7. **Acremoniella Cucurbitæ** Schulz. et Sacc. Microm. Slav. n. 67, Schulz. Ill. fung. Slav. n. 172. — Effusa, bombycina, ex albo flavida; hyphis sterilibus repentibus intricatis remote septatis hyalinis, hinc inde ramulos fertiles sursum attenuatos non v. parce septatos subsimplices hyalinos exerentibus; conidiis in apice ramorum solitarie acrogenis subglobosis v. breve ovoideis, episporio crassiusculo, 14-20 μ. diam., luce refracta flavo-ochraceis punctulatis, luce directa subcastaneis opacisque. 1481

Hab. in fructu Cucurbitæ putrescente, sociis pluribus mucedineis pr. Vinkovce Slavoniæ.

Trib. 9. **Haplographieæ** Sacc.

CATENULARIA Grove in litt. (Etym. catena). — Hyphæ erectæ fuscæ, septatæ, apice conidia concatenata gerentes. Conidia continua fusca. — Genus a *Cladotricho* conidiis continuis differt.

1. **Catenularia simplex** Grove in litt. — Effusa, atra; hyphis sterilibus longis, repentibus, flexuosis, æqualibus, fuscis, raro septatis, subramosis, 3-4 μ. crass.; fertilibus gregariis, erectis, nonnunquam flexis vel etiam recurvatis, at sæpius rigidis, simplicibus, 100-200 = 3-4 μ. fuscis, septatis, hinc illinc inflatis v. sursum cu- 1482

pulatis (ad instar *Cladotrichi scyphophori*), cupulis colore saturatioribus; cupula apicali ex interiore catenam erectam rigidam, simplicem conidiorum emittente; conidiis 2-10 concatenatis, obovatis v. potius obconicis, utrinque truncatis olivaceis dem fuscis, 10 = 5-6 μ.

Hab. in ligno putri, Streetley prope Birmingham, Britanniæ (D. B. Grove).

2. **Catenularia atra** (Corda) Sacc. *Psilonia atra* Corda lc. IV. p. 27, *Acladium atrum* Bon. fig. 84. — Cæspitulis magnis, effusis, velutinis, atro-fuscis; hyphis simplicibus, gracilibus, longiusculis, olivaceo-fuscis, semipellucidis, supra subincrassatis pallidioribus; conidiis primum acrogenis concatenatis, dein liberis inspersis oblongis obtusis fuscis, intus puncto striæformi obscuro ornatis, 5-6 μ. longis. 1483

Hab. in pag. interiore corticis quercini pr. Prag Bohemiæ.

HAPLOGRAPHIUM B. et Br. Ann. N. H. n. 818 (Etym. *haplos* simplex et *Graphium*) *Schizocephalum* Pr. — Hyphæ steriles repentes v. obsoletæ; fertiles erectæ simplices, septatæ, fuscæ, apice ramulis nunc brevissimis nunc longiusculis capitato-congestis coronatæ. Ramuli in catenulas conidiorum abeuntes. Conidia globosa v. subfusoidea, continua, olivacea, fusca v. subhyalina. — Videtur fere *Penicillium* dematieum; sporophora in variis speciebus sat varia, hinc genus forte dividendum.

I. *Oosporæ.*

1. **Haplographium delicatum** B. et Br. Ann. N. H. n. 818 t. IX, f. 4. — Stratis olivaceis; hyphis fertilibus atris, simplicibus, rarissime ramulosis; conidiis oblongis v. ovoideo-oblongis, 3 μ. longis, in catenulas simplices v. parce ramulosas ex apice obtusiusculo hyphæ oriundas digestis et capitulum minutum olivaceum formantibus. 1484

Hab. in truncis emortuis, Batheaston Britanniæ.

2. **Haplographium apiculatum** Peck 28 Rep. on the st. Mus. N. Y. p. 62, t. I, f. 28-33. — Hyphis fertilibus gregariis simplicibus, septatis, atris, apice leniter incrassatis et papillatis; conidiis fusoideis, magnitudine variis, 5-15 μ. longis utrinque acute apiculatis in catenulas ramosas cinereas sursum attenuatas digestis. 1485

Hab. in gallis ad folia Hamamelidis (ex *Brysocrypta Hamamelidis* generatis), Bethlehem Amer. bor.

3. **Haplographium capitulatum** (Riess) Sacc. *Periconia capitulata* Riess Bot. Zeit. 1853, p. 139, t. III, f. 32-35. — Sparsum, ochraceo-canum, 2 mm. vix altum; hyphis æqualibus, septatis in apice catenas conidiorum breves subramosas, in capitulum congestas ferentibus; conidiis ovoideis, basi apiculatis, 16-18 μ. longis, griseo-lutescentibus. 1486

Hab. in caulibus putridis pr. Kassel Germaniæ.

4. **Haplographium chartarum** (Cooke) Sacc. *Penicillium chartarum* Cooke Pop. Sc. Rev. Jan. 1871, t. 68, f. 4. — Cæspitulis suborbicularibus v. inæqualibus 4-16 mm. diam., olivaceis; hyphis fertilibus simplicibus v. parce sursum ramosis; catenulis conidiorum simplicibus v. ramulosis; conidiis oblongis pallide olivaceis. 1487

Hab. in charta putri, socio *Sporodesmio Alternaria*, London Britanniæ.

5. **Haplographium penicillatum** (Rich.) Sacc. *Dematium penicillatum* Ch. Rich. in Rev. Mycol. II, p. 92. — Hyphis simplicibus erectis, rigidis, fuscis, septatis, apice attenuatis dein in ramulos 4-6 ovatos, uniseptatos, coronam efformantes terminatis; ramulis conidia oblongo-ovata vel cylindrica 3 μ. diam., alba, moniliformi-concatenata gerentibus; catenis conidiorum elongatis et eleganter divaricatis. 1488

Hab. in fructibus dejectis Alni glutinosæ, Saint-Amand Galliæ.

6. **Haplographium atro-brunneum** (Cooke) Sacc. *Penicillium atro-brunneum* Cooke in Grev. et in Rav. F. Am. n. 59. — Elongato-effusum, atro-brunneum; hyphis erectis, sparse ramosis, septatis, apice bi-vel tri-furcatis; conidiis elongato-ellipticis 8-10 ≃ 4. 1489

Hab. in foliis Musæ, Gainesville, Florida.

7. **Haplographium bicolor** Grove Hardwicke's Science Gossip 1885, p. 197, f. 127-128. — Hyphis fertilibus effusis, gregariis, subinde binis ternisve basi connatis erectis, strictis, septatis, fusco-atris, opacis, apice pallidioribus rotundatis, basi bulbosis, 250-300 ≃ 8; sporophoris dense radiantibus, pallescentibus, ter penicillatim fasciculato-ramosis, capitulum turbinatum vel obconicum efformantibus, 25 μ. longis, persistentibus; conidiis oblongis vel ovatis, subacutis, hyalinis, 4-5 μ. long., muco obvolutis, in massam apicalem pallide melleam obovatam congestis. 1490

Hab. in ligno molli putrescente, New Park, Middleton, prope Birmingham Britanniæ.

8. **Haplographium tenuissimum** (Corda) Grove Hardw. Scienc. Gossip. 1491

1885. p. 198. fig. 130. *Graphium tenuissimum* Corda Ic. fung. I, p. 18, fig. 252. — Effusum tenue, pallide fuscum; hypha fertili simplici ¼ mm. longa, recta filiformi basi dilatata, brunnea, semipellucida; capitulo subgloboso, flavido ex sporophoris fasciculatis formato; conidiis ovato-fusoideis laxe catenulatis, 4-5 μ. longis.

Hab. in ligno fagineo in Bohemia

II. *Sphærosporæ.*

9. **Haplographium chlorocephalum** (Fres.) Grove Hardw. Sc. Goss. 1885, p. 198, *Periconia chlorocephala* Fres. Beitr. p. 21, t. IV, f. 10-15. Sacc. F. it. t. 889. — Hyphis fertilibus gregarius, erectis, simplicibus vel apice uno pluribusve ramulis crassiusculis auctis, 210-250 ≈ 8-9; conidiis circa apicem stipitis congestis vel ramulorum apicibus insertis, concatenatis, olivaceis, levibus, sphæricis, ellipsoideis, subinde subangulosis 4-6 μ. diam. 1492

Hab. in caulibus Althææ, Saponariæ etc., in foliis caricinis, in ramis truncatis Citri in Germania, Italia, Gallia. — In agro Veneto repem quoque in ramis caulibusque Yuccæ (conidia globulosa, levia, olivacea, 5 μ. diam.), Aceris et Robiniæ (con. 4-5, hypha fertilis 12-14 μ. diam.), Maydis (con. 4-4½). Hypha fertilis sub apice gerit ramulos crassiusculos erectos continuos sursum attenuatos, quorum apici inseruntur catenulæ conidiorum mox secedentium. — Forma **minor** Sacc. F. ital. t. 889, f. *B*: hypha fertili 110 ≈ 10: conidiis, ubi concatenatis, 5 μ. diam., olivaceis, solutis vero magis obscuris majoribusque 7-8 μ. diam. In calamis Holoschœni, Selva Ital. bor.

10. **Haplographium toruloides** (Fres.) Sacc. *Periconia toruloides* Fres. Beitr. p. 73, t. VI, fig. 33-36. — Effusa nigricans; hyphis fertilibus erectis basi subinde dilatato-radiculosis, septatis apice obtuso catenulas conidiorum simplices v. ramulosas capitato-congestas ferentibus; conidiis globosis levibus atro-olivaceis 6-6.5 μ. diam. 1493

Hab. in caulibus herbarum putrescentibus in Germania.

11. **Haplographium atro-fuscum** (Pr.) Sacc. *Sonizocephalum atro-fuscum* Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 77. — Cæspitibus tenuibus indeterminatis atro-fuscis; hypha fertili basi dilatata fusca, supra pallida, ramosa, ramulos continente et penicillatim divisa, capitulum formante; conidiis catenatis globosis, saturate fuscis levibus, nucleatis. 1494

Hab. in ligno Robiniæ Pseudo-acaciæ Hoyerswerda

12. **Haplographium flexuosum** (Pr.) Sacc. *Penicillium flexuosum* Preuss Fung. Hoyersw. n. 119. — Cæspitulis tenuibus; mycelio stratoso, atro-fusco; hypha fertili erecta geniculato-flexuosa septata, infra atro-fusca subimpellucida supra pallida ramulos spurios verrucæ- vel noduliformes, obtusatos laterales brevissimos ferente; ramulis in capitulum conglobatis, albis; catenis subæqualibus; conidiis subglobosis, apiculatis, hyalinis. 1495

Hab. in acubus Pinorum, Hoyerswerda.

13. **Haplographium fuscipes** (Pr.) Sacc. *Penicillium fuscipes* Preuss Fung. Hoyersw. n. 123. — Cæspitulis tenuibus, vix conspicuis, indeterminatis, fuscis; mycelio stratoso, atro-fusco; hypha fertili erecta simplici, septata, infra atro-fusca subimpellucida, supra pellucida; ramulis minutis simplicibus, in capitulum minutum conglobatis albis; catenis subæqualibus, farinosis, albis; conidiis globosis, hyalinis. 1496

Hab. in foliis delapsis Pini silvestris subputrescentibus, Hoyerswerda.

14. **Haplographium finitimum** (Preuss) Sacc. *Penicillium finitimum* Preuss Fung. Hoyersw. n. 118. — Cæspitulis late expansis tenuibus atro-olivaceis; mycelio stratoso, subatro; hyphis erectis, septatis, basi et infra intense atro-fuscis, supra dilute fuscis, ramoso-ramulosis; ramis non septatis subverticillato-patentibus capitulum formantibus; catenis conidiorum abbreviatis, flavo-virentibus; conidiis prunum ovoideis demum rotundatis, hilo minuto basilari instructis. 1497

Hab. post pluvias autumnales in ramis excorticatis quercinis dejectis, et in foliis Pinorum putrescentibus, Hoyerswerda.

15. **Haplographium echinatum** (Riv.) Sacc. *Penicillium echinatum* Riv. Parass. p. 451, fig. 150–151. — Nigrum; hyphis fertilibus erectis, septatis, nigris, 60–70 μ. longis sursum basilia brevia gerentibus; conidiis nigris catenulatis, globosis conspicue verrucosis, 3–4 μ. diam. 1498

Hab. in fœno atque in culmis Tritici sativi in Ital. bor.

16. **Haplographium saponis** (B. et Br.) Sacc. *Penicillium saponis* B. et Br. Ann. N. Hist. n. 1913, t. III, f. 3. — Nigrum; hyphis sterilibus repentibus; fertilibus erectis apice furcatis, ramulis sursum turgidis; catenulis 2–4 ex eodem ramulo longiusculis; conidiis globosis, atris. 1499

Hab. in sapone in Britannia (J. Hort).

DEMATIUM Pers. Disp. p. 41 ex p. Fr. S. M. III, p. 362 (Etym. *dema* fasciculus). *Sporodum* Corda Ic. fung. I, p. 18. — Hyphæ steriles repentes, parcæ; fertiles erectæ simplices, vel parce ramosæ, septatæ, lateribus catenulas conidiorum gerentes. Conidia sphæroidea v. ovoidea, subinde isthmis brevibus connexa, continua, fusca. — Etsi nomen *Dematium* ad plura genera olim relatum fuerit, ad *Sporodum* Cordæ (præeunte Frieso) propius spectat; hinc pro hoc rite servandum est.

1. **Dematium hispidulum** (Pers.) Fr. S. M. III, p. 365. *Conoplea hispidula* Pers. Syn. p. 235. *Dematium graminum* Lib., *Sporodum conopleoides* Corda Ic. fung. I, p. 18, f. 247, III, f. 22, Sacc. F. it. t. 915. — Cæspitulis minutis, hemisphæricis, setulosis atris; hyphis simplicibus v. parce ramosis septatis, obtusis v. sæpius sursum nudis cuspidatis, fuscellis; conidiis globosis, ochraceo-fuligineis denique minute asperulis, summo paullo majori, 10-14 μ. d. et obscurius colorato. 1500

Hab. in foliis putrescentibus Arundinis Donacis aliorumque graminum putrescentium in Bohemia, Germania, Italia, Gallia, Britannia, Belgio. — Var. **flexuosa** Sacc. F. it. t. 915, fig. *B*: ramulis flexuosis. Cum specie.

2. **Dematium atro-purpureum** (B. et C.) Sacc. *Sporodum atro-purpureum* B. et C. North Amer. Fungi n. 653. — Hyphis flexuosis sursum parce divisis; conidiis globosis concatenatis echinulatis, isthmis minutis cylindraceis interjectis. 1501

Hab. in rhizomate Arundinariæ in Carolina inf. Amer. bor.

3. **Dematium stemonitideum** (De Not.) Sacc. *Sporodum stemonitideum* De Not. in Comm. critt. ital. II, pag. 79, tab. I, fig. III. — Minutissimum, fuligineo-atrum: hyphis fertilibus sparsis v. subgregariis erectis e stromate crustaceo subdeterminato enascentibus, septatis, simplicibus, raro furcatis, atris sursum pallidioribus acutis prope medium ramulos varios, bi-trifurcatos, septato-toruloideos, confertos; conidiis ex ramulorum articulis mutatis formatis sphæroideis 10 μ. diam. fuligineo-fuscis, dein scabridis, glomerulum atrum veluti ab hypha transfossum formantibus. 1502

Hab. in graminis cujusdam foliis siccis, Valle Intrasca Ital. bor.

4. **Dematium effusum** (B. et Br.) Sacc. *Sporodum effusum* B. et Br. F. of Ceyl. n. 898. — Strato atro-purpureo effuso; hyphis erectis hic illic monilia solitaria vel congregata e processu laterali ferentibus; conidiis globosis 5 μ. diam. 1503

Hab. in petiolis foliorum dejectorum in insula Ceylon.

5. **Dematium dissimile** (Pr.) Sacc. *Sporodum dissimile* Preuss Fung. Hoyersw. n. 80. — Cæspitulis effusis luteis; mycelio ramoso repente, septato, pellucido; ramulis erectis irregulariter insertis, apicibus catenis conidiorum ornatis; conidiis ovatis; episporio hyalino ferrugineo, utrinque hilo instructo; nucleo granulato. 1504

Hab. in ligno putrido arborum frondosarum, Pinka pr. Hoyerswerda. — «An, ob colorem luteum, potius species mucedinea?».

6. **Dematium decorticans** Fr. S. M. III, pag. 364. — Effusum, atrum hispidulum; hyphis aggregatis subulatis subsimplicibus atris, superne nudis, infra medium ramosis; conidiis minutis globosis, opacis sæpe moniliformi-concatenatis. 1505

Hab. ad ramos peridermio orbatos, dejectos in Suecia.

7. **Dematium Castaneæ** Schwein. Carol. p. 102, Fr. S. M. III, p. 365. — Cæspitulis oblongis atris, transversim per epidermidem erumpentibus: hyphis subsimplicibus, rigidis, intricatis, opacis: conidiis globosis, subconcatenatis atris. 1506

Hab. in ramis Castaneæ etc. in Amèrica bor. — Habitus *Helminthosporii.*

8. **Dematium lineatum** Fr. S. M. III. p. 366. — Striæforme, parallelum, atrum; hyphis aggregatis ramosis, basi stromate lineari insidentibus; conidiis globosis pellucidis. 1507

Hab. in foliis Poæ aquaticæ in Suecia. — Habitus *Vermiculariæ;* ergo vix hujus generis.

9. **Dematium sparsum** Fr. S. M. III, p. 365. — Hyphis sparsis raris subulatis, simplicissimis, nigris, sursum attenuatis; conidiis globosis, pellucidis hinc inde conglomeratis. 1508

Hab. in caulibus siccis Tropæoli etc. in Suecia

PROPHYTROMA Sorok. Hedw. 1877, p. 87 cum icone (Etym. *prophysis* germen et *tromeo* tremo). — Hyphæ steriles repentes; fertiles breves parum ramosæ, erectæ, apice conidia 2-4-catenulata, globosa, isthmis cylindricis conidia ipsa penetrantibus connexa. — Ex auctore *Dematio* affine genus sed color potius *Mucedinum.*

1. **Prophytroma tubularis** Sorok. l. c. fig. 1-12. — Griseo-lutea, pulveracea; mycelio repente, ramoso, subhyalino, septato; hyphis fertilibus assurgentibus, simplicibus v. furcatis apice conidia 2-4 globosa isthmis cylindricis longiusculis (conidia quoque penetrantibus) connexa gerentibus; conidio ultimo tantum fertili, paulo minori, 5-6 μ. diam. 1509

Hab. in trabibus putridis pr. Kazan Rossiæ

HORMODENDRUM Bon. Bot. Zeit. 1853, p. 286, em. Harz. Hyphom. p. 52 (Etym. *hormos* monile et *dendron* arbor). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ septatæ, fuscæ, varie dendroideo-ramosæ. Conidiorum catenulæ in ramulis acrogenæ. Conidia globosa v. ovoidea, continua olivacea v. fusca. — Quædam Bonordenii species *Virgariam* et *Ramulariam* spectant.

1. **Hormodendrum olivaceum** (Cord.) Bon. Handb. p. 77, *Penicillium olivaceum* Corda Ic. fung. III, p. 12, f. 35. — Epixylum; cæspitulis diffusis, indeterminatis, olivaceis, tenuibus; mycelio stratoso, spurio, atro-viridi; hyphis fertilibus erectis, olivaceis, simplicibus, supra ramosis; ramulis sparsis subpatentibus, subarticulatis, septatis; catenis conidiorum paucis, abbreviatis, olivaceis; conidiis globosis, interstitiis minutis hyalinis connexis. 1510

   Hab. in ligno putri b e t u l i n o in Bohemia.

2. **Hormodendrum Solani** (Oud.) Sacc. *Sporodum Solani* Oud. Flor. myc. de la Nèerl. I, p. 41, tab. I, f. 2. — Hyphis sterilibus nullis; fertilibus erectis, rigidis, articulatis (articulis inferioribus paullum incrassatis), fuligineis, sursum ramosis; ramis inferioribus dilutius coloratis, supremis decoloribus hyalinis; conidiis ex ramulis ultimis orientibus et catenas simplices efficientibus, prorsus hyalinis, continuis, oblongo-lanceolatis, 20 ≃ 5. 1511

   Hab. in caulibus emortuis S o l a n i t u b e r o s i, Naaldwijk Hollandiæ.

3. **Hormodendrum elatum** Harz. Hyph. p. 52, t. V, f. 4. — Effusum olivaceum; hyphis sterilibus repentibus septatis; fertilibus erectis remote septatis, atro-brunneis, $^1/_2$–1 mm. altis, sursum sæpe furcatis, ramulos sparsos fusoideos breves septatos gerentibus; catenis conidiorum longiusculis, patulis ex apice ramulorum pluribus enascentibus; conidiis ovato-fusoideis, 4 μ. longis, infimis sæpius 1-septatis. 1512

   Hab. in truncis putridis in Germania.

4. **Hormodendrum atrum** Bon. Bot. Zeit. 1853, p. 286, t. VII, f. 7. — Cæspitulis densis, atris; hyphis fertilibus erectis septatis vage breve ramosis intus sæpe guttulatis; ramis catenas conidiorum longiusculas, ascendentes gerentibus; conidiis ellipsoideis atro-viridibus, 6 ≃ 3–4. 1513

   Hab. in subere udo putrescente in Guestphalia.

5. **Hormodendrum cladosporioides** (Fres.) Sacc. Mich. II, p. 148, *Penicillium cladosporioides* Fres. Beitr. p. 22, t. III, f. 23–28. — Hyphis simplicibus v. apice parcissime ramulosis, 200 ≃ 8, sursum 1514

angustioribus, olivaceis, septulatis, deorsum subdenticulatis; conidiis sublimoniformibus, $4^1/_2$-6 = 3, continuis vel inferioribus rarius 2-septatis olivaceis.

Hab. in caule Pæoniæ anomalæ putri in silvis subalpinis, Sibiriæ; in foliis dejectis putrescentibus Hydrangeæ, in caule interiore Phytolaccæ, Perpignan Galliæ, ubi mycelium, forte e situ clauso, magis evolutum.

6. **Hormodendrum herbarum** (Bon.) Sacc. *Sporodum herbarum* Bon. Handb. p. 73, fig. 69. — Cæspitulis brunneo-atris; hyphis fertilibus erectis fuliginois, septatis, sursum divisis; catenulis conidiorum acro-pleurogenis longiusculis; conidiis sphæricis, hyalinis. 1515

Hab. in caulibus herbarum in Guestphalia.

7. **Hormodendrum viride** (Fres.) Sacc. *Penicillium viride* Fres. Beitr. p. 21, t. III, f. 16-19. — Cæspitulis griseo-viridibus, minutis; hyphis fertilibus e mycelio repente oriundis, erectis, septatis apice ramosis et in catenulas dichotomas conidiorum abeuntibus; conidiis oblongis v. ovoideis, sæpe 2-guttulatis, chlorinis, 7-8 μ. longis. 1516

Hab. in baccis Vitis viniferæ putrescentibus in Germania. — «An forma *Cladosporii*?».

8. **Hormodendrum chlorinum** (Fres.) Sacc. *Penicillium chlorinum* Fres. Beitr. p. 22, t. III, f. 20-21. — Cæspitulis chlorinis; hyphis fertilibus erectis, articulatis, apice dichotome ramosis; ramis in conidia globoso-ellipsoidea, 6 μ. diam., virescentia abeuntibus. 1517

Hab. in ovariis putridis Musæ paradisiacæ in Germania. — «An *Cladosporio* affinius?». — * **H. nigro-virens** Fres. l. c. p. 22, t. III, f. 22 (sub *Penicillio*): cæspitulis obscure olivaceo-viridibus; conidiis elliptico-ovoideis 5-6 μ. longis. In fructibus putridis.

HORMIACTELLA Sacc. (Etym. ab *Hormiactide*, cui analogum genus) *Hormiactis* Pr. ex p. — Hyphæ steriles fertilibus intermixtæ, rectæ, prælongæ fuscæ, simplices, septatæ; fertiles similes sed breviores et in catenulas conidiorum dichotome ramosas abeuntes; conidia cylindrica utrinque, rotundata, continua, basilaria subinde 1-septata. — Est fere *Polyscytalum* conidiorum catenulis divaricato- et dichotome ramosis fuscisque.

1. **Hormiactella fusca** (Pr.) Sacc. *Hormiactis fusca* Preuss Fung. Hoyersw. n. 94. — Cæspitulis gregariis, pulvinatis, tomentosis fuscis; hyphis sterilibus longissimis, simplicissimis; fertilibus sub-verticillatis vel dichotomis ramosis patentibus, e catenis conidio- 1518

rum formatis; conidiis cylindrico-oblongis, utrinque obtusis; episporio continuo uniloculari, nucleo diaphano quadri-guttulato; conidiis basilaribus subinde medio septatis.

Hab. in ramulis Alni glutinosæ dejectis, Hoyerswerda.

Tribus 10. **Sarcopodieæ** Sacc.

SARCOPODIUM Ehrenb. Silv. Myc. Berol. p. 12 et 23 (Etym. *sarx* caro et *pous* pes), *Tricholeconium* Corda Ic. fung. I, p. 17. — Hyphæ steriles erectæ, tortuosæ, simplices subinde in cæspitulos disciformes marginatos aggregatæ. Conidia bacillaria hyalina in basidiis erectis brevibus hyalinis acrogena. — Species pleræque potius ad Mucedineas vergunt; quædam ut status conidicus *Tapesiæ* habendæ sunt.

I. *Tricholeconium.* Fusca.

1. **Sarcopodium fuscum** (Corda) Sacc. *Tricholeconium fuscum* Corda Ic. fung. p. 52, t. V, f. 20, Sacc. F. it. t. 954. — Cæspitulis oblongis, tenuioribus, ochraceo-fuscis; stromate seu mycelio tenui luteolo; basidiis filiformibus, confertissimis; conidiis elongatis subfusiformibus (curvulis) hyalinis, 5-6 ≈ 1; hyphis fuscis tortuosis simplicibus rarissime furcatis, septatis, dein declinatis vel intricatis, 300 ≈ 4. 1519

Hab. in lignis et ramis putrescentibus in Bohemia et Italia boreali. — Var. **fulvescens** Sacc. et Briard. Champ. Aube n. 19: cæspitulis fulvis, variiformibus; hyphis remote septatis, 4-4,5 *p.* cr., subdiaphanis; conidiis cylindraceis, obtusis, continuis, hyalinis 8-10 ≈ 2,5-3. In caule Medicaginis, Troyes Galliæ.

2. **Sarcopodium nigrum** (Pr.) Sacc. *Tricholeconium nigrum* Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 76. — Cæspitibus effusis ferreo-nigris; mycelio tenui, fusco; basidiis conicis laxis; hyphis sterilibus intense-fuscis, salebrosis, raro septatis, tortuosis, intricatis; conidiis fusiformibus albis. 1520

Hab. in ligno Robiniæ, Hoyerswerda.

II. *Sarcopodium* Lætius colorata.

3. **Sarcopodium roseum** (Corda) Fr. Summa Veg. Scand. p. 472. *Tricholeconium roseum* Corda Ic. fung. I, pag. 17, fig. 239. — Cæspitulis oblongis, roseis, dein pallide incarnatis, pulvinatis, tomentosis; stromate tenui, intus luteo, fibroso; hyphis simplicibus, infra pallidis, diaphanis, rectis, supra uncinato-incurvis, acutis, fuscis. 1521

semipellucidis, septo ultimo plerumque longissimo: conidiis in stratum pallide aurantiacum ad basim hypharum conglobatis, cylindricis utrinque obtusatis, pallide luteis, pellucidis.

Hab. in caulibus herbarum ubique prope Berlin, Reichenberg et Prag in Bohemia, et in caulibus siccis Ballotæ nigræ in Rhenogovia (Fuckel).

4. **Sarcopodium circinatum** Ehrenb. Silv. Myc. Ber. p. 12 et 23. — 1522
Effusum, flavo-carneum; stromate (mycelio) carnosulo; hyphis validis erectis, apice incurvo-circinatis, obtusiusculis; conidiis.....

Hab. in caulibus aridis plantæ annuæ cujusdam, Berlin Germaniæ.

5. **Sarcopodium flavum** Fr. Summa V. S. p. 472, *Fusisporium flavum* 1523
Fr. S. M. III, p. 444. — Effusum arcte adnatum, tremellinum, pallide flavum; conidiis tenuissimis curvulis; hyphis.....

Hab. in caulibus Asterum, Bonn Germaniæ (Nees).

6. **Sarcopodium avenaceum** Fr. Summa V. S. p. 472, *Fusisporium* 1524
avenaceum Fr. S. M. III, p. 444. — Hyphis lanæformibus albis undique extantibus: basi tremellosa flava: conidiis longissimis(?) fusoideis curvulis dein conglutinatis, hyalinis, continuis.

Hab. in culmis recenter dissectis Avenæ et Hordei, quos obtegit, in Suecia.

HELICOTRICHUM Nees Act. Nat. Cur. IX (1818), p. 246 em. Sacc. Mich. II, p. 26 (Etym. *helix* et *thrix* pilus, hypha). *Helicosporium* Corda et Bon., nec Nees. — Hyphæ steriles erectæ simplices apice eximie circinatæ fuligineæ. Conidia bacillaria, hyalina, in basidiis brevibus ad pedem hypharum sitis acrogena.

1. **Helicotrichum obscurum** (Corda) Sacc. Mich. II, p. 126. Fungi ital. 1525
t. 812, *Helicosporium obscurum* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 15. — Cæspitulis densiusculis subeffusis olivaceo-fuscis; hyphis erectiusculis, deorsum paulo crassioribus, crebrius septatis, atris, sursum exquisite circinatis, tenuioribus, remotius septatis, dilutioribus asperulis, 103 = 3,5–4; basidiis cylindraceo-oblongis, brevibus, hyalino-fuligineis: conidiis cylindricis utrinque rotundatis, hyalinis 15 = 1, lenissime curvis.

Hab. in ramis dejectis et lignis salicinis, quercinis, in caulibus Dipsaci etc. in Germania, Italia, Gallia.

BOTRYOTRICHUM Sacc. et March. Champ. copr. Belg. p. 34 (Etym. *botrys* racemus et *thrix* pilus, quasi racemi conidiorum hyphis

immixti). — Hyphæ steriles laxe fasciculatæ, assurgentes, simplices, septatæ, subfuligineæ. Conidia sphæroidea continua, hyalina, ex hyphulis hyalinis vage ramosis, ad basim hypharum sterilium nascentibus, oriunda.

1. **Botryotrichum piluliferum** Sacc. et March. l. c. tab. II, fig. 5–8. 1526
— Hyphis sterilibus, gregariis, fasciculatis, leviter flexuosis, levibus vel asperulis, basi leniter incrassatis, 200–250 ≈ 3,5–5 μ. d.; conidiis globosis, hyalinis, 11–14 μ. d., in hypharum hyalinarum vage ramosarum et procumbentium ramulis acrogenis.

Hab. in fimo cuniculorum, Masnuy in Belgio. — Conidia glycogeno onusta, hinc solutionis jodicæ ope intense brunneo-rubra fiunt.

CIRCINOTRICHUM Nees Syst. d. Pilze p. 19 (Etym. *circinos* circinus et *thrix* pilus, hypha), *Campsotrichum* Ehrenb. p. p. (1820), nec Corda, *Gyrothrix* Corda (1842). — Hyphæ steriles erectæ, repetito-dichotome, ramosæ, ramis arcuatis. Basidia cylindrica, ad pedem hypharum sita, hyalina, brevia. Conidia bacillaria, hyalina, solitarie acrogena.

1. **Circinotrichum maculiforme** Nees Syst. p. 19, t. V, f. 66, Sacc. 527
Mich. I, p. 272, Fungi it. t. 756, *Gyrothrix podosperma* Corda Anl. T. B., f. 15, n. 4, *Campsotrichum unicolor* Rabenh. Fungi Eur. 1866, *Gyrotrichum maculiforme* Spreng., *Fusisporium circinatum* Wallr. — Hyphis sterilibus erectis, apice repetito dichotomis; ramis arcuatis, circinatis, continuis, fuligineis, apice hyalinis; basidiis brevibus, teretibus ad pedem hypharum sterilium nascentibus, subhyalinis, continuis, apice attenuatis, 14–15 ≈ 1–1½; conidiis in apice basidiorum, cylindraceo-fusiformibus, subcurvatis, hyalinis, biguttulatis, 15 ≈ 2½.

Hab. in ramis, foliis, radicibus putridis Salicis, Vitis, Sambuci, Cydoniæ, Eriobotryæ, Photiniæ, Cratægi, Citri, Magnoliæ, Lauri, in caulibus herbarum in Germania, Italia, Gallia, Bohemia, America australi. — Ramuli, sec. Corda, apice asperuli. — Videretur hæc species sistere gradum evolutiorem *Helicosporii obscuri* Corda, quocum præsertim conidiorum basilarium convenit.

2. **Circinotrichum inops** Berl. Fung. Mor. Fasc. II. — Minutum effusum, verutinum, dense olivaceum; hyphis terilibus erectis parce septatis, minute verrucosis, 150 ≈ 5 basi olivaceis, sursum pallidis, apice hyalinis, parce ramosis; ramis patulis, divaricatis, longis, re- 1528

ctis, apice hamatis subulatisque, continuis; basidiis brevibus, crassiusculis, hyalinis, 7 = 3, conidia subcylindracea, utrinque rotundata, 14 = 2, hyalina gerentibus.

Hab. in ligno emortuo putri Mori albæ, Padova Ital. bor. — A *Circ. maculiformi* in primis differt hyphis verruculosis, ramis paucis longis apice tantum hamatis.

CERATOCLADIUM Corda Ic. V, pag. 52 (Etym. *ceras* cornu et *clados* ramus). — Hyphæ erectæ, septatæ, ramosæ, fuligineæ, rigidæ, infra ramos velo pellucido, hymenomorpho, sporogeno vestitæ, supra ramosissimæ, nudæ; ramis ramulisque pellucidis, septatis, sursum spiraliter involutis vel arcte circinatis. Basidia lageniformia, deorsum inflata, brevia, apice conidia cylindracea hyalina ferentia, ex velo sporigero oriunda, sub-horizontalia. — Habitus fere *Circinotrichi*, sed fructificatio omnino diversa.

1 **Ceratocladium microspermum** Corda Prachtfl. p. 40, t. XX. — 1529
Cæspitulis minutis, tenuibus, 2 mm. latis, griseo-virentibus; hyphis longo tractu simplicibus, basi dehinc ramosissimis, parce radiculosis, subcorneis; ramis flavidis; basidiis laxiusculis; conidiis cylindraceis, curvulis hyalinis.

Hab. in ramis dejectis Carpini, Prag Bohemiæ. — Var. **horridum** Corda Ic. fung. V, p. 52, f. 19: cæspitulis pulveraceis atro-olivaceis; hyphis brevioribus, simplicibus rarius furcatis infra incrassatis, atro-fuscis; velo crasso luteolo; basidiis confertissimis; conidiis rectiusculis. — Cum specie.

ELLISIELLA Sacc. Mich. II, p. 26 (Etym. ab eximio mycologo americano J. B. Ellis). — Hyphæ steriles erectæ, simplices, fuscæ. Conidia fusoidea, sursum longe curvato-rostrata v. mutica, in basidiis ad pedem hypharum sitis brevibus acrogena, hyalina. — Affinis *Colletotricho*, a quo præcipue differt, quia non subtecta et conidiis rostratis v. saltem acutis.

1. **Ellisiella caudata** (Peck) Sacc. Mich. II, p. 147, F. it. t. 781. *Col-* 1530
letotrichum caudatum Peck. — Cæspitulis suberumpentibus, oblongis v. sublinearibus, aterrimis, minuti, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. long. $^1/_8$ mm. cr.; hyphis sterilibus erectis, cuspidat., rigidulis, eseptatis 100-80 = 7, fuligineæ-opacis, basi bulbillosis; basidiis ad basim hypharum subpiriformibus, apice obtusiusculis, 2-3-sporis 15-20 = 6, dilutissime olivaceis; conidiis fusoideis, curvulis, 28 = 5-6, nubilioso-guttulatis, hyalinis, deorsum (an quandoque apice?) in setulam filiformem, 25-30 = 1, desinentibus.

Hab. in foliis Sorghi nutantis, Newfield. N. J. Amer. bor.

2. **Ellisiella mutica** Winter Journ. of Myc. 1885. — Cæspitulis punctiformibus, atris, in maculis fuscis, rotundatis v. irregularibus, zona luteola lata, indeterminata cinctis, centro demum arescendo-griseis, 5–12 mm. d., hypophyllis, sparsis; hyphis, sterilibus erectis, sursum attenuatis, sæpe subflexuosis, parce remoteque septatis, basi plus minusve incrassatis, fuscis, 70–96 ≃ 3,5 basidiis breve cylindricis apice rotundatis, pallidissime olivaceis, 14–16 ≃ 3,5; conidiis fusoideis, curvatis, continuis, guttulatis, chlorino-hyalinis, utrinque acutis, 26–30 ≃ 3,5. 1531

Hab. ad folia viva Silphii levigati, Missouri Amer. bor.

STEIROCHÆTE A. Br. et Casp. Krankh. Pfl. p. 28, t. I, c. (Etym. *steiros* sterilis et *chæte* seta, hypha). — Hyphæ steriles ex pseudostromate subcutaneo erumpentes, erectæ, continuæ, fuligineæ. Conidia ovato-oblonga, continua, hyalina, ad basim hypharum nascentes, laxissime uniseriatim concatenatæ. — *Colletotricho* et *Ellisiellæ* affine genus.

1. **Steirochæte Malvarum** A. Br. et Casp. l. c. — Cæspitulis punctiformibus atris in plagis nigricantibus orientibus; hyphis fasciculatis, basi subincrassatis, continuis, fuligineis apice acutiusculis, 50–66 ≃ 6–7; conidiis ex pseudostromate immediate (ut videtur) orientibus, ellipsoideo-oblongis, utrinque rotundatis, raro obpiriformibus, intus granulosis, hyalinis, 8–9 ≃ 3–4. 1532

Hab. in caule subvivo Malvarum in Borussia.

2. **Steirochæte graminicola** (Ces.) Sacc. *Dicladium graminicolum* Ces. Flora 1852, p. 398. — Hyphis e stromate hypophleo surgentibus biformibus; aliis robustis obscure septatis, subulatis, aliis longe brevioribus setiformibus; conidiis sublunulatis, 3–5-guttulatis, plerumque binis concatenatis dein secedentibus. 1533

Hab. in Graminaceis in Italia boreali. — «An *Colletotrichi* species?».

Trib. 11. **Myxotricheæ** Sacc.

BOLACOTRICHA B. et Br. Ann. N. H. n. 506 (Etym. *bolax* gleba et *thrix* pilus, hypha). — Hyphæ steriles erectiusculæ, simplices, septatæ, apice eximie circinatæ. Conidia in glomerulos (vesiculâ inclusos?) congesta, globulosa, hyalina ad basim hypharum breviter pedicellata. — Cfr. obs. ad *Myxotrichum*.

1. **Bolacotricha grisea** B. et Br. Ann. N. H. n. 506, t. V, f. 4. — 1534
Cæspitulis effusis griseis, myxotrichoideis; hyphis flexuosis simplicibus, deorsum incrassatis parce septatis, pallide rufescentibus, apice arcte curvatis; conidiis in glomerulos digestis, globosis, intus granulatis, hyphæ diametro 5-8-plo crassioribus.

Hab. in truncis putridis Brassicæ etc. in Britannia.

MYXOTRICHUM Kunze Myk. Heft. II, p. 108 Sacc. Mich. II, p. 26 (Etym. *myxa* mucus et *thrix* pilus, hypha), *Actinospira* Corda, *Oncidium* Nees, nec Sw. — Hyphæ steriles sursum nudæ, rectæ v. circinatæ, deorsum ramosissimæ, atræ. Conidia ramulis basilaribus varie inserta, globosa v. ovoidea, glomerulata, immo initio, ut videtur, vesiculâ inclusa. — Species plures ob colorem fere lætum ad Mucedineas vergunt. — De præsentia vesicularum seu sporangiorum, sporas sæpius octonas continentium, nullum mihi est dubium; immo suspicio maxime probabilis adest et ceteras *Myxotrichi* et *Bolacotrichæ* species eadem fructificatione uti; auctores enim (Cfr. Fr. Summa 502, nota**, Cooke Handb. pag. 612-613, Wallr. Fl. crypt. 314 etc.) communi consensu sporas initio in glomerulos conglobatas in iisdem speciebus describunt, prætervisâ vesiculâ, quæ cum revera nisi in prima ætate conspici non possit, facillime prætereunda est. Ex quibus præmissis, ut evidens est, necessitas oriretur, ut genus *Myxotrichum* et prob. *Bolacotricha* e grege Hyphomycetum ad illam Mucorinearum transferretur indeque deleretur prout status conidioph. *Chætomiorum*, qualem habuit Fuck. Symb. p. 90 aliique. Sed pro interim (præsentibus speciebus nonnullis adhuc obscuris) genus hoc loco retineo.

1. **Myxotrichum chartarum** Kunze Myk. Heft. II, p. 110. Corda Ic. 1535
VI, f. 23. *Oncidium chartarum* (Kunze) Nees. — Hyphis tenerrimis decumbentibus, divaricato-ramosis, sursum subsimplicibus apice emerso uncinatis, in cæspites olivaceo-nigrescentes implexis; conidiis in glomerulos digestis in ramulorum basilarium apice.

Hab. ad chartam locis udis asservatam in Germania, Italia, Gallia, Britannia.

2. **Myxotrichum glaucum** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 74. 1536
— Cæspitulis minutis, crispis, rotundatis, glaucis: hyphis rigidis, ramis confertis, strictis, divergenti-subrectangulis, septatis, fuscis, apice albis, globulo conidiorum albo terminatis: conidiis globosis, minutis, albis.

Hab. in ligno putrido Betulæ albæ, Hoyerswerda

3. **Myxotrichum spelæum** Sacc. Mich. II, p. 554. — Cæspitulis hinc inde dense gregariis stratumque velutinum olivaceo-nigrum sistentibus, globulosis, regularibus, vermiculariæformibus, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. diam., penitus superficialibus; hyphis fasciculato-divergentibus, filiformibus, continuis, fuligineis, 200 = 3 rigidulis, ramos simplices furcatosve cuspidatos exerentibus; conidiis globulosis, hinc obtusioribus, 2-2,5 μ. diam., subhyalinis, 1-guttatis (insertione non visa). 1537

Hab. in antro opacissimo, ad 50 metr. longit., ad lapides udos, in Silva Montello (Treviso), legit Frater meus prof. Antonius Saccardo. — À *Myxot. murorum* Kunze Myk. Heft. II, 110 differt cæspitulis regularibus etc.

4. **Myxotrichum murorum** Kunze Myk. Heft. II, pag. 108, Corda Ic. fung. II, p. 11, f. 52. — Hyphis depressis tenerrimis stipatis dichotomo-ramosis apice rectis in stratum stygium implexis; globulis inspersis flaventibus pulposis: conidiis creberrimis hyalinis globosis. 1538

Hab. ad parietes c a v e a r u m passim in Germania, Bohemia et Belgio. — Sec. Corda l. c. hypharum ramuli laxi clavato-geniculati, ultimi subinde terni, acuti v. uncinati; globuli conidiorum atri; conidia ovoidea v. sphærica, fuscidula, 7 μ. diam. — «Sed hæc forma vix hujus generis est et a typo Wallrothiano distat».

5. **Myxotrichum cancellatum** Phill. in Grevillea. — Minute cæspitulosum, globulosum, cinereum, $^1/_5$ mm. diam.; hyphis longis, subulatis, nigricantibus, simplicibus, prope basim vero eleganter cancellato-ramosis: conidiis exiguis ellipsoideis, 3 μ. long., subhyalinis, basilaribus, reticulo ramulorum tectis. 1539

Hab. in caule putri B a r t s i æ O d o n t i t i s sub campana vitrea, Shrewsbury Britanniæ.

6. **Myxotrichum deflexum** Berk Ann. N. H. n. 122, t. VIII, f. 9. — Cæspitulis minutis, griseis tomentosulis; hyphis radiantibus ramosis; ramis oppositis deflexis, superioribus sensim brevioribus, sursum attenuatis; ramulis paucis brevibus acutis; conidiis basilaribus, in glomerulos collectis, oblongo-ellipsoideis. 1540

Hab. in c h a r t a et l i g n o putri in Britannia.

7. **Myxotrichum ochraceum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1475. t. I, f. 4. — Flavum dein virescens; hyphis sursum elongatis acutis; ramulis deflexis; conidiis globosis 3,5 μ. diam. (alcoholis ope in glomerulos muco obductos cohærentibus). 1541

Hab. in residuis cratium viminearum prope Bath Britanniæ.

8. **Myxotrichum aurantiacum** (Peck) Sacc. *Gymnascella aurantiaca* 1542

Peck in Journ. of Mycol. 1885. — Cæspitosum, aurantiacum vel rubescens, confluens; hyphis tenuibus, ramosis, intricatis, coloratis; glomerulis (ascis) numerosis, subglobosis, inter hyphas insertis, 10–15 μ. diam.; conidiis orbicularibus, 4–5 μ. diam., congestis, hyalinis, 1-nucleatis.

Hab. in ossibus, locis udis dejectis, in America boreali. — Genus Peckianum esset jure conditum, sed certe congruit cum *Myxotricho*, meo saltem sensu.

9. **Myxotrichum simile** B. et C. North Am. Fungi n. 691. — Molle nigrum, sæpe lineatum; hyphis fertilibus septatis; ramulis brevibus lateralibus, sursum in lobos duos tres divisis et capitulis conidiorum concatenatorum (?) terminatis. 1543

Hab. in Arundinaria dejecta in Carolina inf. Amer. bor.

10. **Myxotrichum æruginosum** Mont. Ann. 2, VI, p. 31 et Syll. Crypt. n. 1133. — Sphæricum; hyphis cæspitosis e centro divergenti-ramosis, fragilibus, pulvere æruginoso conspersis, aliis brevibus fastigiatis, aliis elongatis simplicibus subulatis; conidiis conglutinatis subglobosis pellucidis. 1544

Hab. ad telam cannabinam in cella vinaria diu servatam, Parisiis Galliæ.

11. **Myxotrichum coprogenum** Sacc. Mich. II, p. 372, nec *M. ochraceum* B. et Br. — Cæspitulis e roseo ochraceis, pulvinatis, laxe gossypinis, ½ mm. diam.; hyphis assurgentibus repetite dichotome ramosis, parce septatis, 4 μ. cr., ramulis ultimis sæpius curvulis flavo-ochraceis, granulosis; conidiis ad apicem ramulorum tenuiorum mitio *intra vesiculam sphæricam*, 8½–10 μ. diam., conglobatis, sæpius octonis, globoso-depressis, 6–8½ μ. diam. e fronte, 2 μ. e latere, flavo-ochraceis denique vesiculâ dilabente, varie inspersis. 1545

Hab. in stercore humano putri, Newfield (Ellis), sed ad maturitatem culturâ provectum. Padova Ital. occ.; in fimo murino, Bruxelles Belgii (Marchal).

12. **Myxotrichum foliicolum** Niessl Hedw. 1876, p. 176 (absque diagnosi) F. Eur. n. 2465. — Cæspitulis hypophyllis gregariis depressis, atro-olivaceis; hyphis filiformibus subramosis, septatis, fuligineis, 4 μ. diam.; conidiis ovoideis 6 = 4 μ. hyalino olivaceis. 1546

Hab. in foliis Bombacis malabarici, Calcuta Indiæ (Kurz).

— Forte *Campsotrichi* vel *Meliolæ* status: adsunt rudimenta peritheciii.

13. **Myxotrichum fuscum** (Schum.) Fr. S. M. III, pag. 349. Fl. Dan. 1547

t. 2277, f. 3, *Dematium fuscum* Schum. Saell. 2, p. 444. — Hyphis cæspitosis confertis breve et vage ramosis, fuscis; conidiis ellipsoideis (opacis?), in globulos gelatinosos collectis hyphisque inspersis.

Hab. ad culmos dejectos in Saellandia et Suecia. — «An status *Chætomii comati?*».

14. **Myxotrichum molle** Fr. S. M. III. p. 348. — Hyphis cæspitosis, intricatis, ramosis, fuscis; conidiis globosis, nigris medio pellucidis, primo glomeruloso-conglutinatis dein liberis inspersis. 1548

Hab. ad folia decidua Acerum etc. in Suecia. — Cæspituli hemisphærici, minuti.

15. **Myxotrichum rarum** Fr. S. M. III, p. 347, *Conoplea hispidula* Alb. et Schw., nec Pers. — Cæspitulis minutis atris; hyphis raris longe et vage ramosis, haud intricatis, flexuosis; conidiis globosis, opacis ad basim congestis, subinde moniliformi-cohærentibus. 1549

Hab. ad ligna et cortices vetustos pineos in Suecia, Germania, Gallia.

16. **Myxotrichum resinæ** Fr. S. M. III, p. 349, *Rhacodium aterrimum* Ehrenb. — Hyphis aggregatis elongatis, parce ramosis, intricatis, atris; conidiis ad latera primo in globulos conglutinatis subovalibus, pellucidis. 1550

Hab. ad ligna resinosa Pini in Suecia et Germania. — Eximia species, ait Fries, in statu normali omnino erecta, stricta, atra, nitida, usque $^1/_2$ unciam alta.

17. **Myxotrichum patulum** Fr. S. M. III, p. 350. — Cæspitulis subrotundis, 2 mm. latis, dein confluentibus, subpulvereis; hyphis cæspitosis, rigidis, atris, ramis sparsis, strictis, rectangulis; conidiis globosis, opacis in axillis globuloso-conglutinatis aliisque minoribus pellucidis. 1551

Hab. ad ligna vetusta pinea in Suecia.

Tribus 12. Chloridieæ Sacc.

CHLORIDIUM Link Obs. I, p. 11, em. (Etym. *chloros* virens), *Acladium* Auct. p. p. — Hyphæ subsimplices erectæ continuæ v. septatæ, ramulis carentes, fuscæ. Conidia oblonga v. globosa continua, creberrima secus hyphæ partem superiorem sessiliter inserta — A gen. *Chælopsis* differt hyphis ramulis lateralibus destitutis.

I. *Eu-Chloridium.*

Conidia hyalina.

1. **Chloridium minutum** Sacc. Mich. I. p. 87, et 538, F. ital. t. 62, *(Rhinotrichum).* — Cæspitulis effusis, velutinis, e griseo fuscis; hyphis fertilibus gregariis assurgentibus, 100–120 . 3, basi bulbillosis, parcissime septulatis, fuligineis, sursum pallidioribus, ad conidiorum insertionem minutissime punctatis infraque spiculam conidiorum oblique fusco-vaginatis (semper?); conidiis subglobosis, diam. 2–2½ vel 2 = 1–1,5 in spiculam brevem laxam digestis sessilibusque, hyalinis. 1552

Hab. in ligno putrescente quercino et populino in Italia bor. et Gallia.

2. **Chloridium brunneum** (Corda) Sacc. *Psilonia brunnea* Corda Ic. I, pag. 16, fig. 227. — Cæspitulis subeffusis, tenuibus, fuscis; hyphis erectis, fasciculatis, simplicissimis, tenuibus, acutis, paucisepta-tis, pallide fuscis diaphanis; conidiis oblongis obtusis, albis, nucleo obscuriore, 9 μ long. 1553

Hab. in ligno putrido Pini prope Reichenberg Bohemiæ.

3. **Chloridium trichostylum** (Corda) Sacc. *Menispora trichostyla* Corda Ic. II. p. 12, fig. 57. — Cæspitulis tenuissimis effusis: hyphis longis, filiformibus tenuissimis, 3–4 μ. crass. rectis, aterrimis, apice pallidis subpellucidis infra impellucidis; conidiis oblongis subcurvatis, magnis, albis, pellucidis, 3–4 guttulatis, 20–22 μ. longis. 1554

Hab. in canaliculis truncorum frondosorum ab insectis peractis prope Tuchomerie Bohemiæ.

4. **Chloridium? lunulatum** Ces. Myc. Born. p. 25. — Cæspitulis atris, aggregatis; hyphis rigidis erectis, non septatis, simplicibus; conidiis numerosissimis inspersis (an primitus?) curvulis, obtusis, hyalinis. 1555

Hab. ad cortices, ubi etiam *Cytosporæ* non determinandæ incola evadit, Sarawak Borneo.

5. **Chloridium epiphyllum** (Wallr.) Sacc. *Acladium epiphyllum* Wallr. Fl. cr. n. 1889. — Hyphis erectis, productis, tenerrimis, fusco-ferrugineis, effusis, parce fasciculatis, dein effusis persistentibus, e vertice conidia primum umbellata ovalia, exigua, pellucida spargentibus. 1556

Hab. ad folia Vitis, Liliorum etc. contabescentia et ad strues congesta in Thuringia.

6. **Chloridium penicillatum** (Wallr). Sacc. *Acladium penicillatum* Wallr. Fl. cr. n. 1890. — Hyphis curtis distinctis pallide-fuscis, e basi congesta penicillatim assurgentibus dein decumbentibus; co- 1557

nidiis exiguis, pellucidis, globosis, primum fastigiato-radiantibus dein erraticis.

Hab. ad caules herb. elatiorum siccos e. g. Hemerocallidis in Thuringia.

7. **Chloridium? microsporum** Ces. Myc. Born. p 26. — Cæspitulis atris, diffusis, minutis; hyphis erectis, flexuosis, rigidis, obscure septatis?; conidiis minutissimis globosis. 1558

Hab. ad Bambusæ culmum Sarawak Bornei.

8. **Chloridium tortum** Rabenh. D. C. Fl. n. 707. — Cæspitulis olivaceo-viridulis tenuibus, effusis, flocosis; hyphis simplicibus, diaphanis brunneo-viridulis, subspiraliter tortis e basi incrassata sensim attenuatis: conidiis inspersis, cylindraceis, utrinque rotundatis, hyalinis. 155

Hab. in frondibus siccis Adianti Capilli-Veneris, Isola bella del Lago Maggiore in Italia bor.

II. *Psilobotrys* Sacc.

Conidia dilute colorata (Cfr. *Virgaria*).

9. **Chloridium viride** Link Obs. II pag. 11, *C dispersum* Nees Syst. f. 84 *Dematium assercutorum* Pers. — Hyphis tenerrimis erectis laxe aggregatis, primum læte viridibus, dein flaventibus; conidiis copiosissimis globosis concoloribus conglobatis, hinc inde inspersis dein aufugis. 1560

Hab. ad ligna putrescentia agri rostochiensis (Ditmar), Franconiæ (Nees), erlangensis (Martius), in doliis udis in Rhenogovia (Fuckel).

10. **Chloridium Schulzerii** Sacc. *Psilobotrys Schulzerii* Sacc. Micr. Slav. n. 71, Schulz. Ill. fung. n. 523. — Hyphis dense gregariis, hinc inde cæspitulosis, fuligineis, simplicibus vel rarissime breviter ramulosis dense septatis ad apicem minutissime muriculatis sporigerisque: conidiis ellipsoideis v. ellipsoideo-limoniformibus, 7 μ. longis, fuscellis. 1561

Hab. in disco trunci Carpini Betuli prope Vinkovce Slavoniæ.

11. **Chloridium ovoideum** Corda Ic fung I, p. 17. fig. 236. — Cæspitulis effusis, atris, villosis: hyphis erectis subramosis, subulatis, flexuosis, intricatis, sæpe incurvis atris, opacis; conidiis ovoideis, utrinque acutis, pellucidis, pallide fuscis, copiosis 1562

Hab. in ramis et caulibus plantarum putridis prope Prag Bohemiæ.

12. **Chloridium capituliferum** (Corda) Sacc. *Psilonia capitulifera* Corda Ic. I, pag. 16, fig. 229. — Cæspitulis minutis, atro-fuscis; hyphis simplicibus, erectis rigidis, subulatis vel suprà in capitulum pallidum terminantibus, atris; conidiis oblongis rotundatis vel subacuminatis, fuscis, diaphanis, intus guttulas oleosas magnas referentibus 6,4 = 5-8. 1563

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

13. **Chloridium minus** Corda Ic. fung. I, p. 17, fig. 237. — Cæspitulis effusis, tenuibus, aterrimis; hyphis erectis simplicibus brevibus obtusis, atris subdiaphanis; conidiis obovatis, basi acutis, fuscis pellucidis. 1564

Hab. in ligno putrido prope Prag Bohemiæ.

14. **Chloridium polysporum** (Wallr.) Sacc., *Acladium polysporum* Wallr. Fl. crypt. n. 1886. — Hyphis primum assurgentibus, fuscis remote septatis, tenacellis protensis, a media inde parte ad verticem conidiis ovalibus obtusis simplicibus creberrimis conglobatis obsessis, dein subsidentibus implexis hyphasma intertextum fusco-hepaticum opacum longe lateque effusum constituentibus. 1565

Hab. ad Cucurbitam putridam in Thuringia.

15. **Chloridium cylindricum** (Pers.) Rabenh. D. C. Fl. n. 706, *Conoplea cylindrica* Pers. Disp. fung. p. 55, *Psilonia cylindrica* Fr. S. M. III. p. 452. — Erumpens, ferrugineo-fuscum, 2-4 mm. latum 2 mm. cr. pulverulentum; hyphis cylindricis simplicibus fuscis diaphanis, hinc inde flexis et tortis; conidiis globoso-ovoideis, brunneis. 1566

Hab. in culmis dejectis, putridis in Suecia et Germania.

16. **Chloridium? lunci** (Corda) Sacc. *Psilonia lunci* Corda Icones I, p. 16, fig. 228. — Cæspitulis subeffusis, tenuibus, olivaceo-fuscis; hyphis fasciculatis, simplicibus, pluriseptatis, sempellucidis, fuscis; conidiis oblongis, utrinque acutis, concoloribus. 1567

Hab. in culmis putridis Juncorum prope Prag Bohemiæ.

17. **Chloridium hippotrichoides** Corda Ic. fung. I, pag. 17, fig. 238, *Acladium hippotrichoides* Corda. — Cæspitulo villoso, laxo, fusco; hyphis simplicibus, longissimis, flexuosis, laxis, planis, vinculiformibus, diaphanis, pallide fuscis; conidiis ovatis, basi apiculatis, luteis. 1568

Hab. in foliis putridis Pandani silvestris prope Berolinum et Reichenberg.

CHÆTOPSIS Grev. Scot. Cr. Fl. t. 236 em., Sacc. Mich. II, p. 26 (Etym. *chaete* seta et *opsis* facies), *Chloridium* Ehrenb. p. p. — Hyphæ erectæ prope mediam longitudinem ramis sporophoris subverticillatis brevibus instructæ. Conidia cylindracea, hyalina.

1. **Chætopsis grisea** (Ehrenb.) Sacc. Mich. II. pag. 640. *Chætopsis Wauchii* Grev. Scot. t. 236, Corda Ic. I. f. 242, *Chloridium griseum* Ehrenb. Sylv. Ber. p. 17, 23. — Hyphis gregariis, nigro-fuscis, rigidulis, subulatis, prope medium breve ramulosis; conidiis oblongo-cylindraceis, in massulam griseam conglobatis, copiosis, hyalinis. 1569

Hab. in truncis putrescentibus Quercus, Alni etc. in Germania, Italia, Bohemia, Britannia, Gallia.

2. **Chætopsis stachyobola** Corda Ic. fung. III, p. 8, f. 21, Sacc. F. ital. t. 27. — Cæspitulis effusis, glaucis vel rufescentibus; hyphis simplicissimis e basi incrassata sursum attenuatis, septulatis, rufofuscis, prope medium ramulos tenues, simplices, breves, hyalinos exerentibus. 1570

Hab. in foliis ramulisque dejectis Lauri nobilis, in cortice Carpini etc. in Bohemia et Italia bor.

MESOBOTRYS Sacc. Mich. II, p. 27 (Etym. *mesos* medius et *botrys* racemus). — Hyphæ *Chætopsidis* h. e. erectæ, fuscæ, prope medium breve ramulosæ. Conidia ovoidea hyalina.

1. **Mesobotrys fusca** (Corda) Sacc. Mich. I, p. 79 et II, p. 27, *Chætopsis fusca* Corda Ic. fung. I, p. 18, f. 243. — Mycelio tenuissimo effuso vix conspicuo; hyphis erectis subæqualibus, supra attenuatis, septatis, luteo-fuscis pellucidis, ramulis ternatis vel quaternis, regulariter positis, obtusis, pellucidis, septis abbreviatis; conidiis ovatis, minutis, albis, 5 μ. long. 1571

Hab. in ligno Pini putrido prope Reichenberg Bohemiæ. — Var. **brachyclada** Sacc. Mich. I, p. 79, et F. it. tab. 26. A typo Cordæ differt ramulis brevioribus, tortuosis, subcontinuis; conidiis ovoideis tantum 2-2$^1/_2$ = 1. In ligno quercino putrescente, Selva Ital. bor.

2. **Mesobotrys macroclada** Sacc. Mich. I. p. 79, II, p. 27, et F. ital. t. 25. — Effusa, fusco-olivacea; hyphis erectis, 200 = 4, e basi lenissime incrassata, filiformibus, apice subulatis, parce septatis, fuligineis; ramis verticillato-ternis vel quaternis, inferioribus brevibus, superioribus (2 verticillis) prælongis, usque 60-70 μ. long., subulatis, interdum aduncis, fuligineis; conidiis in ramulis inferio- 1572

ribus acrogenis globoso-ovoideis, 3–3 1/2 = 2–2 1/2 1-guttularis e hyalino dilutissime olivaceis.

Hab. in ligno putri quercino, Selva Italiæ bor.

3. **Mesobotrys graminicola** (B. et Br.) Sacc. *Chætopsis graminicola* B. et Br. F. of Ceyl. n. 810. — Habitus *Chætopsidis griseæ*; hyphis subulatis, septatis, infra fuscis, supra hyalinis: conidiis globosis quaternis levibus. 1573

Hab. in foliis Andropogonis in insula Ceylon.

MENISPORA Pers. M. Eur. I. p. 32 (Etym. *mene* luna et *spora*). *Camptosporium* Link., *Psilonia* Fr. p. p. — Hyphæ steriles repentes, parcæ; fertiles erectæ, septatæ, fuscæ, prope medium varie pellucido-ramosæ. Conidia fusoidea-falcata, continua vel pseudoseptata, hyalina, subinde (in subg. *Eriomene*) utrinque setigera, mox sæpius muco glomerato-conglobata.

I. *Eu-Menispora*: conidiis muticis.

1. **Menispora lucida** Corda Ic. fung. I. p. 16, fig. 223. — Cæspitulis minutis brunneis: hyphis erectis laxis, inæqualiter septatis vel nodulosis, infra brunneis, semipellucidis, sursum pallidioribus; conidiis fusoideis, subinde curvulis obtusis, hyalinis, 4–6-nucleatis. 1574

Hab. in lignis dejectis in Bohemia et Britannia.

2. **Menispora olivacea** Preuss F. Hoyersw. n. 68, Sturm D. C. Fl. tab. 46. — Cæspitibus effusis, fusco-olivaceis; hyphis erectis paucicramosis, sublateritiis, basi dilatatis, septatis: conidiis in glomerulos subcinereos congestis muco obvolutis, cylindricis, curvatis, utrinque rotundatis, intus 4-guttatis. 1575

Hab. in ramulis dejectis Alni prope Hoyerswerda.

3. **Menispora cæsia** Preuss F. Hoyersw. n. 66, Sacc. F. ital. t. 862. — Cæspitibus effusis subcæsiis; hyphis erectis septatis, basi dilatatis, congesto-subconnatis, furcato-ramosis, patentibus et apice longe attenuatis, fuscis; conidiis in grumulos dilute-cæsios congestis, cylindricis, curvatis, utrinque obtusis, intus 2–4-guttulatis, 16–20 = 4, hyalinis. 1576

Hab. in ligno Juglandis et Quercus in Italia et Germania.

4. **Menispora glauca** (Link) Pers. Myc. Eur. I. p. 32, Corda Ic. fung. p. 12, f. 54, *Camptosporium glaucum* Link in Khrenb. Sylv. Ber. p. 11. — Cæspitulis effusis laneis, griseo-glaucis dein fuscis; hyphis parce ramosis, flexuosis fusco-diaphanis; conidiis cylindraceis, curvatis, pellucidis, utrinque acutiusculis, intus granulosis. 1577

Hab. sub cortice truncorum Quercus, Betulæ in Suecia, Germania, Bohemia.

5. **Menispora glauco-nigra** C. et E. in Grevillea. — Effusa, atro-brunnea, subvelutina; hyphis erectis, tenuibus, septatis, fuscis, sepra hyalinis; conidiis acrogenis, fasciculatis cylindricis curvulis, utrinque rotundatis, hyalinis, 20 ≈ 1578

Hab. in ligno putri Magnoliæ, New Jersey Amer. bor.

6. **Menispora cobaltina** Sacc. Mich. II, p. 579. — Effusa, velutina, amœne cobaltino-azurrea; hyphis erectis, e mycelio repente oriundis, filiformibus, 70–80 ≈ 3, septulatis, varie erecto-ramosis, fuligineis, sursum pallidioribus; conidiis in ramulis acro-pleurogenis, anguste fuscideis, curvis utrinque acutis, 20–24 ≈ 2–2.5, continuis hyalinis. 1579

Hab. in excrementis larvarum, Newfield N. J. Amer bor. (Ellis). — Præcipue colore vivide azurreo mox dignoscenda species

7. **Menispora tortuosa** Corda Ic. fung. II, p 8, fig. 20. — Cæspitulis magnis gregariis, pulvinatis, tomentosis, fuscis; hyphis longissimis simplicibus tortuosis intricatis, fuscis, 3–4 μ. cr.; glomerulis conidiorum altis conidiis oblongis, curvatis utrinque obtusis, hyalinis, 18–20 μ. longis nucleo quadripartito. 1580

Hab. in pagina interiore corticis Betulæ. Prag Bohemiæ. — Ramuli conidiophori ex icone non patent, sed verisimiliter, etsi breves, adesse debent *M. tortuosa* Fres. potius ad *M. Libertianam* pertinet.

8. **Menispora cylindrica** Kalch et Cooke Grevill. 1880, pag 24 — Phyllogena, effusa, atro-fusca hyphis tenuibus, simplicibus, erectis, flexuosis, mycelio ramoso fusco assurgentibus; conidiis cylindricis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, 16 ≈ 2,5. 1581

Hab. in foliis Myrsines melanopleos in Africa australi.

9. **Menispora apicalis** B. et C. North Amer. Fungi n. 692. — Nigro-brunnea; hyphis simplicibus, articulatis e mycelio repente oriundis; conidiis apicalibus curvatis pluri-nucleatis, linearibus seriatim 6–8-nucleatis. 1582

Hab. in ramis dejectis in Carolina inferiore.

II *Eriomene* Sacc · conidiis utrinque ciliatis

10. **Menispora ciliata** Corda Ic. fung. I. p. 16, fig. 222. — Cæspitulis subeffusis, olivascentibus tomentellis, hyphis erectis subdichotomis, laxis, inæqualiter septatis, subinde incurvis, olivaceo- 1583

brunneis: conidiis fusoideis curvis utrinque seta longâ tenni auctis, hyalinis, 16-17 μ. longis.

Hab. in lignis et corticibus putrescentibus Quercus, Castaneæ, Magnoliæ etc. in Bohemia, Italia, Gallia, Britannia, America bor. — Observante cl. Peck, in exemplaribus americanis conidia potius cylindracea et hyphæ non omnino olivaceo-brunneæ. An varietas?

11. **Menispora Preussii** Fuck. Symb. myc. p. 358, *Menispora ciliata variegata obtusata* Preuss F. Hoyersw. n. 65. — Acervulis effusis, determinatis, tomentosis, ochraceo-cinereis: hyphis erectis, ramosis, laxis, septatis, plerumque incurvis, dilute-ochraceis; conidiis cylindricis, incurvis, utrinque rotundatis, cilio brevi, tenni utrinque armatis, albis. 1584

Hab. in libro corticis Betulæ albæ Hoyerswerda (Preuss), prope Mappen (Fuckel).

12. **Menispora Libertiana** Sacc. et Roum. Reliq. Libert. IV, n. 191, *Menispora obtusa* Sacc. et Berl. Misc. myc. II, n. 139, t. IX, f. 12. — Effusa sordide cæsio-fusca; hyphis assurgentibus, tortuosis, septulatis, olivaceo-fuligineis, sursum breve ramulosis, subhyalinis, 350-400 ≃ 4; conidiis ad ramulos breves, ascendentes, hyalino-fuscellos acro-pleurogenis, cylindraceis, utrinque rotundatis, curvatis, spurie 3-septatis, non constrictis, 20-27 ≃ 5, hyalinis, subinde guttulatis, utrinque lateraliter setigeris. 1585

Hab. ad fragmentâ lignea putrida in Arduennis, in ligno quercino prope Padova Italiæ bor. — Ab affini *M. ciliata* differt conidiis majoribus, obtusioribus, evidentius septatis, etc. — Var. **Freseniana** Sacc., *M. tortuosa* Fres. Beitr. p. 25, t. III. f. 44-46: hyphis magnis tortuosis infra medium longe parce ramosis sursum ramulis conidiophoris typicis auctis; conidiis 24-26 μ. longis perfecte ut in typo. In truncis in Germania.

VERTICICLADIUM Preuss F. Hoyersw. n. 93 (Etym. *verticillum* et *clados* ramus). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ septatæ supra verticillato-ramosæ; ramis subternato-decompositis; ramulis ultimis subulatis. Conidia continua in apicibus ramutorum singulatim innata, dein decidua. — Est quasi *Verticillium* dematieum.

1. **Verticicladium trifidum** Preuss F. Hoyersw. n. 93. Sturm D. C. Fl. t. 56. — Cæspitibus tenuibus, effusis, vix conspicuis, cano-fuscis; hyphis fertilibus erectis, septatis, subpellucidis, basi dilatatis. 1586

supra ramosis, patenti-verticillatis, fusco-atris; conidiis globosis pellucidis albis.

Hab. in foliorum Pinorum putrescentium pagina interiore prope Hoyerswerda, in Hollandia et Britannia.

2. **Verticicladium fuscum** (Fuck.) Sacc. *Verticillium fuscum* Fuck. 1587
Symb. myc. p. 362. — Cæspitibus laxe tomentosis, fuscis; hyphis repentibus adscendentibusque, ramosis, septatis, fuscis; ramulis quaternis, basi incrassatis, patentibus, apice conidia globosa, minutissima, uniguttulata, nivea gerentibus.

Hab. in foliis putrescentibus Quercus prope Hattenheim Rhenogoviæ.

3. **Verticicladium apicale** (B. et Br.) Sacc. *Verticillium apicale* B. 1588
et Br. Ann. N. H. n. 531, tab. VII, fig. 17. — Effusum olivaceo-atrum; hyphis erectis septatis; ramulis apicalibus verticillatis brevibus, deorsum incrassatis; conidiis globosis.

Hab. in ramis decorticatis quercinis, Wraxall, Somerset Britanniæ.

4. **Verticicladium pulvinatum** (B. et C.) Sacc. *Verticillium pulvinatum* B. et C. North Amer. Fungi n. 673. — Pulvinatum, gilvum, deorsum nigrescens; hyphis parce ramosis, sursum verticillatis; conidiis minimis subellipticis. 1589

Hab. in ramis Acaciæ (Albizziæ) Julibrissin in Carolina inf. Amer. bor. — Cæspites rubro-grisei, senio nigrescentes.

5. **Verticicladium pulvereum** (P. et C.) Sacc. *Verticillium pulvereum* 1590
Peck et C. in Rep. on the St. Mus. New York. — Effusum, pulveraceum, atrum vel tabacino-brunneum; hyphis coloratis; ramis inferioribus subalternis, superioribus oppositis verticillatisque, ultimis ramulis brevibus, cylindraceis, obtusis; conidiis late ellipsoideis vel subglobosis, coloratis, 6–7 = 5–6.

Hab. in ligno putri. Alden Amer. bor. (Clinton). — Format strata tenuia pulveracea in ligni superficie.

ZYGOSPORIUM Mont. Cuba p. 303 (Etym. *zygos* jugum, nexus et *spora*). — Hyphæ steriles cæspitosæ, repentes, continuæ, fertiles uni- aut sæpius biseptatæ, fuligineæ, apice subincrassato-clavato pellucidæ, basin versus hinc unicum ramum uniarticulatum clavæformem subrecurvum emarginatum emittentes. Conidia ovalia vel globosa pellucida, nucleo vix colorato, cuique emarginaturæ lateri imposita.

1. **Zygosporium oscheoides** Mont. l. c. t. H. 78. f. 29. Corda Icon. fung. VI. p. 9. f. 28. — Char. generis. 1591

Hab. in foliis emortuis Pandani et Palmarum e. g. Cocos in insula Cuba, Ceylon et in insula Tahiti (G. Brunaud). — Fungillus vere singularis! Hyphæ fertiles assurgentes, 70 = 3, septatæ, fuligineæ, apice inflatulæ pallidiores, prope basim emittentes e latere sporophorum semilunare, 18 = 7, fuligineum stipitellatum; conidiis ex apice simplici v. bifido sporophori oriundis, sæpius binis, globosis, 5 μ. diam., hyalinis (Sacc.). Sec. Berkeley (in Pandano) conidia 12 μ. longa. An species diversa?

GONYTRICHUM Nees Act. Leop. IX. p. 244, t. 15, f. 14. Sacc Mich. II. p. 27 (Etym. *gony* nodus et *thrix* pilus, hypha). — Hyphæ decumbentes ramosæ, hinc inde nodos longe aculeatos gerentes. Conidia ex apice aculeorum oriunda, globulosa subsolitaria v. capitato-aggregata et subinde muco obvoluta. — *Gonytr. ceramicola* et *G. ciliare* ab Hoffm. citata in Ind. fung. sunt algæ (*Goniotrichum*).

1. **Gonytrichum cæsium** Nees Act. Leop. IX, p. 244, t. 15, f. 14 Sacc. Mich. II, p. 292, F. ital. t. 791. *Myxotrichum cæsium* Fr. — Cæspitulis pulvinatis initio distincte cæsiis, dein fuscis: hyphis rigidulis septatis, fuscis apice pallidis, nodosis: aculeis subulatis subhyalinis; conidiis ovoideis, 2-3 = 1 quandoque 2-guttatis simulateque 1-septatis, hyalinis. 1592

Hab. in ramis et lignis dejectis Quercus, Kerriæ, Mori etc. in Germania, Italia, Britannia, Amer. bor.

2. **Gonytrichum fuscum** Corda Ic. fung. I. p. 11, fig. 160. — Cæspitulis pulvinatis, brunneis; hyphis fragilibus atro-brunneis, opacis, nodosis; ramis seu aculeis subulatis fuscis; conidiis sparsis, globosis, hyalinis. 1593

Hab. in ramis dejectis arborum frondosarum in Bohemia et Britannia.

3. **Gonytrichum erectum** Preuss Fung. Hoyersw. n. 33. Sturm D. C. Fl. t. 41. — Cæspitibus effusis, subpulvinatis, cinereis: hyphis erectis fragilibus, ramosis, atro fuscis, subimpellucidis, apice subalbis, septatis, minus nodosis; ramulis seu aculeis subverticillatis, stellato-patentibus, nodo innatis globulo conidiorum griseo terminatis; conidiis ovatis minimis, fugacibus albis. 1594

Hab. in ramulis putridis Rubi Idæi dejectis, Hoyerswerda.

4. **Gonytrichum gilvum** Rabenh. D. C. Fl. n. 958. — Cæspitulis pul- 1595

vinatis gilvo-isabellinis, 4-8 mm. lat., densiusculis; hyphis intertextis, rigidulis, fusco-luteis, pellucidis; ramis hyphæ diametrum æquantibus, breve acuminatis: conidiis globulosis, flavido-hyalinis.

Hab. in ramis arborum dejectis, Como Ital. bor.

CLADORRHINUM Sacc. et March. Champ. copr. Belg. p. 32 (Etym. *clados* ramus et *rhin* nasus, ob hypharum ramulos denticulato-sporigeros). — Hyphæ repentes vage patenti-ramosæ, septatæ, fuligineæ, hinc inde denticulos teretes, sporigeros exerentes. Conidia globulosa, subhyalina. — A genere *Rhinocladio* conidiis hyalinis mox distinguitur.

1. **Cladorrhinum fœcundissimum** Sacc. et March. l. c. tab. I. fig. 1-2. — Cæspitulis densiusculis, subvelutinis, griseo-lutescentibus; hyphis repentibus, valde vageque intricato-ramosis, 150-350 = 3.5-5 μ. diam., filiformibus, septatis; conidiis copiosis, globulosis, 2,8-3.2 μ. diam., ex hypharum denticulis longiusculis oriundis. 1596

Hab. in stercore aprugno in Arduenna.

Tribus 13. **Stachylidieæ.** Sacc.

SCOPULARIA Preuss F. Hoyersw. n. 116 (Etym. a *scopa*). — Mycelium repens ramosum vel lignum penetrans, septatum; hyphæ subsimplices erectæ, septatæ, supra capitatæ, penicillato-ramoso-ramulosæ; ramulis oppositis basi (simulate?), vaginato-connatis continuis, strato mucoso primum tectæ. Conidia acrogena coacervata continua subheterogenea.

1. **Scopularia venusta** Preuss F. Hoyersw. n. 116. — Acervulis minutissimis punctiformibus nigris epi- et entoxylinis; hyphis fertilibus erectis simplicibus apice pallidis, sæpe ramosis ramulosisve et penicillatim divisis capitulum ovatum formantibus, conidiis ovoideis hyalinis. 1597

Hab. in ligno Pini decorticatæ, Hoyerswerda.

FUCKELINA Sacc. F. Ven. Ser. II. p. 326 (Etym. ab ill. L. Fuckel). — Hyphæ simplices, erectæ, dilute fuligineæ, septatæ, summo apice basidia oblonga radiatim fasciculata ferentes. Conidia in apice basidiorum singulatim nascentia, ovoidea, continua, hyalina.

1. **Fuckelina microspora** Sacc. Fungi Ven. Ser. II, p. 326. *Leptosporæ caudatæ* st. conid. Fuck. Symb. p. 144. — Hypha simplici, erecta, multiseptata, fusca, 98 = 4; apice ramoso; ramis simplicibus, capitato-dispositis; conidiis minutissimis, ovatis, hyalinis. 1598

Hab. in ligno putri Betulæ albæ or. Œstrich Rhenogoviæ.

2. **Fuckelina socia** Sacc. F. V. N. ser. II, 326. sub n. 86. — Effusa, fusca; hyphis cylindraceis, erectis, 3-4-septatis, 150 = 5, sursum attenuatis et subhyalinis; apice sterigmatibus radialim fasciculatis, oblongis, 15 = 5, conidia subglobosa 5 μ. diam., hyalina (dein fuscidula?) gerentibus. 1599

Hab. in disco Ulmi, Vittorio Ital. bor., sociâ *Melanopsamma pomiformi*, cuius status conidiophorus est. Huc forte spectat *Sporocybe albipes* B. et Br., sed nunc latet, ubi diagnosis edita sit.

STACHYLIDIUM Link Obs. I, p. 13, em. Sacc. Mich. II. p. 27. (Etym. *stachylidion* spicula). — Hyphæ steriles repentes, parcæ; fertiles erectæ, subverticillato-ramosæ. Conidia in ramulorum apicibus aggregata, globosa v. ovoidea.

1. **Stachylidium bicolor** Link Obs. I. 13, Nees Syst. 47, t. IV, f. 56, Sacc. F. it. t. 50. *Acremonium bicolor* Bon., *Dematium verticillatum* Hoffm. Germ. II, t. 13 (?), *Acrostalagmus olivaceus* Corda Anl. LXIV. t. B. f. 4-6 (?). — Effusum, griseum, hyphis robustis longe lateqne expansis; fertilibus erectis subolivaceis, septatis sursum pallidioribus, ad apicem ramosis; ramis oppositis verticillatisque; conidiis ovato oblongis, hyalinis, 5 = 2.5 in capitula muco conglutinatis. 1600

Hab. in caulibus exsiccatis Rhei etc., foliis Hoyæ, in Germania, Italia.

2. **Stachylidium fuscum** C. et E. Grevill. — Effusum fuscum; hyphis fasciculatis, erectis; ramulis brevibus, obclavatis, verticillatis; conidiis minimis, ellipticis, 4 = 2, in capitula globosa congestis. 1601

Hab. in ligno Magnoliæ, New Jersey Amer. bor.

3. **Stachylidium thelenum** Sacc. Mich. I, p. 85, F. it. t. 51. — Hyphis repentibus late effusis, intricato-ramosis, tomentosis, ex olivaceo fuligineis, subcontinuis; fertilibus erectis, septatis 200-250 = 5, sursum verticillato-ramulosis, pallidioribus; conidiis in apice denticulato ramulorum 2-5 aggregatis, oblongis, 7-8 = 3½, basi apiculatis, hyalino-fuscidulis. 1602

Hab. in cortice duriore udo quercino, socia *Rosellinid thelenâ* (Fr.) Rabh., cujus statum conidicum sistit, in silva Montello Italiæ borealis.

4. **Stachylidium extorre** Sacc. Mich. I. p. 84, F. it. t. 49. — Effusum, fusco-cinereum, velutinum; hyphis erectis cylindraceis, basi paululum incrassatis, sursum sensim attenuatis, 200 = 4-5, septa- 1603

tis, dilute fuligineis, apicem versus verticillato-ramosis; ramulis pallidioribus, ternis-quinis, sursum attenuatis, simplicibus, quandoque iterum verticillato-ramulosis; conidiis in ramulorum apice globulos sphæricos, initio muco obvolutos, translucidos, 6–10 μ. d. efformantibus, dein (madore) diffluentibus, oblongis, 4 ≈ 1½, hyalinis.

Hab. in ligno putrescente decorticato Celtidis australis, Vittorio Ital. bor. — Conidia globulos conflare jugiter mihi visa sunt; si in statu juniore in catenulas digesta essent, species hæc cum genere *Hormodendro* (Harz) congrueret, sed certe cum *St. bicolore* Link, quale saltem ego sumo, congener videtur.

5. **Stachylidium gregarium** B. et C. Cub. Fungi n. 645. — Pallide fuscum, constipatum; hyphis repetito furcatis, supra ramosissimis; conidiis subellipticis, 6–7 μ. diam. 1604

Hab. in ligno emortuo in Cuba. — Format hyphasma densum reticulatum, *hypochnoideum*. — «Vix hujus generis species».

6. **Stachylidium olivaceum** (Corda) Sacc. *Acrostalagmus olivaceus* Corda Ic. fung. II. p. 15, f. 67, *Cephalosporium olivaceum* Bon. Handb. — Cæspitulis effusis, pollicaribus, olivaceis, cano-pruinosis; mycelio nullo v. obsoleto; hyphis subdistantibus, erectis gracilibus, septatis, olivaceo-luteis, pellucidis; ramulis brevioribus, ternatis vel quaternis, primum adpressis dein patentibus, continuis, apiculo ornatis; globulis conidiorum globosis, glauco-fuscis nitidis; conidiis numerosissimis minutis, oblongis pellucidis 3.5–5 μ. longis. 1605

Hab. in ligno putri Aceris platanoidis, Brezina Bohemiæ. — Affine vel forte idem ac *St. bicolor* videtur.

7. **Stachylidium griseum** Berl. Fung. Mor. fasc. II. tab. 9. fig. 1–8. — Cæspitulis griseis, effusis, lanuginosis, densis; hyphis sterilibus repetito septatis, repentibus, fuscis; fertilibus erectis, stipatis, superne ramoso-intricatis, septatis, pallidis, apice hyalino, inferne sinuosis, fuscis, 500–700 ≈ 5; ramis inferioribus alternis superioribus bi-tri-verticillatis, in ramulos secundarios et tertiarios bi-tri-verticillatos divisis; ramulis extimis capitulo sphæroideo, magnitudine varia, hyalino, pellucido terminatis; conidiis ovoideis, minutis, in capitulum congestis, muco obvolutis, 6–7 ≈ 3, hyalinis. 1606

Hab. in ramis putrescentibus, cortice orbatis Mori albæ, Padova Ital. bor. haud frequens. — Totus fungillus, exclusis conidiis, minutissime et vix conspicue verruculosus. — Species perpulchra, habitu magnitudineque mox distinguenda.

8. **Stachylidium cyclosporum** Grove New. or notew. II. p. 12, t. 257. 1607

f. G. — Hyphis fertilibus erectis, sursum attenuatis et pallidioribus, basi brunneo-fuscis, 200-300 × 4, septatis superne ramosis; ramis 2-4 ad septa insertis, 2-4-articulatis, in ramulos oppositos v. alternos divisis; ramulis extimis, subulatis, hyalinis capitulum conidiorum 8-10 μ. diam. gerentibus; conidiis sphæroideis subhyalinis, 2-2½ μ. diam., muco obvolutis.

Hab. in ramis dejectis ad sepes, King's Heath Britanniæ.

9. **Stachylidium variabile** Schulz. et Sacc. Microm. Slav. n. 73, Schulz. Ill. fung. Slav. n. 215. — Effusum, cinereo-fuscum, subvelutinum; hyphis sterilibus repentibus parce ramosis subcontinuis pallidis; fertilibus ex iis assurgentibus, filiformibus septulatis, pallide fuscis, semel vel bis subverticillato-ramosis; ramulis pallidis, sursum acutatis; conidiis oblongis vel subcylindraceis, in capitula globosa grisea, usque 150 μ. diam., mucose congestis, 5-10 μ. longis, hyalinis. 1608

Hab. in superficie Polypori mærismoidis uli prope Vinkovce Slavoniæ.

10. **Stachylidium chartarum** Schulz. et Sacc. Micr. Slav. n. 72, Schulz. Ill. Slav. n. 636. — Cæspitulosum, atrum, griseo-punctatum, 0,5 mm. lat.; hyphis e mycelio ramoso fusco oriundis, subfasciculatis, erectiusculis; ramis patentibus, subverticillatis, simplicibus v. parce vage ramosis, continuis, olivaceo-fuscis, apice capitato-conidiophoris; capitulis globulosis albido-griseis; conidiis congestis ovoideis, perexiguis, hyalinis, 2-5 μ. longis. 1609

Hab. in charta putri uda in cellis pr. Vinkovce Slavoniæ.

Tribus 14. **Chalareæ** Sacc.

CHALARA Corda Ic. fung. II. p. 9, Sacc. Mich. II, p. 27 (Etym. *chalaros* laxus). — Hyphæ steriles nullæ v. obsoletæ; fertiles simplices, breves, rectæ, fuscæ subinde ampulliformes. Conidia hyalina, cylindrica, utrinque truncata, catenulata. — Ad Micronemeas nutat; accedit quoque ad *Polyscytalum*.

1. **Chalara fusidioides** Corda Icon. fung. p. 9, fig. 43. — Tenuissima, effusa, albida; hyphis rigidulis lageniformibus, pallidis, 20-22 μ. longis; conidiis cylindricis, utrinque truncatis, 7-8 μ. longis, hyalinis. 1610

Hab. in cortice interiore Pinorum et Eucalypti in Bohemia et California. — ***Ch. longior** Sacc. Cfr. Mich. I. p. 81 et F. ital. t. 34: cæspitulis pulvinatis, laxis, fuscidulis; hyphis e basi

inflato-ampulliformi cylindraceis, 40 = 2.5-3 (in collo) fuscidulis; conidiis cylindricis, utrinque truncatis, 18-20 = 2 concatenatis, hyalinis. In ligno quercino in silva Montello Ital. bor.

2. **Chalara affinis** Sacc. et Berl. Misc. Mycol. II, n. 136, tab. IX, fig. 11. — Candida, cæspituloso-effusa, subvelutina; basidiis fasciculatis, ex hyphulis repentibus oriundis, deorsum inflatis, 40-50 = 6-7, subfuligineis; conidiis ex apice basidiorum exsilientibus, cylindricis, utrinque truncatis, 10-12 = 2, longe catenulatis. 1611

Hab. in ramulis quercinis putrescentibus, Montecchia Euganeorum. — *Chalaræ fungorum* affinis.

3. **Chalara heterospora** Sacc. Mich. I, p. 80, F. it. t. 31. — Effusa, velutina, brunneo-fuliginea; hyphis erectis, cylindraceis, 70-80 = 4-5, usque ad mediam longitudinem incrassatis 4-5-septatis, fuligineis; conidiis ex apice hypharum exsilientibus, catenulatis, cylindraceis, 10-15 = 2-3, utrinque truncatis, nunc continuis, nunc 1-3-septatis, hyalinis. 1612

Hab. in ligno quercino putrescente udo, Selva Ital. bor.

4. **Chalara brachyspora** Sacc. Mich. I, p. 81, F. ital. tab. 35. — Effusa, velutina, fusca hyphis cylindraceis, 80-100 = 5, usque ad medium v. $^3/_4$ longitudinis paululum incrassatis, 3-4-septatis fuligineis; conidiis ex hypharum apice exsilientibus catenulatis, breviter cylindraceis, 10 = 4, utrinque truncatis, 2-guttulatis, hyalinis. 1613

Hab. in ligno putrescente Coryli Avellanæ, Selva Italiæ bor. et in Umbellularia in California (Harkn.).

5. **Chalara Ampullula** Sacc. Mich. I, p. 80, F. ital. t. 33, *Sporoschisma Ampullula* Sacc. Fungi Veneti, ser. IV, p. 38. — Hyphis dense cohærenti-aggregatis, erectiusculis, brevissimis, ampulliformibus h. e. basi ovoideo-inflatis apiceque in tubulum cylindraceum basi coarctatum vertice truncatum productis, totis 15 = 7; conidiis in tubuli lumine formatis et orificio continuo exsilientibus, cylindraceis, 7 = 2½, utrinque truncatis et 1-guttulatis, hyalinis. 1614

Hab. in truncis putridis Robiniæ Pseudacaciæ, Padova Ital. bor., socia *Lanzia flavo-rufa*, cujus videtur st. conidicus

6. **Chalara longissima** Grov. New or. notew. Fungi, II, p. 12, t. 257, f. 8. — Hyphis fertilibus dense gregariis, erectis, rigidis, strictis, septatis, æqualibus, 150-170 = 4-5, infra fuscis, supra pallidioribus et sæpe subinflatis, in catenulam conidiorum albam longissimam flexuosam stipitem duplo superantem evadentibus; conidiis fusoideis, irregularibus, utrinque subacutis, fere hyalinis, continuis, uni-quadri guttulatis, 10-15 = 3.5-4. 1615

Hab. in ligno putri prope Birmingham Britanniæ. — *Chalaræ longipedi* affinis.

7. **Chalara crassipes** (Pr.) Sacc. *Cylindrosporium crassipes* Pr. F. Hoyersw. n. 23. — Cæspitulis effusis; hyphopodio ramoso septato fusco; hyphis simplicissimis supra basin incrassatis, panlulum septatis, supra tenuatis, pellucidis subalbis, apice conidiis catenatis cylindricis obtusis continuis. 1616

Hab. in ligno putrido, Hoyerswerda.

8. **Chalara inflatipes** (Pr.) Sacc. *Cylindrosporium inflatipes* Preuss Fung. Hoyersw. n. 22. — Cæspitulis effusis, oculo nudo inconspicui; hyphopodio ramoso conjuncto, septato, corticem penetrante; hyphis simplicissimis septatis, supra basin inflatis, atro-fuscis subpellucidis cavis apice in catenulas, albas, fragilissimas abeuntibus; conidiis cylindricis obtusis, intus guttulis quatuor vel quinque. 1617

Hab. in corticis Alnorum putrescentium pagina interiore, Pinka pr. Hoyerswerda.

9. **Chalara Montellica** Sacc. Mich. I, p. 80, F. ital. t. 32. *Sporoschisma Montellicum* Sacc. Fungi Veneti ser. II, p. 307. — Hyphis prope perithecia *Ophioboli* crebriusculis, erectis, e basi subincrassata cylindraceis v. subfusoideis, 100–120 = 8, septatis, fuligineis, sursum attenuatis, pallidioribus; conidiis intra articulos supremos formatis et continuo ex apice exsilientibus, cylindricis, 18–20 = 3, utrinque obtusis, 2–4-guttulatis, hyalinis. 1618

Hab. in caulibus putrescentibus Meliloti officinalis in silva Montello Italiæ bor., et in ramis Eucalypti Globulium California (Harkn.).

10. **Chalara strobilina** Sacc. Mich. I, p. 80, F. ital. t. 30. — Effusa velutina, brunneâ; hyphis erectis obclavato-ampullaceis, 30–35 = 4 (in apice), 2–3-septatis, fuligineis; conidiis ex apice hypharum exsilientibus, catenulatis, cylindraceis, 4 = $1^1/_4$, 2-guttulatis, hyalinis. 1619

Hab. in squamis strobilorum Abietis excelsæ putrescentibus, socio *Helotio strobilino* (Fr.) Fuck., cujus est status conidiophorus, in silva Cansiglio Italiæ bor.

11. **Chalara acuaria** C. et Ell. in Grevillea t. 99, f. 20. — Effusa, atra; hyphis rectis, ampullæformibus, fuligineis; articulis supra connatis, hyalinis, cylindraceis, brevibus, dissilientibus 12 = 3,5. 1620

Hab. in foliis Pinorum, New Jersey Amer. bor.

12. **Chalara longipes** (Pr.) Cooke Grev. 1881, p. 50. *Cylindrosporium longipes* Preuss Fung. Hoyersw. n. 21, Sturm D. C. Fl. t. 35. — Cæspitulis effusis inconspicuis; mycelio ramoso, sæpe co- 1621

pulato, septato; hyphis simplicissimis septatis, fuscis, pellucidis, apice catenatis, simplicibus, dichotomis rarius trichotomis, albis, rigidis fragilissimis, in conidia cylindrica dilabentibus.

Hab. in foliis humidis Pini silvestris, Hoyerswerda, et in pericarpio Juglandis, Perthshire Britanniæ.

13. **Chalara fungorum** Sacc. Mich. I, p. 80, F. ital. tab. 29, *Cylindrium fungorum* Sacc. Myc. Ven. 177, tab. XVI, fig. 53. — Cæspitulis parvis candidis; hyphis obclavato-phialiformibus 30–40 μ. long. basi 10 μ. cr. dilute fuliginеis, non septatis; conidiis cylindricis, concatenatis, 15 = 2½, utrinque obtusis plasmate bipartito, hyalinis. 1622?

Hab. in Hydno compacto putrescente in silva Montello Ital. bor. — Huic proximum videtur **Polyscytalum fungorum** Sacc. (suo loco omissum). Cfr. Plowr. in Grev. 1884 XI, p. 6, t. 147 c. d. Hyphis cæspitosis, basi fasciculatis, fuscellis, sursum hyalinis longe ramoso-catenigeris; conidiis cylindraceis 10–15 = 2–3,5 utrinque truncatis. In Nyctali parasitica, socio *Hypomyceie asterosporo* in Britannia.

14. **Chalara setosa** Harkn. Bull. Acad. Calif. 3, pag. 164 (1885). — Effusa, brunnea; hyphis ampulliformibus, 24 = 12, pallide brunneis, in collum duplo longius abrupte contractis, basi subfasciculatis, setis sterilibus interjectis continuis, 200 = 8; conidiis oblongis, utrinque truncatis, 1-septatis, hyalinis, 20 = 4. 1623

Hab. in pag. sup. foliorum emortuorum Quercus densiflorae, Tamalpais Californiæ.

15. **Chalara Ungeri** Sacc. *Graphii penicillioidis* forma Ung. Bot. Zeit. 1847, p. 252, t. IV, fig. 3–4. — Effusa, fusca; hyphis sterilibus repentibus epixylis et endoxylis, ramosis, septatis, fuliginеis; fertilibus erectis septatis, 100–120 μ. longis; conidiis cylindrico-cuboideis, catenulatis, 2-guttatis, utrinque truncatis, 7–9 = 4, hyalinis. 1624

Hab. in disco ligni pinei, Gratz Styriæ.

REPERTORIUM

DEMATIEARUM AMEROSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. A. indicat *Acrotheca*. — Ac. *Acrospeira*. — Acr. *Acremoniella*. — Ar *Arthrinium*. — B. *Botryotrichum*. — Bo. *Bolacotricha*. — C. *Coniosporium*. — Ca. *Camptoum*. — Cam. *Campsotrichum*. — Cat. *Catenularia*. — Ce. *Cephalotrichum*. — Cer. *Ceratocladium*. — Ch. *Chloridium*. — Cha. *Chalara*. — Chæ. *Chætopsis*. — Ci. *Circinotrichum*. — Cl. *Cladorrhinum*. — Cy. *Cystophora*. — D. *Dematium*. — E. *Echinobotryum*. — El. *Ellisiella*. — F. *Fusella*. — Fu. *Fuckelina*. — G. *Gongromeriza*. — Gl. *Glenospora*. — Go. *Gonatobotryum*. — Gon. *Goniosporium*. — Gony. *Gonytrichum*. — Gy. *Gyroceras*. — H. *Hormiscium*. Ha. *Hadrotrichum*. — Hap. *Haplographium*. — He. *Heterobotrys*. — Hel. *Helicotrichum*. — Ho. *Hormodendron*. — Hor. *Hormiactella*. — M. *Monotospora*. — Me. *Mesobotrys*. — Men. *Menispora*. — My. *Myxotrichum*. — Œ. *Œdemium*. — P. *Periconia*. — Pe. *Periconiella*. — Pr. *Propnutroma*. — R. *Rhinocladium*. — S. *Stachybotrys*. — Sa. *Sarcopodium*. — Sc. *Scopularia*. — St. *Streptothrix*. — Sta. *Stachylidium*. — Ste. *Steirochaete*. — T. *Torula*. — Tr. *Trichosporium*. — V. *Virgaria*. — Ve. *Verticicladium*. — Z. *Zygodesmus*. — Zy. *Zygosporium*.

Numeri 1121-1624 — citantur 121-624

Abies — T. 213 — H. 286. — P. 322. — St. 369. — Acr. 475. — Cha. 619.
Acacia — Ve. 589.
Acer — H. 278. — Tr. 404. — Hap. 492. — My. 548. — Sta. 605.
Adiantum — Ch. 559.
Æsculus — Tr. 418.
Agave — T. 230. 266. 267.
Agrostis — G. 158. — Ha. 473.
Aira — T. 246.
Allium — T. 230. 256.
Alnus — C. 137. — T. 190. 191. 192. — G. 276. — H. 277. — E. 298. — P. 320. 324. — A. 345. — Z. 389. — Tr 410. — Hap. 488. — Chæ. 569. — M. 575. — Cha. 617. — Hor. 518.
Althæa — Hap. 492.
Amsonia — T. 236.
Ananassa — C. 164.
Andromeda — Gl. 458.
Andropogon — C. 153. 154. — Me. 573.
Angrecum — T. 257.
Arundinaria — C. 155. — D. 501. — My. 543.
Arundo — C. 150. 151. 152. — T. 243 244. 245. — Tr. 425. — D. 500.

Aster — Sa. 523.
Avena — Sa. 524.

Ballota — Sa. 521.
Bambusa — C. 160. 161. — T. 246. — Ch. 558.
Bartsia — My. 539.
Batatas — C. 121. 138.
Betula — A. 341. — Z. 370. 382. — He. 510. — My. 536. — M. 577. 580. 584. — Fu. 598.
Bignonia — O. 448.
Bombax — My. 546.
Brassica — H. 291. — Bo. 531.
Brabeium — Pe. 335.
Bromelia — T. 255.
Bulgaria — T. 258.
Buxus — C. 136.

Calamagrostis — Ha. 472.
Caragana — T. 179.
Cardamine — T. 235.
Carduus — S. 306.
Carex — T. 246. 249. — P. 329. — — Ce. 336. — Ca. 337. — Ar. 349. 350. 351. 352. — Gon. 354. — Hap. 498.
Carpinus — St. 368. — Tr. 403. — Acr. 480. — Cer. 529. — Ch. 561. — Chæ. 570.
Carya — St. 368.
Castanea — T. 197. — Ac. 366. — D. 506. — M. 583.
Catalpa — T. 183.
Celtis — H. 293. — Sta. 603.
Cerasus — C. 127.
Cinnamomum — Cam. 444.
Cistus — T. 228.
Citrus — C. 130. — T. 184. 227. — He. 296. — E. 299. — Hap. 492. — Ci. 527.
Cocos — Tr. 424.
Coffea — T. 226.
Coniferæ — C. 135.
Corylus — T. 189. 258. — H. 292. — P. 310. — Z. 370. — Cha. 613.
Coryuocarpus — O. 50.
Crataegus — Ci 527.
Cucurbita — T. 230. 240. — Acr. 481. Gh. 565.
Cydonia — Ci 527.
Cyrilla — T. 181. — Gl. 457.

Dasylirium — T. 252.
Dioscorea — P. 309.
Dipsacus — Hel. 524.
Dipterix — C. 129. — T. 230. — P. 310. — M. 461.

Eriobotrya — Ci. 527.
Eriodictyon — T. 185.
Erythræa — H. 285.
Erythrina — P. 310.
Eucalyptus — Cha. 610. 618.
Eutypa — Tr. 402.
Evonymus — He. 296.

Fagus — C. 138. — T. 189. 198. 199. 200. — V. 360 — Z. 394. 395. — Tr. 403. — O. 452. — Hap. 491.
Ficus — T. 196. — P. 310. — Tr. 397.
Fistulina — Tr. 409.
Fraxinus — T. 182. 489.
Fusidium — C. 169.

Geum — A. 343.
Gleditschia — C. 130.
Glumaceæ — Ar. 350.
Glycyrrhiza — P. 334.
Gossypium — T. 241.
Graminaceæ — T. 246. 248. — P. 309. 311. 328. — Cy. 456. — Ha. 471. — Ste. 532.
Graphium — M. 463.
Gynerium — T. 247.

Hakea — T. 222.
Hamamelis — A. 348. — Hap. 485.
Hedycarya — O. 450.
Helianthus — P. 315.
Helminthosporium — C. 168.
Hemerocallis — Ch. 557.
Heracleum — A. 339. — Tr. 419.

Hibiscus — T. 177.
Hordeum — Sa. 524.
Hoya — Sta. 600.
Humulus — Tr. 420.
Hydnum — C. 165. — Cha. 622.
Hypocrea — Tr. 403.

Juglans — Tr. 418. — M. 576. — Cha. 621.
Juncus — T. 251. — P. 309. 329. — Ar. 350. — Aer. 476. — Ch. 567.
Juniperus — St. 376. 365. — Z. 375. 387.

Kerria — Gony. 592.

Labiatæ — P. 309.
Lagenaria — C. 125. — T. 240.
Laurus — Tr. 415. — Ci. 527. — Chæ. 570.
Leucanthemum — P. 309.
Lilium — Ch. 556.
Liriodendrum — T. 202.
Lonicera — R. 438.
Lophanthus — C. 124.
Luzula — T. 250.
Lycium — T. 180.
Lysimachia — C. 122.
Magholia — V. 357. — Z. 381. 391. — Cam. 439. 440. 442. — Gl. 457. — Ci. 527. — M. 578. 583. — Sta. 601.
Malus — T. 186.
Malva — Ste. 532.
Medicago — Sa. 519.
Melilotus — P. 309. — Cha. 618.
Morus — Ci. 528. — Gony. 592. — Sta. 606.
Musa — S. 307. — Hap. 489. — Ho. 517.
Myrcia — H. 287.
Myrica — H. 284. — Z. 381.
Myrsine — M. 582.

Nemophila — T. 238.
Nyssa — Gl. 457.

Olea — H. 288.
Oryza — C. 157. — M. 468.

Pachnocybe — E. 297.
Paeonia — P. 312. — Ho. 514.
Palmæ — C. 163. — T. 253.
Pandanus — O. 454. — Aer. 476. — Ch. 568. — Zy. 591.
Pelargonium — H. 289.
Phleum — Gon. 355.
Phormium — S. 308.
Photinia — Ci. 527.
Phragmites — C. 150. — T. 249. — Ha. 470.
Phryma — C. 124.
Physcia — C. 170.
Phytolacca — Ho. 514.
Pinus — C. 130. 131. 132. 133. 134. 148. 149. — F. 175. — T. 210. 211. 212. 233. 265. — H. 281. 286. 290. — Z. 371. 384. 388. 396. — Tr. 399. 400. 401. 416. — Hap. 495. 496. 497. — My. 549. 550. 551. — Ch. 553. — Me. 571. — Ve. 586. — Se. 597. — Cha. 610. 620. 621. 624.
Pircunia — T. 176.
Pirus — Ar. 353.
Pisum — T. 237.
Plantago — H. 295.
Platanus — T. 207. — Cam. 441. — — O. 449.
Poa — D. 507.
Polyporus — C. 166. — Sta. 608.
Populus — T. 208. 209. 225. — H. 283. — Z. 374. — Ha. 474. — Ch. 552.

Quercus — C. 142. 146. — T. 202. 203. 204. 205. 206. 224. 232. — E. 303. Go. 347. — V. 358. 361. 362. 363. 364. — Z. 370. 378. 382. 392. — R. 438. — Gl. 457. 458. — Cat. 483. Hap. 497. — Hel. 525. — Ch. 552. — Chæ. 569. — Me. 571. 572. — M. 576. 577. 583. 585. — Ve. 587. 588. — Gony. 592. — Sta. 602. — Cha. 610. 611. 612. 623.

Rheum — Sta. 600.
Rhizomorpha — V. 365.
Rhododendrum — T. 223.
Rhus — Z. 387.
Ribes — C. 147.
Robinia — C. 145. — Hap. 492. 494. — Sa. 520. — Cha. 614.
Rosa — C. 124. — T. 187. — H. 280. Tr. 407. 414.
Rubus — Tr. 408. — R. 438. — Gony. 594.
Rumex — C. 123. — T. 230. — P. 309.
Ruta — T. 230.

Saccharum — C. 156.
Salix — C. 130. 133. — T. 193. 194. 195. — H. 281. 283. — V. 365. — Tr. 412. — Hel. 525. — Ci. 527.
Sambucus — C. 126. — T. 188. — Ci. 527.
Saponaria — Hap. 492.
Scirpus — Ca. 337. 338.
Secala — Tr. 426.
Securinega — T. 178.
Silphium — El. 531.
Smilax — P. 326.
Solanum — T. 230. 242. — A. 342. — H. 511.
Sorghum — Cl. 536.
Sponia — H. 293.
Stysanus — E. 297. 300.
Symphoricarpus — P. 323.
Syngenesiacæ — T. 233.

Tamus — P. 309.
Taraxacum — T. 249
Taxus — H 286. — M. 460.
Tetraplnera — C. 128.
Thuya — T. 214.
Tilia — O. 448.
Trithrinax — C. 162.
Triticum — C. 158.
Tropæolum — D. 508.
Tuberculariæ — T. 259.

Ulmus — T. 201. — Fu. 599.
Umbelliferæ — F. 174. — T. 230. 233. 234. — P. 316. 317. — Acr. 475.
Umbellularia — Cha. 613.
Urtica — P. 309.
Usnea — Cam. 446.

Vaccinium — Tr. 407. — Acr 479.
Verticillium — C. 167.
Vicia — P. 309.
Vitis — T. 189. — H. 294. — Ho. 516. — Ci. 527. — Ch. 556.

Welwitschia — T. 229.

Yucca — T. 254. — P 309. — Hap. 492.

Zea — T. 230. — P. 327 — Tr. 422. 423. — Hap. 492.
Zostera — Cy 455

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

Conidia ovoidea vel oblonga, typice 1-septata.

Clavis analytica Generum

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Hyphæ brevissimæ vel a conidiis parum diversæ [*Bisporeæ*].

Micrococcum. Conidia singularia (non catenulata); mycelium obsoletum.
Cycloconiopsis. Conidia singularia; mycelium circinatum.
Bispora. Conidia in catenulas digesta.

Subsect. 2. Macronemeæ Sacc.

Hyphæ manifestæ et a conidiis heterogeneæ.

A) Conidia levia, mutica.

† Conidia non capitata [*Cladosporieæ*].

Passalora. Hyphæ erectæ elongatæ, filiformes, intricatæ.
Fusicladium. Hyphæ erectæ breves, subfasciculatæ, rectæ; conidia acrogena, subinde continua.
Scolecotrichum. Hyphæ erectæ breviusculæ, subfasciculatæ; conidia acro-pleurogena.
Polytaxonium. Hyphæ erectæ breves, eximie flexuoso-torulosæ; conidia acrogena.
Cladosporium. Hyphæ subdecumbentes, ramulosæ; conidia acro-pleurogena, sæpe breve catenulata, subinde continua vel 2-3-septata.
Cladotrichum. Hyphæ assurgentes rigidulæ, ramosæ, hinc inde subinflatæ; conidia catenulata.
Diplococcium. Hyphæ erectæ, ramulosæ, æquales, conidia longe catenulata.
Epochnium. Hyphæ uniformes; conidia biformia, modo didyma fusca catenulata, modo continua hyalina.

†† Conidia capitata [*Cordaneæ*].

Cordana. Hyphæ erectæ simplices; conidia terminalia capitata.

B) Conidia muriculata, mutica [*Trichocladieæ*].

Trichocladium. Hyphæ decumbentes; conidia in ramulis erectis acrogena.

C) Conidia levia, rostrata [*Beltranieæ*].

Beltrania. Hyphæ subsimplices erectæ sterilibus intermixtis; conidia acrogena, rostrata.

Subsect. 1. **Micronemeæ.** Sacc.

Trib. 1. **Bisporeæ** Sacc.

DICOCCUM Corda in Sturm D. C. Fl. t. 54, Sacc. Mich. II, p. 22 (Etym. *dis* bis et *coccos* granum). — Conidia oblonga vel breve clavata, fusca, 1-septata, hyphis brevissimis simplicibus nixa.

1. **Dicoccum minutissimum** Corda in Sturm D. C. Fl. tab. 55, Sacc. Mich. II. p. 640. — Cæspitulis punctiformibus, atris; conidiis obovoideis, 8-10 ≃ 6, 1-septatis, non constrictis, atro fuligineis; hyphulis repentibus septatis concoloribus per basidia brevia adnatis. 1625

Hab. in asseribus ligneis udis in Bohemia et in Arduennis.

2. **Dicoccum effusum** Corda Ic. fung. I, p. 6, f. 103. — Effusum, pulverulentum, atrum; conidiis minutis, didymis, atris; articulis subglobosis. 1626

Hab. in ramulis decorticatis Pini in Bohemia.

3. **Dicoccum inquinans** Sacc. Mich. I. p. 264, F. ital. t. 776. — Effusum atrum, superficiale; conidiis cylindraceo-clavatis, apice rotundatis, basi truncatis, 16-20 ≃ 4-5, medio 1-septatis, non constrictis, fuligineis, stipite brevissimo hyalino (ex mycelio obsoleto) suffultis, denique matricem late atro-inquinantibus. 1627

Hab. in libro (quem enecat) Populi italicæ. Conegliano Ital. bor., sociâ *Rhizomorphâ* etc. (Spegazzini).

4. **Dicoccum uniseptatum** (B. et Br.) Sacc. *Sporidesmium uniseptatum* B. et Br. Ann. N. H. n. 815, t. IX, f. 2. — Cæspitulis minutis atris; conidiis obovatis, 1-septatis, atro-vinosis, breviter pedicellatis, 12-13 μ. longis, articulo inferiore breviore et angustiore. 1628

Hab. in sarmentis Clematidis Vitalbæ, Batheaston Britanniæ.

5. **Dicoccum asperum** (Corda) Sacc. *Sporidesmium asperum* Corda Ic. fung. II, p. 6, fig. 27. — Acervulis epixylis, effusis, granulosis, atris; conidiis didymis, breve hyalino-pedicellatis, primo luteo-fuscis dein atris impellucidis, extus granulatis, 20 μ. long. 1629

Hab. in ligno putri Fagi silvaticæ in Bohemia. — « Cl. Harz Hyph. p. 39 cum *Trichocladio* comparat, mihi vero *Dicocco* affinius videtur ».

6. **Dicoccum? Rosæ** Bon. Bot. Zeit. 1853, pag. 282, t. VII, f. 2. — Conidiis didymis, infra acutioribus, apice obtusis, 13-14 ≃ 5-6, pluriguttulatis hyalinis, in acervulos olivaceos irregulariter dehiscentes junctis; mycelio repente. 1630

Hab. in pag. sup. foliorum Rosarum in Guestphalia. — Verisimiliter status *Actinonematis Roscæ.*

CYCLOCONIUM Cast. in Thüm. Pilze d. Œlb. p. 38 (Etym. *cyclos* circulus et *conia* pulvis). — Mycelium circinatum epiphyllum, fugax, atrum. Conidia ovoidea, 1-septata, colorata e mycelio immediate oriunda, singularia (non catenulata). — Genus mihi ignotum.

1. **Cycloconium elæoginum** Cast. in Thüm. Œlb. p. 38. — Mycelio vel stromate circinato, fugacissimo, subzonato, nigro in pagina superiore foliorum conidiis sessilibus, ovoideis, uniseptatis, ad superficiem epidermidis inspersis, luteo-viridibus. 1631

Hab. in pag. sup. foliorum Oleæ europææ in Gallia.

BISPORA Corda Ic. fung. I, p. 9, Sacc. Mich. II, p. 21 (Etym. *bis* et *spora*). — Conidia oblonga, 1-septata, fusca, catenulata, hyphis brevissimis simplicibus nixa. — Ad hoc genus ducit cl. Fries (Summa V. S. p. 505), *Gongylocladium* Wallrothii quod ad *Œdemium* propius spectat.

1. **Bispora monilioides** Corda Ic. fung. I, p. 9, t. II, f. 143, Sacc. F. it. t. 22. Fres. Beitr. t. VI, f. 46-54. — Effusa, atro-fusca, pulverea; hyphis seu basidiis brevibus, subconicis; conidiis breve fusoideis, utrinque truncatis, 20-22 ≃ 6-7, crasse 1-septatis, non constrictis, 2-guttulatis, fuligineis. 1632

Hab. in lignis quercinis, fagineis etc. in Bohemia, Italia, Germania, Gallia, Belgio, Britannia, Amer. bor., Australia. — Sistit, teste Fuck., st. conidicum *Bisporellæ moniliferæ.* — Var. **fusca** Thüm. F. Litor. ☞ 13: conidiis spadiceo-fuscis, 1-2-nucleatis. In ramis Ligustri, Plezzo, Litorale. — Var. **condensata** Corda l. c.: cæspitulis magis condensatis; conidiis 20-30 ≃ 8, aterrimis. In ligno fagineo in Bohemia et Gallia.

2. **Bispora pusilla** Sacc. Mich. I, p. 78, F. it. t. 21. — Effusa, atra; hyphis brevibus filiformibus, adscendentibus, pallidis; conidiis in hypharum apice insertis, in catenulas longiusculas, rarius ramulosas digestis, ovoideis, utrinque rotundatis, nec truncatis, 6-8 ≃ $3^1/_2$-$4^1/_2$, medio crasse opaceque 1-septatis non vel vix constrictis, fuligineis. 1633

Hab. in ligno putrescente quercino, in silva Montello Italiæ borealis.

3. **Bispora intermedia** Corda Ic. fung. I, p. 9, f. 145. — Cæspitulis minutis, atris, nitidis; hyphis erectis, flexuosis, laxis, pedicello conico albo-lutescente suffultis; conidiis elongato-ellipticis, fere me- 1634

dio cylindricis, utrinque coarctato-truncatis, superioribus atro-fuscis, mediis pallide fuscis, inferioribus lutescentibus, septo atro, opaco, zonato instructis et intus vario guttulatis, 14–15 μ. long.

Hab. in ligno Betulæ albæ etc. carpatichæ prope Prag et Reichenberg Bohemiæ.

4. **Bispora Menzelii** Corda Ic. fung. I, p. 9, f. 144. — Cæspitulis 1635
subeffusis tenuibus, atris; hyphis erectis; pedicello brevi conico albo; conidiis oblongis, utrinque truncatis, septo atro et nucléo obscuro ad septum utrinque opposito ornatis, 14–22 μ. longis.

Hab. in truncis arborum prope Reichenberg Bohemiæ.

5. **Bispora catenulata** Corda Ic. fung. I, p. 9, f. 145. — Cæspitulis 1636
minutis confluentibus, tomentosis fuscis; hyphis erectis subsolitariis, rigidis, pedicello brevi luteo suffultis; conidiis elongatis, medio coarctatis, utrinque truncatis fuscis, semipellucidis, septo atro zonatis, 18–19 μ. long.

Hab. in ligno Carpini prope Reichenberg Bohemiæ.

6. **Bispora aterrima** B. et R. North Amer. Fungi n. 513. — Late 1637
effusa aterrima; hyphis e mycelio sæpe lobulato oriundis brevibus; articulis seu conidiis ellipticis, 1–2-septatis, 10–12 = 6–8 (?).

Hab. in trabibus quercinis in Carolina inferiore Amer. bor. (Ravenel). — Loco citato conidia describuntur « .001–.005 long., about 1½ longer than broad ». An ex errore?

7. **Bispora Catenula** (Lev.) Sacc. *Septonema Catenula* Lev. Ann. 1638
Sc. nat. 1845, p. 71. — Cæspitulis hypophyllis gregariis pulvinatis, nigris, punctiformibus; catenulis simplicibus vel ramosis in articulos subfusiformes, utrinque acutos, 1-septatos dilabentibus, pellucidis.

Hab. in foliis Quercus dealbatæ in India orientali (Jacquemont).

8. **Bispora Dicoccum** Auersw. Bot. Zeit. 1852, pag. 303. — Hyphis 1639
erectis, dense congestis, simplicibus, subdiaphanis *Torulam* egregie simulantibus sed facile secedentibus; articulis bilocularibus, loculis subrotundis.

Hab. in ..... in Germania

Subsect. 2. **Macronomeæ** Sacc.

Tribus 2. **Cladosporieæ** Sacc.

PASSALORA Fr. et Mont. Ann. Sc. Nat. 2, VI, p. 31 et Summa V. S. p. 500, Sacc. Mich. II, p. 27 (Etym. *passalos* clavus). — Hyphæ

elongatæ filiformes, intricatæ, pluriseptatæ, olivaceæ. Conidia oblonga vel fusoidea, 1-septata, acrogena — Ab affini genere *Fusicladio* differt hyphis longioribus pluriseptatis. An satis?

1. **Passalora bacilligera** M. et Fr. Notice etc. in Ann. 2. VI. p. 31, t. 12, f. 5, Fres. Beitr. t. XI, f. 55-58. Sacc. F. ital. t. 788. — Hypophylla; hyphis subfasciculatis, simplicibus, flexuosis, apice obtusis, olivaceis, septatis, intricatis, maculas minutas fuliginosas efformantibus; conidiis acrogenis, elongato-obclavatis, 1-septatis 30-50 = 5-7. 1641

Hab. in pag. inf. foliorum languidorum Alni glutinosæ in Gallia, Italia Germania Belgio, Britannia.

2. **Passalora microsperma** Fuck. Symb myc. App. II, p. 77, f. 27. — Hypophylla: cæspitulis velutinis, olivaceis, sparsis, punctiformibus, millimetrum raro superantibus et raro confluentibus effusisque, folium non decolorantibus; hyphis subsimplicibus, continuis, olivaceis; conidiis subclavatis, plerumque rectis, loculo superiore ovato, apiculato, loculo inferiore obconico, ventricoso, superiorem subæquante vel paullo breviore longioreve, pallide olivaceis, totis 28 = 8; loculo inferiore 6 μ. tantum crasso 1641

Hab. in pag. inf. foliorum viventium Alni incanæ prope Ragaz Helvetiæ. — A *P. bacilligera* conidiis brevioribus loculo inferiore crassiori hyphisque longioribus differt.

FUSICLADIUM Bonord. Handb. p. 80 em., Sacc. Mich. II. p. 27 (Etym. *fusus* et *clados* ramus) — Hyphæ breves, rectæ, parce septatæ subfasciculatæ, olivaceæ. Conidia ovoidea vel subclavata, diu continua, tandem sæpius 1-septata, acrogena, solitaria vel binata. — Cfr. genera *Scolecotrichum* et *Passaloram* huic valde affinia.

1. **Fusicladium dendriticum** (Wallr.) Fuck. Symb. myc. p. 357, Eriks. Odlad. tab. VI. Sacc. F. ital. tab. 782, *Cladosporium dendriticum* Wallr. Fl. crypt II, p. 169. — Effusum, velutinum, olivaceum sæpe epiphyllum dendriticum; hyphis filiformibus, erectis, fasciculatis, 50-60 - 5, parce septatis; conidiis apicalibus fusoideo-obclavatis, 30-7-9, diu continuis tandem 1-septatis, non constrictis, olivaceis. 1642

Hab. in foliis languidis Piri communis et Piri Mali in Germania, Italia Gallia, Austria, Belgio. — Var. **orbiculatum** (Desmaz Exs. n. 1843): cæspitulis amphigenis orbicularibus, 3-6 mm. diam., ambitu dendriticis; conidiis subpiriformibus 15-20 μ. longis; basidiis brevissimis. In foliis Sorbi torminalis, Aucupariæ, Cratægi Pyracanthæ in Germania, Gallia, Italia Bri-

tania, Lusitania. Belgio. — Var. **Soraureri** (Thüm.). *Napicladium Soraureri* Thüm. M. U. n. 91: hyphis brevioribus, simplicibus, subarticulatis, erectis; conidiis napiformibus, obtusis vel ovoideo-oblongis, 1-septatis, raro simplicibus, 2-4-guttulatis, pallide fuscis, 18-22 ≃ 4-5. In malorum vivorum epidermide in Bavaria, Gallia etc. Huc verisimiliter *Spilocæa Pomi* Fr. — Sed totum *F. dendriticum* ad sequens transit.

2. **Fusicladium pirinum** (Lib.) Fuck. Symb. Myc. p. 357, Sacc. Mich. II. p. 555, Eriks. Odlad. t. VII, *Helminthosporium pirinum* Lib. Exs. n. 188. *Fusicladium virescens* Bon. Handb. p. 80, f. 94. — Effusum, olivaceum velutinum; conidiis ovato-fusoideis, 28-30 ≃ 7-9, continuis (semper?), gutrulatis, olivaceis; hyphis brevibus, teretibus ad apicem denticulatis. 1643

Hab. in utraque, sæpius inferiore pag. foliorum Piri communis in Germania, Italia, Austria, Lusitania. — Var. **Amelanchieris**: conidiis obovatis, 15-18 ≃ 9, olivaceis. In ejusdem foliis in Gallia. — Var. **Pyracanthæ** Thüm. M. U. n. 874: conidiis utrinque obtusatis, minoribus. In fructibus Cratægi Pyracanthæ in Bavaria.

3. **Fusicladium Cerasi** (Rabenh.) Sacc. *Acrosporium Cerasi* Rabenh. in Braun Krankh. Pflanz. p. 16, t. I, f. *B*. — Effusum, griseo-brunneum, velutinum; hyphis brevibus, simplicibus basi 1-septatis, apice subdenticulatis, 16-18 ≃ 3-4; conidiis fusoideo-oblongis basi vel utrinque subapiculatis, intus granulosis, 20-25 ≃ 4-4,5, chlorino-hyalinis. 1644

Hab. in superficie fructuum Pruni Cerasi in Borussia.

4. **Fusicladium effusum** Winter Journ. of Mycol. 1885. — Cæspitulis hypophyllis plerumque minutis, rotundatis, rarius effusis, confluentibus, sine macula, fumosis; hyphis erectis, simplicibus vel parum ramosis, septatis guttulatisque, valde torulosis, fuscis, apicem versus dilutioribus 100-140 ≃ 4; conidiis oblongo-fusoideis, fere rhomboideis, continuis vel uniseptatis, dilutissime fuscescentibus, utrinque subtruncatis, 17-24 ≃ $5^1/_2$-7. 1645

Hab. in foliis Caryæ albæ, Cobden Illinois Amer. bor. (Earle).

5. **Fusicladium depressum** (B. et Br.) Sacc. F. ital. t. 783 *Cladosporium depressum* B. et Br. Ann. N. H. n. 514, t. V, f. 8 Peck Rep. St. Mus. t. I, f. 22-24, *Passalora polythrincioides* Fuck. Symb. p. 353. — Cæspitibus parvis, angulatis, vix 2 mm. longis et latis, atro-fuscis, e fasciculis rotundatis compositis; hyphis simplicibus, brevibus, continuis vix flexuosis, erectis, olivaceis 60-70 1646

= 6-7; conidiis obclavato-fusoideis, 50-55 = 7-8, interdum curvatis, multiguttulatis, olivaceis, continuis dein constricto-1-septatis.

Hab. in pag. inf. foliorum nondum emortuorum Angelicæ silvestris et Archangelicæ decurrentis et atro-purpureæ in Britannia, Italia, Germania, Fennia, Sibiria, America bor. — Videtur status conidicus *Phyllachora Angelicæ*.

6. **Fusicladium tenue** Bonord. Abhand. aus dem Geb. II, p. 93 — Cæspitulis sparsis aut densis, ex cinereo viridibus, hyphis erectis, simplicibus parce septatis, apice obtusis, viridibus et fasciculato-conjunctis; conidiis oblongo-fusiformibus dilute viridibus. 1647

Hab. in caulibus Phaseoli vulgaris siccis in Guestphalia.

7. **Fusicladium præcox** Rabenh. in Hedw. 1868, p. 124 — Cæspitosum, olivaceum: hyphis brevibus fasciculatis, parce nodulosis, rarius septatis, simplicibus, apice incisis vel bifurcis, 1-2 conidiis; conidiis oblongis 12,1-18,2 = 3,6-6, bilocularibus pedunculo brevissimo fere verruciformi. 1648

Hab. in foliis vivis et languescentibus Tragopogi orientalis in Germania.

8. **Fusicladium Aronici** Sacc. Mich. II, p. 171, *Ramularia* .... Fuck. Symb. A. III, p. 18 (sub *Sphærella Aronici*). — Effusum, hypophyllum, atro-olivaceum, maculam flavicantem vagam occupans; hyphis brevissimis teretibus, simplicibus apice truncatis, dilute olivaceis, 18-20 = 8-9; conidiis cylindraceis, rectis utrinque præcipue apice rotundatis, 50-56 = 12-13, 1-septatis, leniter constrictis nubilosis, pallide olivaceis. 1649

Hab. in pag. inf. foliorum vivorum Aronici scorpioidis in alpinis Vette di Feltre (Bizzozero), in Monte Baldo Ital. bor. (Cesati in Rabenh. F. E. n. 2359, sub *Sphærella Aronici* Fuck.).

9. **Fusicladium fuscescens** Rabenh. Bot. Zeit. 1857 — Cæspitulis velutinis fusco-atris; hyphis elongato-adscendentibus, torulosis, continuis; conidiis oblongo-cylindraceis, fuscescentibus. 1650

Hab. in foliis ..... in Germania.

10. **Fusicladium fasciculatum** C. et E. in Grevillea. — Atrum, maculæforme vel effusum; hyphis fasciculatis, erectis, flexuosis, subnodulosis, septatis, brunneis: conidiis 12-5 = 6, breviter fusoideis, hyalinis. 1651

Hab. in foliis caulibusque Euphorbiæ, New Jersey Amer. bor.

SCOLECOTRICHUM Kunze et Schm. Myc. Heft. I, p. 10 (Etym. *scolex* vermen et *thrix* pilus). — Hyphæ breves, subfasciculatæ, oli-

vaceæ. Conidia oblonga v. ovata pleurogena et acrogena. — A *Fusicladio* tantum differt conidiis etiam pleurogenis. Species quædam. imperfecte definitæ, ad *Fusicladium* forte ducendæ.

1. **Scolecotrichum Fraxini** Passer. Erb. Crit. It. Ser. II, n. 1395. — 1652
Acervulis punctiformibus, fuscis, in macula exarida mox rupta sparsis: hyphis brevissimis fumoso-pellucidis, grumulo obscure celluloso, fusco insidentibus; conidiis cuneiformibus, flavo-fuscidulis, andem prope medium 1-septatis 12,5 = 5.

Hab. in foliis vivis Fraxini Orni, Vigheffio Parma Italiæ borealis (Passerini).

2. **Scolecotrichum Bonordenii** Sacc. *S. virescens* Bon. Handb. p. 81, 1653
fig. 93 nec Kunze. — Cæspitulis atro-viridibus, pulvereis; hyphis ascendentibus, basi fasciculatis, septatis: conidiis ovato-oblongis, constricto 1-septatis, loculo inferiore paullo minore, virentibus, apice et sub apice hypharum nascentibus.

Hab. in foliis emortuis Althææ roseæ, Phaseoli etc. in Guestphalia. — Conidia initio continua, rarius, more *Cladosporii*, conidium alterum apice gignentia — A specie Kunzeana omnino diversa videtur.

3. **Scolecotrichum venosum** Bon. Abhand. aus dem Geb. Myk. II, 1654
p. 93. — Mycelio ramoso-venoso, articulato, in superficie foliorum radiante: hyphis erectis, curtis, viridibus haud septatis; conidiis longis piriformibus, uniseptatis.

Hab. in foliis Pir. Mali in Guestphalia. — (Verisimillime *Fusicladium*).

4. **Scolecotrichum polysporeum** Bon. Abhand. aus dem Geb. Myk. II, 1655
p. 93. — Cæspitulis effusis vel rotundis; hyphis erectis simplicibus, viridibus, continuis, raro septatis, subnodosis, apice sæpe incurvis et declinatis; conidiis ovato-oblongis, plerisque utrinque acuminatis 1-septatis (raro pluriseptatis), viridibus pellucidis.

Hab. in foliis deciduis in Guestphalia.

5. **Scolecotrichum graminis** Fuck. Symb. pag. 107, Sacc. Mich. II. 1656
pag. 363, F. ital. t. 927, *Azosma Puncium* Lacr. F. G. 740, *Passalora dactylina* Pass. Erb. crit. it. Ser. II, n. 990. — Maculis foliorum elongatis arescendo ochraceis; hyphis in fasciculum punctiforme dense aggregatis, filiformibus, simplicibus, sinuosis, 90–100 = 6–8 subcontinuis, fuligineis; conidiis acro-pleurogenis, fusoideo-obclavatis, 35–45 = 8–10, uniseptatis, olivaceo-fuscis.

Hab. in foliis arescendo ochraceo-maculatis Alopecuri geniculati, Dactylidis, Brachypodii etc. in Gallia, Italia, Germania.

6. **Scolecotrichum smaragdinum** Bon. Handb. p. 81, fig. 176. — Cæspitulosum, virens; hyphis basi fasciculatis, septatis, simplicibus ascendentibus, leniter torulosis smaragdinis; conidiis ellipsoideis 1 septatis vix constrictis, concoloribus, acrogenis (an et pleurogenis?) 1657

Hab. in culmis graminum inter muscos in Guestphalia.

7. **Scolecotrichum tomentosum** Bon. Handb. p. 81. — Cæspitulis bombacinis, griseo-fuscis, superficialibus; hyphis erectis, septatis, basi coalescentibus; conidiis inæqualiter ovoideis, 1-septatis, griseo-atris. 1658

Hab. in Phragmite communi in Guestphalia.

8. **Scolecotrichum diplodioides** (Thüm.) Sacc. *Helminthosporium diplodioides* Thüm. Contr. ad fl. myc. Lusit. pag. 5. — Cæspitulis dense gregariis, subimmersis, plus minusve linearibus, parvis, atris, setis rigidis conspersis, hyphis longis, gracillimis, acutatis, simplicibus, interdum septatis, æqualibus, fasciculatis, fuscis; conidiis paucis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, badio-fuscis, obscure uniseptatis, 16 ≈ 6. 1659

Hab. in scapis aridis Allii neapolitani prope Coimbra Lusitaniæ (Mesnier).

9. **Scolecotrichum sticticum** (B. et Br.) Sacc. *Helminthosporium sticticum* B. et Br. Ann. N. H. n. 708, t. XV, f. 10. — Cæspitulis gregariis punctiformibus nigris; hyphis fascicularis nodosis v. irregularibus; conidiis oblongo-clavatis, 1-septatis, 40 μ. longis. 1660

Hab. in foliis emortuis Graminum, Bathcaston Britanniæ.

10. **Scolecotrichum Clavariarum** (Desm.) Sacc. *Helminthosporium Clavariarum* Desm. Ann. Sc. nat. II, t. II, f. 2. — Hyphis dense aggregatis, simplicibus, brevibus, rectis, obtusis, septatis, nigris; conidiis majusculis oblongis, 1-septatis, constrictis, pellucidis vel opacis, 15–20 ≈ 8, loculis sæpe inæqualibus, 1-guttulatis. 1661

Hab. in Clavaria rugosa, Cl. fuliginea etc parasiticum in Gallia, Italia, Britannia et America boreali. — Stat. conidicus *Helminthosphaeriae*.

11. **Scolecotrichum binum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium binum* Corda Icon. VI, 9, t. II, p. 26. — Cæspitulis confluentibus, atris, maculas tomentosas in lignis formantibus; hyphis tenuibus, flexuosis, elongatis, subteretibus, fuscis, pluries septatis; conidiis numerosis, minutis, fuscis, oblongis, didymis, 8–9 μ. longis, i. e. medio septatis, ibidemque subconstrictis, basi apiculatis, apice rotundatis. 1662

Hab. in asseribus variorum lignorum. Prag Bohemiæ.

12. **Scolecotrichum virescens** Kunze Myc. Heft. I, pag. 10, t. I f. 5. 1663

— Effusum, tenue, indeterminatum e viridi griseum; hyphis simplicibus prostratis (semper?), brevibus, veluti vermiformibus continuis; conidiis didymis inspersis cinereo-virentibus.

Hab. ad ramos Pruni Padi et P. Cerasi in Lusatia et Borussia. — «Ob hyphas prostratas et (ex icone) utrinque liberas dubia species».

POLYTHRINCIUM Kunze et Schm. Myk. Heft. I, p. 13, Sacc. Mich. II, p. 27 (Etym. *polys* multus et *thrincos* cymatium, pinna muri, ob formam torulosam hypharum). — Hyphæ erectæ, fasciculatæ, breves, conspicue regulariter flexuosæ seu torulosæ, crassiusculæ, nigricantes. Conidia obovoidea, 1-septata, acrogena.

1. **Polythrincium Trifolii** Kunze Myk. Heft. I, p. 13, t. 1, f. 8, Corda Ic. fung. IV, fig. 25. — Hyphis rigidulis, curtis, regulariter flexuoso-torulosis, hypophyllis, in grumulos primum pulvinatos circumscriptos dein confluentes olivaceo-fuscos, maculæ flavæ insidentes dense congestis; conidiis obovatis, 1-septatis constrictis, pallide olivaceis, 20–24 ≃ 9–12. 1664

Hab. in foliis nondum emortuis Trifoliorum variorum in Germania, Italia, Gallia, Britannia, Bohemia, Sibiria, Fennia, America boreali. — Probabiliter status conidicus *Phyllachoræ Trifolii.*

CLADOSPORIUM Link. Sp. pl. Fungi I, p. 39, Sacc. Mich. II, p. 27 (Etym. *clados* ramus et *spora*). — Hyphæ subdecumbentes, ramuloso-intricatæ, olivaceæ. Conidia initio globulosa, continua dein typice 1-septata, ovoidea (quandoque initio catenulata et subinde quoque 2–3-septata). — Genus proteum, limitibus certis vix coercendum et speciebus spuriis permultis obrutum. Disposui species more solito, secundum matrices, at non paucæ species sunt vere vagabundæ. — Singulare revera factum et magni ponderis quoad effectus, est illud a cl. De Bary, Pasteur etc. prænuntiatum et a cl. prof. Cubonì recenter demonstratum, quod *Cladosporia,* medio humido et saccharato nutrita, articulos seu cellulas *saccharomycetiformes* immediate exerere possint, quæ ipsissimis genuinorum *Saccharomycetum* muneribus funguntur.

I. *Pantogenæ*: in matricibus variis nascentes.

1. **Cladosporium herbarum** (Pers.) Link Observ. Mycol. II, pag. 37, Mich. II, 472 F. it. t. 1202, *Acladium herbarum* Link Obs. I, p. 10, *Dematium herbarum* Pers. Syn. pag. 699, *D. Brassicæ* 1665

Pers. l. c., *D. pullulans* De Bary et Löw. — Cæspitulis dense aggregatis, confluentibus, stratum velutinum flavo-olivaceum dein atro-olivaceum constituentibus; hyphis erectis vel adscendentibus, brunneis vel olivaceis, paulum ramosis, septatis, 5-7 μ. crassis; conidiis prope hypharum apicem nascentibus, non vel parce concatenatis, dilute brunneis vel olivaceis, forma et magnitudine variabilissima, oblongis, ovoideis, simplicibus vel oblongo-ellipticis cylindraceisve, 1-3-septatis, ad sepimenta constrictis, levibus.

Hab. in caulibus, foliis, floribus, culmis, fructibus, cirris, lignis, fungis lignosis, corio, charta etc. in tota Europa, Sibiria, Amer. bor., Argentina, Brasilia, Ægypto, Indiis, Cuba, Australia et verisimiliter in toto orbe. — Var. **saxicolum** Sacc. Mich. II. p. 578: conidiis oblongis, 8-15 = 5, plerumque 1-septatis, olivaceis. In saxis udis New Jersey Amer. bor. (Ellis). — Var. **torulosum** Berk. et Br. Ceyl. Fungi n. 886: hyphis erectis torulosis; conidiis dein 1-septatis, 7-12 μ. longis. In foliis Anamirtæ in Ceylon. — Var. **fasciculare** Cord. Icon. III, pag. 9, tab. I. f. 20: cæspitulis minutissimis, gregariis, non confluentibus, atro-viridibus; stromate celluloso immerso; hyphis simplicissimis, fasciculatis, olivaceis; conidiis oblongis, pallidioribus. In caulibus Umbelliferarum, Liliacearum et Equisetorum in Bohemia. — Var. **solutum** Link Sp. pl. Fungi I. p. 39 (ut species): a typo differt hyphis longioribus tenuioribus a matrice facillime separandis. In caule Hibisci esculenti in Ægypto (Ehrenberg). — Var. **nigricans** (Roth) Fr. S. M. III. p. 371: cæspitulis densis compactis nigricantibus, hyphis obscuris. Ad ligna et corpora duriora cum specie. — Var. **fimicolum** March. Champ. Copr. Belg. p. 35: hyphis prostratis, simplicibus v. ramosis, flexuosis, nodulosis, septatis, olivaceis 200-350 = 4-5; conidiis ellipsoideis v. suboblongis, continuis v. 1-septatis 13-20 = 5-7, luteo-brunneis. In fimo soricino et murino, Bruxelles.

2. **Cladosporium nodulosum** Corda Icon. I. p. 15, t. IV, f. 212. — 1666
Cæspitulis oblongis, angustis, olivaceo-fuscis, dein nigrescentibus; hyphis cæspitosis, longis, flexuosis, pallide fuscis, apice plerumque incurvatis, simplicibus, ramulos spurios verruciformes vel noduliformes, obtusatos, laterales brevissimos ferentibus; conidiis magnis oblongis vel cuneatis, simplicibus vel didymis concoloribus, 15-16 μ. crass.

Hab. in ligno putrido Carpini in Bohemia, in caulibus herbaceis in Britannia, et in foliis Caricum, Albany Amer. bor. — Teste Berk., species papillis conidiophoris alternis mox distinguenda.

3. **Cladosporium macrocarpum** Preuss Fung. Hoyersw. n. 46, et in Sturm D. O Fl. t 14. — Cæspitulis subeffusis atris; hyphis confertis sublaseiculatis, simplicibus, subflexuosis, pauciseptatis, fuscis; conidus oblongis oblongo-ovatisque uni-, di-, tri- vel tetradymis, obtusis, pallide fuscis. 1667

Hab. in caulibus Campanulæ latifoliæ, Dauci Carotæ, Spinaciæ, Yuccæ in Germania, Gallia, Italia, et in fungis putridis e g. Amanita in Africâ australi.

4. **Cladosporium stromatum** Preuss Fung. Hoyersw. p. 45 et in Sturm D. C. Fl. t. 13. — Pseudostromate convexo; hyphis laxosis ramosis, irregulariter septatis, subintricatis, fuscis, apice concatenatis; conidiis copiosis, globosis simplicibus vel di- vel polydymis oblongis concoloribus. 1668

Hab. ad ligna Pini oleo Lini imbuta in collis, Hoyerswerda. — Forma in stromate Eutypæ lejopiaceæ in Acere campestri in Italia bor. mihi præbuit conidia cylindracea 344-septata, 30 = 4½-5 olivacea, juniora sphæroidea.

5. **Cladosporium oligocarpum** Corda Icon. I, p. 14, t. IV, f. 208. — Cæspitulis minutis, solitariis, atris; hyphis cæspitosis, erectis, longis, subramosis, flexuosis, tenuibus, olivaceis, gracilibus, apice subincrassatis obtusatis albis; conidiis oblongis, albis, plerumque didymis, 10 5 μ. crass. 1669

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg Bohemiæ. — Var. **Malvacearum** Berk. Chall. I n. 36: conidiis acrogenis longioribus, angustioribus, 13-20 μ. longis, 1-septatis, hyphis non nodosis. In foliis Malvaceæ cujusdam. St. Vincent Capitis-viridis.

6. **Cladosporium stenosporum** B. et C. North Am. Fungi n. 650 — Hyphis simplicibus tenuibus, septatis e mycelio repente oriundis deorsum fuscis; conidiis oblongis angustis. 1670

Hab. in Stylosanthe, foliis Piri etc. in Carolina Amer. et in Australia.

7. **Cladosporium fuscum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 4, Kickx Fl. cr. Fl. II, p. 303. — Cæspitulis minutis inæqualibus, velutinis, brunneis; hyphis dense aggregatis, collabascentibus, septatis, sursum parce ramosis; conidiis ovoideis vel globulosis, olivaceo-fuscis, 1-septatis. 1671

Hab. in pag. inf. foliorum Artemisiæ in Belgio et ad caules herbarum et fruticum e. g. Rosæ in Germania

II. In Dicotyledoneis lignosis (Cfr. Sect. I).

A) Carpogenæ.

8. **Cladosporium asteromatoides** Sacc. Miscell. myc. II, n. 53. — Cæspitulis adpressis, subradiantibus, asteromatoideis, nigris, minutis; hyphis varie ramosis, ad basim contextis, septulatis, olivaceo-fuscis: conidiis ellipsoideis, minutis, 5,7 = 2,5, continuis v. 1-septatis. 1672

Hab. in leguminibus Cassiæ v. Erythrinæ (?), Tahiti. Legit G. Brunaud; dedit C. Roumeguère.

9. **Cladosporium butæcolum** Cooke in Grevill. V, p. 15. — Effusum, subolivaceum, tenue; hyphis tenuibus, rectis, elongatis; conidiis fusiformibus, demum uniseptatis, 10-25 = 5. 1673

Hab. in leguminibus Buteæ frondosæ in India (Hobson). — A *Clad. herbarum* differt hyphis longioribus, angustioribus, vix nodulosis.

10. **Cladosporium Bignoniæ** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2600. — Acervulis sparsis, minutis, frequentibus, sphæriæformibus, nigro-olivaceis; hyphis breviusculis; conidiis concoloribus. 1674

Hab. frequens in capsulis Bignoniæ radicantis, B. Catalpæ in Carolina et Pensylvania Amer. bor.

11. **Cladosporium carpophilum** Thüm. Fungi pomicol. p. 13. — Maculas orbiculares, sæpe confluentes, viridi-nigricantes, annulatas formans; hyphis brevibus, erectis, continuis, subramosis, tenuibus, fuscis; conidiis ovatis, utrinque obtusiusculis, non vel raro uniseptatis, diaphanis, 20 = 5, dilute fuscescentibus. 1675

Hab. in fructibus maturis Persicæ vulgaris, Klosterneuburg Austriæ. — Ab *Helminthosporio carpophilo* Lév. toto cœlo diversum est.

12. **Cladosporium pericarpium** Cooke in Grevill. 1883, p. 91. — Effusum, atrum, velutinum; hyphis intricatis, ramulosis, repentibus, septatis, ramulis assurgentibus, brevibus, fuscis; conidiis cylindraceis, obtusis, 1-3-septatis, ad dissepimenta constrictis, concoloribus 15-25 = 5. 1676

Hab. in pericarpio nucum Juglandis in Carolina Amer. bor. (Ravenel).

B) In ligno et ramis.

13. **Cladosporium entoxylinum** Corda Ic. fung. I. p. 14, t. III, f. 102. — Effusum, olivaceum, dein nigrescens, epi- et entoxylinum: hyphis lignum penetrantibus, adscendentibus, simplicibus vel ramosis 1677

olivaceis; conidiis concatenatis, fuscis dein didyme vel tridyme-secedentibus, 10-11 μ. longis.

Hab. in ligno Pini nudo putrido in Bohemia.

14. **Cladosporium amphitrichum** Sacc. *Amphitrichum olivaceum* Cord. Ic. fung. I, p. 16, fig. 221. — Cæspitulis effusis, oblongis olivaceis; stromatibus aggregatis, convexis, olivaceis opacis, mycelio spurio suffultis; hyphis simplicibus, gracilibus, flexilibus, paucisepptatis, olivaceis, tectis; conidiis oblongis, simplicibus vel didymis, obtusis, pellucidis, 9,5 μ. crass. 1678

Hab. in ligno Pini putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

15. **Cladosporium olivaceum** (Corda) Bon. Handb. p. 72, *Mydonosporium olivaceum* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 48. — Cæspitulis minutis olivaceis; hyphis olivaceis septatis, subimpellucidis, muco colorato obvolutis; conidiis didymis, luteis, diaphanis, muco colorato obvolutis. 1679

Hab. in ligno pineo putrescente in Bohemia.

16. **Cladosporium alnicolum** Corda Ic. I, p. 14, t. IV, f. 211. — Cæspitulis subeffusis, tenuibus, atris; hyphis cæspitosis, simplicibus, flexilibus, fuscis, apice pallidioribus; conidiis di- vel tridymis, magnitudine variis, oblongis, subacutis vel obtusis, pallide luteis, diaphanis, 11,5 μ. longis. 1680

Hab. in ligno Alni putrido in Bohemia.

17. **Cladosporium tortuosum** Fr. Summa V. S. pag. 499. — Hyphis elongatis tenellis, intricatis, flexuosis, opacis, remote septatis; conidiis globosis, raro septatis, in ramulos concatenatis, dein liberis ad hyphas inspersis. 1681

Hab. in ligno quercino in Scandinavia.

18. **Cladosporium polysporum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 40. — Hyphis atris, curtis, subsimplicibus, in strata effusa dense aggregatis, ex apice in articulos globosos plurimos majusculos secedentibus. 1682

Hab. ad ligna putrescentia agri berolin. (Link). — Dubia et forte heterogenea species, observante quoque Frieso.

19. **Cladosporium brachytrichum** Corda Ic. fung. I, pag. 14, tab. IV, f. 209. — Cæspitulis late effusis, atris, opacis; hyphis cæspitosis, nanis, erectis, fuscis, semipellucidis, obtusis; conidiis numerosissimis conglobatis, ovato-oblongis, simplicibus, rarius didymis, albis, hyalinis, 10-11 μ. crass. 1683

Hab. ad superficiem interiorem corticis Fagi rarius prope Reichenberg Bohemiæ.

20. **Cladosporium rectum** Preuss Fung. Hoyersw. n. 48, Sturm D. 1684

C. Fl. t. 15. — Cæspitulis effusis, atris, tomentosis, opacis; hyphis cæspitosis, erectis nectisque, infra subimpellucidis, supra septatis, atro-fuscis simplicibus; conidiis primum breve subconcatenatis, oblongis, simplicibus vel di- vel tridymis, fuscis.

Hab. in corticis subputridi Pini pagina interiore prope Hoyerswerdæ.

21. **Cladosporium maculans** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2599. — Primum tectum epidermide, efficiens maculas majusculas, expallentes subelevatas; demum prorumpens acervulis minutis rotundis aut elongatis confluentibus epidermide fissa cinctis; hyphis minutissimis cum conidiis fusco-olivaceis; acervulis plerumque in maculis concentrice dispositis dein confluentibus. 1685

Hab. sub epidermide Jasmini fruticantis in Horto, Bethlehem Amer. bor.

22. **Cladosporium punctatum** Sacc. Mich. II, p. 363. — Acervulis gregariis punctiformibus; hyphis brevibus subcontinuis, 30 = 4; conidiis acrogenis oblongis, 15 = 5, sæpius continuis, olivaceis. 1686

Hab. in ramulis Evonymi japonici, Rouen Galliæ (Malbranche). — Affine *Cl subcompacto* Sacc.

23. **Cladosporium cubisporum** B. et C. North Am. Fungi n. 652. — Hyphis ramosis sub-4-furcatis articulatis; conidiis subquadratis, subinde hic obtusis hinc truncatis. 1687

Hab. in ramis Ribis, Maine Amer. bor. (J. Blake). — Conidia sporas *Cystopodis cubici* æmulantia.

24. **Cladosporium sphærospermum** Penz. Fung. Agrum. in Mich. II, pag. 473 et F. ital. t. 1203. — Cæspitulis conspicuis, aggregatis, confluentibus, stratum vel pulvinar velutinum constituentibus; hyphis erectis, ramosis, septatis, brunneis, 150–200 = 3,5–4 crassis; conidiis acrogenis vel prope hypharum apicem nascentibus, variabilissimis, plerumque sphæroideis vel ovalibus, concatenatis, rarius uniseptatis, minoribus 3,4–4 μ. diam., majoribus 6–14 = 3,5–4 olivaceis, levibus. 1688

Hab. in ramulis foliisque languentibus Citrorum, in frigidariis, Padova Italiæ bor. et in Britannia. — *Cladosporio stromatum* subaffine.

25. **Cladosporium tenerrimum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 41. — Mycelio effuso; cæspitulis parvis rotundis, sparsis; hyphis dense aggregatis pellucidis longiusculis subramosis; conidiis globosis. 1689

Hab. in cortice arborum putrescentium, Berlin in Germania. — Vix hujus generis incertissima species.

26. **Cladosporium Cumulus** Preuss Fung. Hoyersw. n. 6. — Cæspitulis minutis, hemisphæricis, atro-fuscis; hyphis basi subconjunctis, subsimplicibus, flexuosis, fuscis, septatis; conidiis oblongis ovatisve, simplicibus vel di- vel tridymis fuscis. 1690

Hab. in ramulis dejectis, Hoyerswerda.

27. **Cladosporium tomentosum** Corda Ic. I. p. 15, t. IV, f. 215. — Cæspitulis late effusis, atro-fuscis, tomentosis, opacis; hyphis subsolitariis, erectis, infra septatis, supra articulatis, fuscis, semipellucidis; conidiis oblongis simplicibus vel medio coarctatis et zona atra septiformi ornatis, obtusis, concoloribus, 12-13 μ. longis. 1691

Hab. in ligno et cortice putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

28. **Cladosporium lignicolum** Corda Ic. fung. I, p. 14, t. III, f. 206. — Cæspitulis effusis, tomentosis, atris; hyphis curtis, subsimplicibus, fuscis; conidiis minutis concoloribus, polydymis. 1692

Hab. in ligno putrido prope Prag Bohemiæ et Apethorpe Britanniæ, in ligno quercino et betulino in America bor. — Conidia valde opaca. Teste Berkeley, vix *Cladosporium*.

29. **Cladosporium lignatile** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2601. — Late effusum, ad 2-3 uncias, tenue; hyphis densis nudo oculo vix discretis, brevissimis, ramosis, cum conidiis atro-aeruginosis, demum fuscis aut fusco-purpurascentibus. 1693

Hab. passim in ligno putrido, Bethlehem Amer. bor.

30. **Cladosporium virgultorum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2605. — Late effusum, confluens et acervulis non discretis, ambiens ramulos quasi tomento crustoso, nigro; hyphis demum vix distinguendis; conidiis inspersis autem majusculis, globulosis, copiosis et atro-inquinantibus. 1694

Hab. passim in ramulis virgultisve tenerioribus semivirentibus, Bethlehem Amer. bor.

C) Foliicolæ.

31. **Cladosporium nervisequum** Mont. Plant. Cell. nom. Cent. VIII, n. 61. — Epiphyllum, enumpens, nigrum, in maculis griseis brunneo-cinctis reticulatum; hyphis brevissimis, fasciculatis, flexuosis, atris, 170-200 μ. longis, sub microscopio fuscis apice hyalinis parce ramosis; conidiis acrogenis oblongis uni-triseptatis, 10-25 = 5-10. 1695

Hab. in pagina superiore foliorum Eriobotryæ japonicæ in hortis cultæ in Gallia (Castagne).

32. **Cladosporium Eriobotryæ** Pass. et Bell. Fungh. Sicul. n. 31. — Cæspitulis minutis hypophyllis in maculis fuscis venis limitatis ag- 1696

gregatis; hyphis brevibus cæspitosis, subsimplicibus, obscure articulatis subtortuosis, basi fumosis, apice pellucidis; conidiis ut plurimum parvulis, ellipticis, uniseptatis, nonnullis grandioribus triseptatis, omnibus fumoso-hyalinis.

Hab. ad folia arida Eriobotryæ japonicæ, Monostalla Siciliæ.

33. **Cladosporium ramulosum** Desm. XX. Notice Cryptog. p. 7. (1852). 1697
— Epigenum: mycelio arcte adnato, repente, fibrilloso, ramoso, epidermide tecto, asteromatiformi, maculæ rufescenti subnigro-cinctæ insidente; cæspitulis erectis, suborbiculatis, nudis, planis, olivaceis, centro confusis, ambitu dentriticis; hyphis brevissimis, simplicibus, ærassis, subhyalinis, fasciculatis; conidiis magnis, pallide olivaceis, oblongis 1-2-septatis 25 = 7,5, medio constrictis, articulo superiore obtuso minore.

Hab. in foliis junioribus Populi albæ in Gallia.

34. **Cladosporium Asteroma** Fuck. Symb. p. 355, t. IV, f. 49. — Cæ- 1698
spitulis in maculæ fuscæ centro, seriatim dendritice dispositis, minutis, flavo-virentibus; hyphis brevissimis, simplicibus (?); conidiis oblongo-ellipticis, plerumque 1-2-septatis, ad septa constrictis, loculo superiori minuto, obtuso-conico, loculo subultimo maximo, ovato, loculo inferiori oblongo, basin versus acuminato, flavescentibus, 32 = 6.

Hab. in foliis subvivis Populi tremulæ et Albæ prope Homburg Germaniæ, Conegliano Italiæ borealis, Rouen Galliæ, Minussinsk Sibiriæ. — Var. **microsporum**: conidiis e fusoideo limoniformibus 15-18 = 7, raro 20 = 6, plerumque 1-septatis, leniter constrictis, olivaceis. In pag. sup. foliorum Populi Tremulæ. Conegliano Ital. bor.

35. **Cladosporium brunneum** Corda Ic. fung. I, p. 15, t. IV, f. 214. — 1699
Cæspitulis rotundatis, tenuissimis fuscis; hyphis subcæspitosis, simplicissimis, primum erectis, dein declinatis, parce septatis, fuscis, septis longissimis, apice brevissimis; conidiis primum subconcatenatis, minutis, oblongis, simplicibus, rarius didymis, concoloribus.

Hab. in foliis putridis Populi, rarius prope Prag Bohemiæ.

36. **Cladosporium Martianoffianum** Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 474 et 653. 1700
— Cæspitibus epi-interdum etiam hypophyllis, velutinis, tenuibus, fusco-fuligineis in macula irregulari, magna, folium destruentibus v. perforantibus; hyphis paucis, simplicibus, subfasciculatis, articulatis, torulosis, fuscis; conidiis late fusoideis, plerumque utrinque late obtusis, interdum obtusato-acutatis v. cuneato-scleiformibus, bicellularibus, raro simplicibus, pallide fuligineis, 11-18 = 5-6.

Hab. in foliis vivis sublanguidisve Populi suaveolentis et P. laurifoliæ in insulis fluvii Jenissei in Sibiria asiatica.

37. **Cladosporium brunneolum** Sacc. *Cladosporium brunneum* Cooke et Hark. in Grevill. nec Corda. — Tenuiter effusum, atrum; hyphis fasciculatis, erectis, multiseptatis, leniter flexuosis, brunneis, ad basim obscurioribus; conidiis ellipticis, continuis, demum uniseptatis, nec constrictis, concoloribus 10–14 ≈ 4. 1701

Hab. in foliis emortuis Hederæ in California.

38. **Cladosporium delectum** C. et E. in Grevill. t. 96. f 36. — Hypophyllum; maculis parvulis, atris; hyphis simplicibus, erectis, elongatis, crebre multi-septatis, subfasciculatis; conidiis ellipticis 1–3-septatis, 15–25 ≈ 7. 1702

Hab. in foliis Magnoliæ glaucæ, New Jersey Amer. bor. — Hyphæ quasi *Helminthosporii*

39. **Cladosporium elegans** Penz. Fung. Agrum in Mich. II, p. 471, F. Ital. t. 1201. — Cæspitulis epiphyllis, maculæ aridæ insidentibus, gregariis, distinctis; hyphis erectis fasciculatis, simplicibus, parce septatis, distincte sinuosis, brunis, 160–200 ≈ 5–6 brunneis; conidiis apici vel lateri hypharum insidentibus, continuis vel 1-septatis, oblongo-ellipticis, extus tenuiter granulosis, colore dilute brunneo vel lutcolo, 18–20 ≈ 5–6. 1703

Hab. in foliis vivis Citrorum, in frigidariis, Padova Ital. bor. (O. Penzig). — Subaffine *Cladosporio nodulosa* Corda.

40. **Cladosporium scopiforme** Berk. Dec. of Fungi n. 471. — Cæspitulis parvis orbicularibus subinde scutellatis, erumpentibus; hyphis erectis simplicibus repetito obtuse nodosis; conidiis elongato-clavatis deorsum attenuatis curvis, subhyalinis, 20–25 μ. longis. 1704

Hab. in pag. inferiore foliorum Myristicæ et Cinnamomi, Khasia et Ceylon Indiæ. — Conidiis distincte curvatis subhyalinis a generis typo differt.

41. **Cladosporium Melanophlœi** Thüm. F. austro-afr. n. 93. — In foliorum pagina inferiore maculas indeterminatas, fibrosas, velutinas, explanatas, inquinantes formans; hyphis longissimis, gracilissimis, erectis, subrectis vel minime curvatis, brevi-articulatis, tenuissimis, fuscis; conidiis cylindraceis, apice rotundatis, basi obtusis, uniseptatis, 14–16 ≈ 3, pallide fusco-stramineis, subdiaphanis. 1705

Hab. in foliis vivis Myrsineos melanophlæi prope Grahamstown, Caput Bonæ Spei Africæ (M. Owan).

42. **Cladosporium laxum** Kalch. et Cooke in Grevill. 1880, p. 24. — Phyllogenum, maculiforme; cæspitulis brunneis; hyphis flexuosis. 1706

laxis, repentibus ramosis, sparse septatis, fuscis; conidiis cylindrico-fusoideis, 1-3-septatis 15-30 ≂ 4.

Hab. in foliis languidis Printziæ pirifoliæ in Africa australi.

43. **Cladosporium hypophlœum** Cub. Fung. n. 641. — Maculis orbicularibus; hyphis flexuosis implexis; conidiis curvulis oblongis triseptatis. 1707

Hab. in foliis Sapindaceæ cujusdam in Cuba.

44. **Cladosporium congestum** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 889. — Hyphis tenuibus flexuosis: conidiis oblongis curvulis trinucleatis. 1708

Hab. in foliis Litsææ in insula Ceylon.

45. **Cladospusium arthrinioides** Thüm. et Beltr. in N. Giorn. bot. Ital. 1876 n. 3. — Cæspitulis atris, orbiculatis, minimis, sæpe ad marginem dispesitis: hyphis erectis, simplicibus, filiformibus, septatis, ad septa incrassatis; articulis brevissimis, dilute fuscis; conidiis variis, globosis, 2-4 μ. diam., vel ovatis, 3,5-5 ≂ 2-3,2, vel ellipsoideis, 4-5 ≂ 2-4, obtusis, hyalinis. 1709

Hab. ad Bougainvilleæ-spectabilis folia viva languidave in horto botanico Palermo Siciliæ (V Beltrani).

46. **Cladosporium Rhois** Arcang, in Myc. univ. n. 1371. — Hyphis fasciculatis, strictis, plus minusve torulosis, fuscescentibus, sæpe flexuosis; conidiis terminalibus, cylindrico-elongatis, 3-6 ≂ 4, uni-bi-triseptatis, parce hyalino-fuscescentibus, obtuse apiculatis. 1710

Hab. in foliis vivis Rhois Coriariæ prope Firenze Italiæ centralis.

47. **Cladosporium Triostei** Peck in Journ. of Myc. pag. 13. — Maculis indefinitis pallidis, denique centro expallentibus, 2-5 mm. d.; hyphis fasciculatis, leniter flexuosis, hypophyllis, 125-150 ≂ 3,5, saturate brunneis; conidus limoniformibus, utrinque valide apiculatis, ad medium v excentrice 1-septatis, 15-20 ≂ 5-7, atro-brunneis, subinde hyphe pallidioribus. 1711

Hab. in foliis Triostei perfoliati, New York Amer. bor.

48. **Cladosporium punctulatum** Sacc. et Ell Mich II. p. 578. — Cæspitulis minimis punctiformibus erumpentibus hypophyllis nigricantibus; hyphis dense fasciculatis, septulatis, olivaceis, 40-50 ≂ 3-4; conidiis oblongis, 20-22 ≂ 7-9, apice rotundatis basi subapiculatis, 1-3-septatis vix v. non constrictis, olivaces 1712

Hab. in foliis subemortuis Evonymi japonici, Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis). — *Cladosporio punctato* Sacc. subaffine.

49. **Cladosporium inconspicuum** Thüm. Contr. Myc. Lus. n. 193. — 1713

Cæspitulis hypophyllis, orbiculatis, sparsis, aterrimis, limitatis, in pagina superiore maculam orbiculatam, arescendo-griseolam, fusco-cinctam formans; hyphis longis, interdum ramosis, articulatis, dilute fuscis, 5 μ. crass., subrectis, tenuibus; conidiis acrogenis, simplicibus, ovoideo-ellipticis, utrinque acutatis, pallidissime griseolis, 10 = 4.

Hab. in foliis vivis Styracis officinalis, Coimbra Lusitaniæ, in horto botanico (Moller),

50. **Cladosporium hypophyllum** Fuck. Symb. myc. p. 356. — Cæspitibus effusis, tenuibus, cinereo-viridibus; hyphis ramosis, flexuosis, septatis, flavis; conidiis ovatis, didymis, flavis. 1714

Hab. in pagina inferiore foliorum Ulmi campestris prope Hattenheim Rhenogoviæ.

51. **Cladosporium desmotrichum** Desm. Ann. Sc. nat. 1851, p. 297. — Amphigenum nigrum; hyphis fasciculatis, rigidis, simplicibus, 100-200 μ. longis, divergentibus, septatis, fusco-brunneis, apice subobtusis, hyalinis; fasciculis aggregatis; conidiis ovoideis vel ellipsoideis, hyalinis, simplicibus vel didymis, 10-15 μ. longis. 1715

Hab. in foliis siccis Fraxini Orni in Gallia.

52. **Cladosporium simplex** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2606. — Hyphis simplicibus, nigris, fere omnino septatis, ceterum in aversa pagina valde approximatis maculamque parvam, tenuissimam sistentibus, ceterum erectis, minutissimis; conidiis adhærentibus, satis crebris et ad basin hypharum hinc inde dispersis, concoloribus. 1716

Hab. in foliis dejectis fraxineis rarius, Bethlehem Amer. bor.

53. **Cladosporium microspermum** B. et C. North Amer. Fungi n. 651. — Hyphis tenuibus divaricato-furcatis, articulatis; conidiis minutis uniseptatis subellipsoideis. 1717

Hab. in foliis Quercus obtusilobæ in Carolina inferiore Americæ borealis.

54. **Cladosporium epiphyllum** (Pers.) Mart. Erl. p. 351, Corda Icon. I, p. 14, t. III, f. 204. — Cæspitulis in orbem dispositis, olivaceo-nigrescentibus, magnis, crassis; hyphis primum erectis, dein declinatis, ramosis, intricatissimis, pallide olivaceis, flocculis conidiorum concatenatorum simplicibus concoloribus inspersis; conidiis copiosis dein dilabentibus, initio simplicibus dein didymis vel polydymis. 1718

Hab. in foliis Quercuum, Populi, Laurocerasi, Hederæ, Platani (et Phytolaccæ?) in Britannia, Belgio, Italia, Lusitania, Germania, Amer. bor.

55. **Cladosporium gracile** Corda Icon. Fung. I. p. 15, t. IV. f. 213. — Cæspitulis minutis rotundatis, fuscis, nitidis; hyphis cæspitosis erectis, flexilibus, gracilibus tenuibus, supra incrassatis, subclavatis, luteo-fuscis; septis brevibus; conidiis minutis, oblongis, subacutis, conceloribus. 1719

Hab. in foliis putrescentibus Quercuum, Salicis daphnoidis et Ulmi campestris in Bohemia, Germania, Austria, Italia.

56. **Cladosporium delicatulum** Cooke in Grevill. V, pag. 17. — Epiphyllum, maculæforme; hyphis tenuibus, flexuosis, septatis; conidiis ellipticis, subfusiformibus demum uniseptatis. 1720

Hab. in foliis emortuis in India (Hobson).

57. **Cladosporium pallidum** B. et C. F. N. Pacif. n. 143. — Maculis orbicularibus pulveraceis; hyphis erectis simplicibus; conidiis oblongis sinuatis. 1721

Hab. in foliis, Nicaragua Amer. centr.

58. **Cladosporium puccinioides** Cooke in Grevill. V, p. 15. — Hypophyllum; maculis brunneis; hyphis cæspitosis in soros atro-brunneos congestis, brevissimis, ad basim olivaceo-fuligineis; conidiis elongatis, rectis, uniseptatis, pallide olivaceis. 1722

Hab. in pag. inf. foliorum viventium in India (Hobson).

III. In Dicotyledoneis herbaceis (Cfr. Sect. I).

a) Caulicolæ.

59. **Cladosporium subcompactum** Sacc. Mich. II, p. 127. — Cæspitulis erumpentibus, compactiusculis, olivaceis, $^1/_3$–$^1/_2$ mm. diam.; hyphis fasciculatis, simplicibus furcatisve, eseptatis, 70–90 = 6–7, melleo-olivaceis; conidiis rhomboeo-fusoideis, 10–14 = 6–7, 1-septatis, non constrictis, concoloribus. 1723

Hab. in caulibus emortuis Delphinii Ajacis, Rouen Galliæ (Letendre); in foliis Citri Limonum, Padova Ital. bor. (Penzig). — In forma citricola cæspituli sunt omnino superficiales.

60. **Cladosporium infuscans** Thüm. Fungi Amer. trig. in Rev. mycol. — Cæspitulis plus minusve gregariis, confluentibus, sæpe caulem totum ambientibus et infuscantibus, olivaceo-fuscis, effusis, subvelutinis; hyphis crassis, simplicibus, subflexuosis, erectis, brevi articulatis, fuscis, pachydermis; conidiis ellipticis vel globoso ellipticis, uniseptatis, raro etiam simplicibus, utrinque rotundatis, medio non constrictis, numerosis, levibus, dilute fuscescentibus, 6–10 = 4–6. 1724

Hab. in caulibus vivis Desmodii stricti, Aiken in Carol. australi Americæ borealis.

61. **Cladosporium Amorphæ** Thüm. Fungi Amer. in Revue mycol. — [1]725
Cæspitulis magnis, irregularibus, sæpe confluentibus, non marginatis, subpulveraceis, opace griseo-olivaceis, tenuibus: hyphis simplicibus, erectis subfasciculatis, paullum flexuosis, articulatis, æqualibus tenuibus, 5 μ. crass. dilute fuscis; conidiis ellipsoideis vel etiam raro subglobosis, utrinque rotundatis, simplicibus, impellucidis fuscis, 6-8 = 4-5.

Hab. in caulibus emortuis Amorphæ herbaceæ, Aiken Carolina infer. Amer. bor. (Ravenel).

62. **Cladosporium effusum** B. et C. North Amer. Fungi n. 648. — 1726
Effusum, tenue, ferrugineum: hyphis tenuibus flexuosis; conidiis curvis

Hab. in Polygono punctato, Lobelia, Nabalo in Carolina et Pensylvania.

63. **Cladosporium atrum** Link Obs. mycol. II, p. 38. — Hyphis atris 1727
strictis in stratum crassiusculum effusum dense aggregatis, ex apice inflexo in articulos globosos raros secedentibus.

Hab. ad caules herbarum elatiorum siccos v. c. circa Lipsiam (Schmidt), Vratislaviam (Link) et alibi passim.

64. **Cladosporium tuberum** Cooke Grevillea et in Rav. F. Amer. n. 600, 1728
— Effusum, atro-fuligineum; hyphis adscendentibus, flexuosis, septatis, fuscis, deorsum obscurioribus: conidiis cylindraceis, 1-2-septatis, obtusis, nec constrictis, fuscis, 10-20 = 5.

Hab. in radice tuberosa Batatæ edulis in Carolina infer. Americæ borealis.

B) Foliicolæ.

65. **Cladosporium Pæoniæ** Pass. in Just Jahr. 1876, p. 235 et Myc. 1729
univ. n. 670. — Maculas amplas, castaneo-fuscas, mox arescentes inquinantes formans; hyphis brevibus, simplicibus, articulatis, rectiusculis; conidiis forma variis, longioribus, 1-2-septatis.

Hab. in foliis adhuc vivis Pæoniæ officinalis in hortis Parma et Gorizia Ital. bor. — Var. **Pæoniæ anomalæ** Sacc. Mich. II, pag. 148: hyphis simplicibus vel parce ramulosis, septulatis fuligineis, brevibus; conidiis cylindraceo-fusoideis, denique 3-septatis, 15-22 = 6, olivaceo-fuligineis. In foliis languidis Pæoniæ anomalæ in silvis subalpinis Sibiriæ.

66 **Cladosporium punctiforme** Fuck Symb. p. 355. — Hyphis coni- 1730
diis brevioribus subsimplicibus, flexuosis; conidiis clavatis, in pedicellum globulosum protractis, 4-septatis, flavis.

Hab. in pag. sup. foliorum vivorum Saniculæ europææ, quæ tandem nigrescunt, pr. Hattenheim Rhenogoviæ.

67. **Cladosporium fulvum** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 599, Grev. 1731
1883, pag. 32. — Effusum, lanosum, fulvum; hyphis erectis, flexuosis, septatis, nodulosis, parce ramosis, fulvis; conidiis ellipticis, uniseptatis, vix constrictis, pallide fulvis, hyalinis, 10–20 = 4–5.

Hab. in foliis Solani Lycopersici in Carolina Amer. bor. (Ravenel).

68. **Cladosporium Catamarcense** Speg. Fung. Arg. II, p. 43. — Cæ- 1732
spitulis punctiformibus, minutis $^1/_2$–$^1/_3$ mm., atro-olivaceis, sparsis; hyphis cylindraceis, rectis vel flexuosis, simplicibus vel ramulosis, non vel 1–3-septatis, 20–30 = 4–5, fuligineis; conidiis globosis vel subellipticis, acrogenis 10–15 μ. longis atro-fuligineis, opacis.

Hab. in foliis languidis Pachylænæ atriplicifoliæ in arenosis alpinis de Catamarca Argentinæ.

69. **Cladosporium oxysporum** B. et C. Cub. Fungi n. 640. — Soris 1733
pallidis olivaceis; hyphis pallidis hic illic ramosis levibus; conidiis ex obovato submetulæformibus, 7–14 μ longis.

Hab. in foliis emortuis Passifloræ in insula Cuba.

70. **Cladosporium molle** Cooke in Grevillea — Maculis foliorum atris 1734
vel fuligiuosis subinde dimidium folium occupantibus; cæspitulis olivaceis; hyphis fasciculatis, flexuosis, fasciculis, ramosis, septatis, tenuibus; conidiis paucis, 1–3-septatis, ovatis vel subcylindraceis.

Hab. in pag. infer. foliorum emortuorum Asclepiadis, Aiken in Carolina Amer. bor.

71. **Cladosporium grumosum** Link Sp. pl. Fungi I, p. 42. Cord. Ic. I, 1735
p. 14, t. III, f. 203. — Cæspitulis subdiffusis, densis, olivaceis; hyphis intricatis simplicibus et ramosis, primum erectis dein declinatis, olivaceis, flocculis longissimis pallidioribus conidiorum concatenatorum inspersis; conidiis dein deciduis oblongis, simplicibus.

Hab. in foliis putridis Holostei, Prag Bohemiæ.

72. **Cladosporium brachormium** B. et Br. Ann. N. H. n. 515. — Ef- 1736
fusum tenue, griseum; hyphis erectis, flexuosis, sursum nodulosis; conidiis ellipsoideis oblongis, breviter concatenatis, terminalibus.

Hab. in foliis Fumariæ officinalis, King's Cliffe. — Ad *Dendryphium* nutat.

73. **Cladosporium anomalum** B. et C. Cub. Fungi n. 639. — Cæspi- 1737
tulis suborbicularibus olivaceis; hyphis erectis, flexuosis, nodulosis, parcius apice furcatis; conidiis oblongis basi ovatis, subinde flexuosis, 30–38 μ. longis, 2–3-septatis pallidis, breviter stipitatis.

Hab. in pagina inferiore foliorum Malvaceæ in insula Cuba. — « An *Cercospora?* ».

IV. In Monocotyledoneis (Cfr. Sect. I).

74. **Cladosporium perpusillum** Sacc. Miscell. mycol. I, n. 2269. — Cæspitulis creberrimis, punctiformibus, atris, superficialibus; hyphis e basi stromatica hemisphærica sphæriæformi oriundis, filiformibus, 40–50 ≈ 5, sursum denticulato-sporigeris, continuis, fuligineis; conidiis oblongis vel breve fusoideis, continuis, mox 1-(raro 2–3)-septatis, vix constrictis, 9–11 ≈ 4, olivaceis. 1738

Hab. in culmis Ammophilæ, Vendée Galliæ (Malbranche). — Habitus fere minimi *Perisporii*.

75. **Cladosporium occultum** Ces. Myc. Born. p. 25. — Sordide virens, cæspitulos minutissimos, e germine glumis occultato surgentes efformans; hyphis brevissimis; conidiis cylindraceis utroque fine paullisper angustatis obtusis 4-septatis, ad septa subconstrictis, 20 ≈ 7. 1739

Hab. in germine glumis occultato Sporobeli cujusdam Pulo-Pinang Bornei (Beccari).

76. **Cladosporium Erianthi** Thüm. Fungi Amer. in Revue mycol. — Cæspitulis minutis, linearibus, lineari dispositis, subelevatis, firmis, gregariis, interdum confluentibus, atris; hyphis erectis, brevibus, inæqualibus, non septatis, pauciramosis, subrectis, tenuibus, dilute fuscis; conidiis late ovatis vel ovato-globosis, utrinque rotundatis, basi subangustatis, medio uniseptatis, ad septa non constrictis, flavo-fuscis, 10–15 ≈ 6–8. 1740

Hab. in culmis foliisque aridis Erianthi saccharoidis, Aiken Carolinæ austr.

77. **Cladosporium compactum** B. et C. North. Amer. Fungi n. 649. — Punctiforme; hyphis flexuosis, subinde ramosis tenuibus, inarticulatis deorsum compactis; conidiis breviter fusiformibus 30–35 μ. longis. 1741

Hab. in foliis Arundinariæ in America boreali.

78. **Cladosporium Arundinis** (Corda) Sacc. *Mycoladium Arundinis* Corda Ic. fung. I, p. 12, fig. 172. — Mycelio effuso atro, levigato, nitido, fere papyraceo; hyphis simplicissimis luteo-fuscis, articulis cylindraceis; conidiis ellipsoideis, fridymis, concoloribus muco albo granuloso effuso hyphis agglutinatis, 17–18 μ. longis. 1742

Hab. in culmis Arundinis putridis, Prag Bohemiæ. — « Mihi videtur *Cladosporium* statu collapso ».

79. **Cladosporium arundinaceum** Mont. Cent. VI, n. 83 et Syll. Crypt. 1743

n. 1124. — Hyphis erumpentibus lineatim seriatis atris, apice fasciculato-ramosis ramisque strictis, inæqualiter septatis; conidiis simplicibus e rotundo ovatis, tandem fuscis.

Hab. intra vaginam et sub ipso folio Arundinis mauritanicæ in horto massiliensi cultæ (Castagne).

80. **Cladosporium maculans** (Catt.) Sacc. *Helminthosporium maculans* Cattaneo Parass. del Riso pag. 8, tab. XIV, fig. 7-9. — Cæspitulis discoideis, carneso-fibrosis; hyphis simplicibus, fasciculatis, erectis septatis, luteo-fuscis; conidiis minutis, oblongis, ditridymis, hyalinis, 15 = 6. 1744

Hab. in culmis putridis Oryzæ sativæ in Italia boreali.

81. **Cladosporium sphæroideum** Cooke in Grevillea. — Punctiforme, atrum, gregarium, compactum; cæspitulis hemisphæricis, velutinis, atris; hyphis dense fasciculatis, brevibus, septatis; conidiis olivaceis, 20-40 = 7. 1745

Hab. in foliis Poæ foliosæ, Canterbury Alps Britanniæ. — Habitus fere *Venturiæ*.

82. **Cladosporium spongiosum** B. et C. Cub. Fungi n. 638. — Soris densis olivaceis; hyphis flexuosis hic illic ramosis; conidiis oblongis utrinque attenuatis triseptatis, apud commissuras contractis 25-30 μ. longis. 1746

Hab. in fructibus Cenchri et in inflorescentia Setariæ in insula Cuba. — Habitus fere *Helminthosporii Ravenelii*.

83. **Cladosporium tenuissimum** Cooke in Grevillea et Rav. F. Am. cent. III. — Olivaceo-fuligineum; hyphis elongatis, ramosis, flexuosis, septatis, fulvis; conidiis numerosissimis, ovatis vel ellipticis, primo catenuatis 8 = 4 usque ad 20 = 5. 1747

Hab. in rachide Zeæ Maydis, Aiken in Carol. inf. Amer. bor.

84. **Cladosporium graminum** Corda Ic. I, p. 14, t. III, f. 207. an et Link Sp. pl. Fungi I, p. 42? — Cæspitulis minutis, irregularibus, tenuibus, sparsis, griseo-fuscis; hyphis distinctis, erectis, simplicibus, noduloso-flexuosis, fuscis; conidiis concoloribus, simplicibus vel di- polydymis, rotundatis vel oblongis. 1748

Hab. in foliis, culmis glumisque putridis Graminum et Caricum in Bohemia, Germania, Austria, Italia, Sibiria et America boreali.

85. **Cladosporium caricicolum** Corda Ic. I, p. 14, t. IV, f. 210. — Cæspitulis erumpentibus, minutis, seriatis, fuscis; hyphis cæspitosis, simplicibus, fuscis, apice acuminatis albis; conidiis oblongis obtusis, di- vel tridymis, pallide luteis, 18 μ. longis. 1749

Hab. in foliis et culmis vivis Caricum prope Reichenberg Bohemiæ.

86. **Cladesporium Typharum** Desm. Exs. n. 304. — Cæspitulis elongatis v. oblongis, sparsis, nigricantibus, maculâ cinereâ initio valde distincta insertis; hyphis fasciculatis, ascendentibus, curvis divergentibus sursum septatis; conidiis oblongis vel ovoideis, obscure 1-septatis, nigricantibus. 1750

Hab. in foliis languentibus v. emortuis Typhæ latifoliæ, T. angustifoliæ, T. minoris in Gallia, Italia, Germania, Austria, Lusitania, Belgio, Amer. bor. — Affine *C. fasciculato* Corda, a quo præcipue vegetatione lineari erumpente satis differre videtur. Conidia (in exempl. gallicis a me visis) oblonga, 20-22 ≍ 8, olivacea, 2-3-septata.

87. **Cladosporium Typhæ** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2603. — Hyphis vix in acervulos aggregatis, sed sparsis, interdum et in ambitu fere simplicibus, plerumque autem satis approximatis, hinc e longinquo maculam minutam efficientibus, nigro-fuscescentibus; conidiis majusculis inspersis concoloribus. 1751

Hab. rarius in foliis exoletis Typhæ, Bethlehem Amer. bor.

88. **Cladosporium lanciforme** Ces. Flora 1853, p. 204. — Cæspitulis lanceolatis, læte viridibus; hyphis curtis dense stipatis; conidiis ovoideis 1-septatis. 1752

Hab. ad Typhas, socio *Cladosporio astroideo*, Vercelli Ital. bor. — Affine *Cl. fasciculato* Corda.

89. **Cladosporium astroideum** Ces. Flora 1853, p. 204. — Cæspitulis nigro-olivaceis ex mycelio maculas minutas orbiculares dendriticas præbente orientibus, demum confluentibus. 1753

Hab. ad caules Alismatis, culmos et folia Typharum, Vercelli Ital. bor., socio *Cladosporio lanciformi.*

90. **Cladosporium fasciculatum** Corda Ic. I, p. 15, t. IV, f. 216. — Cæspitulis gregariis, minutis, oblongis, olivaceis; hyphis brevissimis, simplicibus, fasciculatis, supra septatis, infra continuis, olivaceis; conidiis ovoideis di- vel tridymis, pallidioribus. 1754

Hab. in calamis putrescentibus Scirporum et Sparganii in Bohemia, Italia, Germania, Sibiria, Belgio; in foliis Bambusæ et Iridis Pseudacori in Gallia. — Cfr. Hedw. II, t. X, fig. II, 6.

91. **Cladosporium atriellum** Cooke in Grevill. — Effusum, atrum, velutinum; hyphis tenuibus, flexuosis, hinc illinc nodulosis; conidiis 1-3-septatis, olivaceo-fuscis 15-25 ≍ 5. 1755

Hab. in fructibus Yuccæ aloifoliæ, Aiken in Carolina inf. Amer. bor.

92. **Cladosporium Smilacis** (Schw.) Fr. S. M. III, p. 369. *Dematium Smilacis* Schw Carol. n. 1329. — Cæspitulis fasciculatis, erumpentibus, incanis, minutis, 1 mm. latis, rotundis, compactis, distinctis; hyphis contiguis hyalino-pellucidis, apice subramoso lobatis, stromate junctis; conidiis generis. 1756

Hab. in epidermide Smilacis in Carolina Amer. bor.

93. **Cladosporium sparsum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2602. — Sparsum: acervulis minutissimis badio-fuscis in maculis scapi expallentibus latis sparsis; hyphis crassiusculis rarioribus, acervulos efficientibus, subdivergentibus; conidiis subglobosis, concoloribus, crebris inspersis. 1757

Hab. in scapis Allii Cepæ et aliarum specierum, Bethlehem Amer. bor.

94. **Cladosporium fasciculare** (Pers.) Fr. S. M. III, p. 370. *Dematium articulatum* Pers Disp. t. IV, f. 2. — Maculis oblongis, emerescentibus; cæspitulis minutis, suberumpentibus; hyphis apice flexis, subseptatis, atris: conidiis conglobatis seriatisque v. pallidioribus. 1758

Hab. in caule Asparagi, Lilii, (Heraclei?) in Britannia, Germania, Lusitania, Suecia.

95. **Cladosporium Kniphofiæ** Cooke Grev. XIV, p. 40. — Amphigenum, olivaceum cæspitosum; cæspitulis minutis gregariis v. confluentibus, velutinis; hyphis simplicibus erectis, flexuosis, confluentibus basique fasciculatis, succineis, septato-nodulosis; conidiis typice 1-septatis, denique subinde 2-3-septatis, hyphâ duplo crassioribus, ellipsoideis 25-30 = 10, pallide olivaceis. 1759

Hab. in foliis emortuis Kniphofiæ aloidis, Kew London Britanniæ.

96. **Cladosporium iridicolum** Schw. Syn. Amer. bor. 2604. — Minutissimum, sparsum, acervulis nempe non confluentibus, subsphæriæformibus e longinquo vero sistentibus maculam latiusculam, ob approximationem; hyphis brevibus, cum conidiis fusco-nigris. 1760

Hab. in foliis exoletis iridis virginicæ, Bethlehem Americæ borealis.

97. **Cladosporium apicale** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 887. — Hyphis sparsis erectis sursum attenuatis; conidiis apicalibus subfusiformibus 5-10 μ. longis. 1761

Hab. in foliis Cycadis circinalis, Peradeniya Ceylon. — Sistit cæspitulos transversales.

98. **Cladosporium calamigenum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 885. — Hy- 1762

phis brevibus fuscis obtusis; conidiis magnis metulæformibus 25 longis.

Hab. in insula australiore Ceylon.

V. In Acotyledoneis, insectis, charta, stercore (cfr. Sect. I).

99. **Cladosporium epimyces** Cooke in Grevillea 1883, p. 31. — Ef fusum, tenue, fuligineum; hyphis repentibus, septatis, ramosis, ramulis erectis, teretibus, fuscis, superne pallidioribus; conidiis lanceolatis, uniseptatis, concoloribus, hyalinis, 15-20 = 4. 1763

Hab. in pileo Agarici mellei in Carolina Americæ borealis (Ravenel).

100. **Cladosporium fuligineum** Bon. Abhan. Geb. Myk. II. p. 92. — Cæspitulis effusis, fuligineis; hyphis erectis simplicibus aut apice subramosis, septatis, nodoso-geniculatis et incurvis, fuligineo-olivaceis; conidiis oblongis utrinque acuminatis, haud raro medio constrictis, uniseptatis, concatenatis; catenis simplicibus, terminalibus. 1764

Hab. in Agaricis emortuis in Guestphalia.

101. **Cladosporium lycoperdinum** Cooke in Rav. Amer. Fungi, n. 595 et Grev. 1883, p. 32. — Effusum, fuscum, tenue; hyphis sparsis, elongatis, flexuosis, septatis, hinc illinc geniculatis, pallide fuscis; conidiis cylindraceis, 1-2-septatis, fusco-hyalinis, 10-20 = 3,5. 1765

Hab. in Lycoperdis in Carolina australi Americæ borealis (Ravenel).

102. **Cladosporium secedens** Fr. Summa Veg. Scand. p. 499. — Cæspitulis irregularibus effusis densis, fusco-olivaceis; hyphis erectis simplicibus, æqualibus, undique septatis, pellucidis; conidiis 2-3-septatis, ad septa dein secedentibus. 1766

Hab. ad Sterea putrida in Scandinavia.

103. **Cladosporium æcidiicolum** Thüm. M. U. n. 373. — Cæspitibus tenuibus, folia fere tota occupantibus, brunneo-viridibus; hyphis ramosis, flexuosis, septatis, hyalinis; conidiis ovoideis, acutatis, biseptatis, pallide cinereo-flavis. 1767

Hab. in Æcidiis variis e. g. Æ. Euphorbiæ in Bavaria et Italia boreali.

104. **Cladosporium tuberculatum** Fr. Summa V. Scand. pag. 499. — Cæspitulis tuberculiformibus minutis hemisphæricis, griseo-fuscis; hyphis tenellis curtis pellucidis sursum septatis; conidiis simplicibus vel 1-septatis. 1768

Hab. in ostiolo Cytosporæ leucospermæ in Scandinavia.

105. **Cladosporium episphærium** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2607. — Fugacissimum et statu sicciore omnino evanescens;..... (aliis notis amissis). 1769

Hab. satis frequens insuper varias Sphæriaceas corruptas. Bethlehem Amer. bor.

106. **Cladosporium penicilloides** Preuss Fung. Hoyers. n. 47, et in Sturm D. C. Fl. f. 16. — Cæspitibus effusis, olivaceis, crassis; hyphis erectis, longis, irregulariter ramosis ramulisque intricatis, fuscis, septatis, polymorphis; conidiis ovatis, obovatis, oblongis, rotundis bisulcisve multiformibus; episporio hyalino, hilo basilari sæpe instructo; nucleo firmiusculo diaphano. 1770

Hab. in Tubercularia granulata et vulgari. Hoyerswerda, et in chrysalidibus ad folia adhuc pendula Pruni domesticæ, Selva Italiæ bor.

107. **Cladosporium umbrinum** Fr. S. M. III, p. 372. *Botrytis pulvinata* Link Sp. pl. Fungi I p. 61 (ut videtur). — Cæspitulis effusis, contiguis, tenuibus, velutinis, umbrinis; hyphis brevibus flexis simplicibus v. ramosis; conidiis glomeratis, subglobosis. 1771

Hab. ad Agaricum olearium et vesparum cellas in Gallia et Germania.

108. **Cladosporium Aphidis** Thüm. in Œster. bot. Zeitschr. 1877, p. 12. — Hyphis adscendentibus vel erectis, ramosis, fasciculatis, continuis vel obscure septatis, gibbosis, 6-6,5 μ. crass. dilute fuscis; conidiis oblongo-ovoideis, utrinque acutatis, continuis vel 1-biseptatis, ad septa non constrictis, magnitudine varia, continuis 6 = 4, uniseptatis 10-12 = 6, biseptatis, 18-22 = 7, coloris hypharum, diaphanis, numerosissimis. 1772

Hab. in cadaveribus Aphidis Symphyti Schrk., Klosterneuburg Austriæ. — *Cladosporium herbarum* Link. var. *Aphidis* Fuck. Symb. myc. p. 356 [forma non descripta in Aphidibus ad Cornum sanguineam pr. Œstrich] an sit diversum, non constat; sed a *Cl. herbarum* hæc species certe diversissima est.

109. **Cladosporium stercorarium** Cord. Ic. I. p. 14. f. 205. — Cæspitulis subeffusis, olivaceis, glaucescentibus; hyphis erectis, simplicibus vel ramosis, pauciseptatis, curtis, olivaceo-cinereis; conidiis simplicibus oblongis, concoloribus, in floccos tenuissimos concatenatis. 1773

Hab. in stercore avium in Bohemia.

110. **Cladosporium papyricolum** B. et Br. Fungi Brisbane II. p. 68 (ex errore typi *papyricolor*). — Hyphis irregulariter ramosis, sur- 1774

sum hyalinis, deorsum brunneis; conidiis numerosis ovato-oblongis, pallide brunneis, 2-nucleatis, 20 μ. longis.

Hab. in charta uda, ubi strata griseo-nigra format. Brisbane Australiæ.

VI. Species nomine tantum mihi notæ.

111. **Cladosporium Cardariæ** Opiz Lotos 1855. pag. 41. — Prag Bohemiæ. 1775

112. **Cladosporium Dufourii** Brond. Arch. de Flore 1854, I, pag. 59. — In Gallia bor. 1776

113. **Cladosporium Phragmitis** Opiz Seznam p. 117. — In Bohemia. 1777

114. **Cladosporium raphanicolum** Opiz Seznam p. 117. — In Bohemia. 1778

115. **Cladosporium ramulosum** Reissek Sitzb. Ak. Wien VII. p. 536. — In Austria. — An diversum a *Cladosporio ramuloso* Desm.? 1779

116. **Cladosporium Lacroixii** Desm. Exs. III, n. 755. — In Gallia. 1780

117. **Cladosporium profusum** Desm. Exs. III, n. 756. — In Gallia. 1781

118. **Cladosporium vagans** Desm. Exs. III, n. 6. — In Gallia 1782

CLADOTRICHUM Corda in Sturm D. C. Fl. t. 20, ic. fung. IV, p. 27, Sacc. Mich. II, p. 28 (Etym. *clados* ramus et *thrix* pilus, hyphas) *Diplosporium* Link ex p. — Hyphæ sterriles repentes; fertiles assurgentes rigidulæ, ramosæ nigricantes, hinc inde subinflatæ. Conidia in ramulis acrogena, didyma, fusca, breve catenulata.

I. *Eu-Cladotrichum.*

Conidia distincte catenulata.

1. **Cladotrichum polysporum** Corda Ic. IV, p. 27, t. 83, Sacc. F. ital. t. 192. — Cæspitulis epixylis, atris, expansis, crassiusculis velutinis; hyphis erectis, ramosis, gracilibus: ramulis fertilibus hinc inde incrassatis; catenis brevibus; conidiis breviusculis, utrinque obtusatis, rotundatis, apiculo basi v. utrinque ornatis, medio constrictis, olivaceo-fuscis, levibus. 16–18 = 10. 1783

Hab. in ramis putrescentibus Alni, Robiniæ, Sambuci in Bohemia, Italia, Germania. — Status conidicus *Chætosphæriæ fuscæ*

Cladotrichum Cookei Sacc. *Clad. uniseptatum* Cooke Grevill. t. 48, f. 2. — Effusum, velutinum atrum; hyphis ramosis, furcatis, nodulosis, septatis, articulis superioribus inflatis et subcupulatis 1784

conidiis oblongis, obtusis constricto-1-septatis, 20 = 10, sæpe utrinque collabascendo subtruncatis.

Hab. in ramis putrescentibus, Darenth Britanniæ.

3. **Cladotrichum triseptatum** B. et Br. Ann. N. H. n. 511, t. V, f. 7. — Late effusum, nigrum, pulvereum; hyphis fertilibus furcatis, ramosis, septatis, articulis superioribus v. summis inflatis; conidiis oblongis, obtusis, medio constrictos 1-septatis, loculo utrinque obsolete 1-septato. 17

Hab. in truncis emortuis, King's Cliffe Britanniæ. — « An conidia revera 3-septata v. potius ob collapsum extremitatum simulate 3-septata? ».

4. **Cladotrichum fuscum** Preuss Fung. Hoyersw. n. 57. — Mycelio bombacino, fusco, late expanso; hypha suberecta, ramosissima, divergente, septata, fusca, catenifera; catenis brevibus, irregulariter insertis: conidiis utrinque obtusis, bilocularibus, medio contractis, intense fuscis. 17

Hab. in scindulis putridis, Hoyerswerda.

Cladotrichum undiquevorsum Preuss Fung. Hoyersw. n. 56. — Mycelio effuso, nigro-fusco, late expanso; hypha erecta, ramosa, septata, fusca, catenifera; catenis brevibus, subverticillatis; conidiis breviusculis, utrinque obtusatis, rotundatis, subapiculatis, medio contractis, fuscis; episporio glabro, nucleo pleno. 1787

Hab. in ligno Betulæ, Pinka prope Hoyerswerda.

6. **Cladotrichum maculosum** (Speg.) Sacc. Mich. II, p. 171, *Torula maculosa* Speg. Dec. Myc. n. 85. — Amphigenum, maculiforme, nigrum, facile secedens; hyphis ramoso-intricatis decumbentibus v. hinc inde assurgentibus simplicibusque crasse filiformibus, 10-12 μ. diam., rigidis, atro-fuligineis, septatis; conidiis pleurogenis obovatis v. obpiriformibus, 18-22 = 14-17, sat variis, infra medium 1-septatis, fuligineis, diu adhærentibus. 1788

Hab. in foliis Rhododendri Chamæcisti nondum emortuis, socio *Dimerosporio maculoso*, in M. Crosera Bellunio (Spegazzini).

7. **Cladotrichum microsporum** Sacc. Mich. I, p 76, F. ital. t. 28. — Effusum, atrum, velutinum; hyphis undique repentibus, quandoque gangliformi-confluentibus, multi-articulatis articulis sæpe protuberantibus, crasso-guttulatis, obscure fuligineis; hyphis fertilibus assurgentibus filiformibus sursum attenuatis, remotius septatis, pallidioribus; conidiis in hypharum apice acrogenis (?), constricto-didymis, 10-12 = 8, rarius 15 = 9, 2-guttulatis, fuligineis, loculo inferiore crassiore breveque apiculato. 1789

Hab. in ligno putrescente, Conegliano Ital. bor. (Spegazzini) et in Carniolia (Voss).

8. **Cladotrichum Roumegueri** Speg. Rev. Mycol. I, pag. 148, tab. II, f. 13. — Cæspitulis circularibus, depressis, atro-virescentibus, velutino-asperulis peripheria densioribus quam centro; hyphis undique repentibus hinc inde toruloso-gangliformibus confluentibus, eguttulatis, saturate fuligineis; hyphis fertilibus assurgentibus, filiformibus, remotius septulatis, pallidioribus 25-30 ≈ 3-4; conidiis globosis v. piriformibus, didymis rarius continuis, obscure olivaceis. 1790

Hab. in cortice Nerii Oleandri, Marseille et Perpignan Galliæ (Rive, Debeaux).

9. **Cladotrichum pervagatum** Preuss Fung. Hoyersw. n. 55. — Mycelio effuso, atro-fusco, late expanso: hypha fertili suberecta, dichotome ramosissima, divergente, septata, atro-fusca; catenis sæpe pluribus, brevibus; conidiis oblongis, sub medio contractis, didymis, atro-fuscis. 1791

Hab. in cortice Alni glutinosæ, Hoyerswerda.

10. **Cladotrichum cæsium** Preuss Fung. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 75. — Cæspitulis gregariis, pulvinatis, tomentosis, cæsiis; hyphis longissimis, apice simplicissimis, sterilibus, septatis, patentibus, basi ramosis, catenis conidiorum longis, ramis fertilibus insertis; conidiis obovatis, obtusatis, cæsiis, levibus, bilocularibus utrinque subapiculatis. 1792

Hab. in ligno Pini putrido prope Hoyerswerda.

11. **Cladotrichum opacum** Schulz. et Sacc. Micr. Slav. n. 75, Schulz. Ill. fung. Slav. n. 815. — Effusum, subvelutinum, atrum, in Rhizomorpha parasiticum; hyphis adscendentibus, simplicibus v. parce ramosis, flexuosis, continuis, fuligineis, fusiformibus; conidiis in catenulas breves sæpe digestis, acro-pleurogenis, ovatis, 1-septatis, 6 μ. long. medio lenissime constrictis, olivaceo-fuligineis. 1793

Hab. in Rhizomorpha subcorticali var. al Tiliam parvifoliam prope Vinkovce Slavoniæ.

12. **Cladotrichum scyphophorum** Corda Prachtfl. p. 47, t. 23. — Cæspitulis pulvinatis, 6-8 mm. longis et latis, inæqualibus, luteo-brunneis; hyphis erectis, valde ramosis, ramis septatis; articulis capitatis dein scyphiformibus; conidiis oblongis utrinque acutiusculis, pallidis dein melleo-luteis. 1794

Hab. in radicibus putridis et corticibus arborum frondosarum sæpe supra Sphæriaceas, Prag Bohemiæ.

II. *Didymothamnium* Sacc.

Conidia (ut videtur) solitaria nec catenulata.

13. **Cladotrichum nigrum** (Link) Sacc. *Dactylium nigrum* Link in 1795
Wallr. Fl. crypt. n. 1941. — Hyphis fertilibus, sparsis, simplicibus, nigris, continuis; conidiis binis pluribusve oblongis, septatis, nigrescentibus.

Hab. in lignis putridis agri Rostock Germaniæ (Link).

14. **Cladotrichum nigrescens** (Link) Sacc. *Diplosporium nigrescens* 1796
Link Sp. pl. Fungi I, p. 64. — Hyphis parce ramosis septatis, apice incrassatis fuligineo-atris in hyphasma effusum crassiusculum congestis: conidiis ovalibus didymis concoloribus.

Hab. in lignis durioribus in agro Lipsiensi Germaniæ, et in ligno Casuarinæ strictæ, Gand Belgii.

15. **Cladotrichum uniseptatum** (B. et C.) Sacc. *Virgaria uniseptata* 1797
B. et C. North Amer. Fungi n. 687. — Hyphis atro-brunneis tenuibus, simplicibus, crebre articulatis; conidiis oblongis uniseptatis, brevibus.

Hab. in ligno putrido quercino in America boreali.

16. **Cladotrichum glenosporoides** Sacc. *Glenospora didyma* Cooke 1798
in Grev. — Epiphylla; maculis atris, irregularibus, subconfluentibus; hyphis repentibus, ramosis, divaricatis, lateraliter papillatis sporigerisque; conidiis ellipticis, brunneis, endochromate bipartitis, 16-18 ≍ 9.

Hab. in foliis emortuis, Kolapore, Bombay (J. Hobson).

17. **Cladotrichum didymum** (K. et Schm.) Sacc. *Botrytis didyma* K. 1799
et Schm. Myk. Heft. I, p. 81, *Trichothecium nigrescens* (K. et S.) Fr. S. M. III, p. 426. — Hyphis erectiusculis fuligineo-atris; conidiis ovalibus didymis.

Hab. ad ligna sicca, Leipzig Germaniæ. — *Virgariæ nigræ* admodum simile: cæspites valde condensati, 2 mm. alti, ultra 2 cm. expansi; hyphæ parum ramosæ rectæ sub microsc. dilutiores, sed basi tantum pellucidæ ad ramos incrassatæ: conidia copiosissima, apicibus sæpius inhærentia.

18. **Cladotrichum fuscum** (Grev.) Sacc. *Trichothecium fuscum* Fr. S. 1800
M. III, p. 426, *Macrotrichum heterosporium* Grev. Edin. Phil. Journ. III. t. 1. — Hyphis adscendentibus fuscis; conidiis oblongis subdidymis.

Hab. in capsulis emortuis Gentianæ campestris in Scotia.

— Cæspites tenues indeterminati; hyphæ ramosæ flexuosæ, intricatæ, ramis divergentibus obtusis

19. **Cladotrichum Pulvinulus** (Kunze) Sacc. *Sphaerosporium Pulvinulus* Kunze in Fr. S. Veg. Scand. p. [illegible] — Cæspitulis minimis, vix 1 mm. diam., aggregatis, pulvinatis. [illegible] hyphis brevibus, simplicibus superne incrassatis, septatis, basi cæspitoso-connatis; conidiis inspersis, didymis. 1801

Hab. ad folia semiputrida Monocotyaedoneæ. Surinam.

DIPLOCOCCIUM Grove New or notew. Fungi II, p. 13 (Etym. *diploos* duplex et *coccos*). — Hyphæ fertiles erectæ, septatæ, ramosæ, olivaceæ. Conidia concatenata, didyma. — Conidia *Diplococco* Bacteriacearum generi similia. — *Cladotricho* affine, sed hyphæ non hic illic inflatæ et minus rigidæ.

1. **Diplococcium spicatum** Grove New or notew. Fungi p. 13, t. 257, fig. 7. — Hyphis fertilibus gregariis, subfasciculatis, erectis, subflexuosis, olivaceis, septatis, filiformibus, 200-300 ≈ 4-5, paucis ramis longis alternis patentibus instructis; catenulis conidiorum curtis, patentibus, secundum ramos et prope apicem stipitis spicatis, oppositis v. verticillatis; conidiis didymis, olivaceo-pellucidis, in quaque catenula ternis v. quaternis, oblongis, medio constrictis hoc est diplococcoideis, 9-10 ≈ 4-5. 1802

Hab. in ligno putri, Sutton-Coldfield Britanniæ, sociâ *Ceratostomellâ vestitâ* Sacc., cujus pilos hyphæ steriles imitantur et cujus status conidicus videtur.

2. **Diplococcium strictum** Sacc. Mich. I, p. 271, Fungi ital. t. 762 (*Cladotrichum*). — Hyphis gregariis, rectis, 300-320 ≈ 6-7, basi bulbillosis, remote septatis, fusco-olivaceis, sursum pallidioribus, apice obtusiusculis; conidiis prope hypharum apicem insertis, in catenulas longiusculas, sæpe ramulosas connexis, didymis (rarissime biseptatis), 12-15 ≈ 6, fusco-olivaceis. 1803

Hab. in caulibus herbarum putrescentibus, sociâ *Torulâ herbarum*, Selva Italiæ borealis. — *Cladosporium rectum* Pr. in Sturm t. 15 huic videtur affine: differt conidiis 2- et pluriseptatis ex hypharum apice tantum oriundis; catenulis simplicissimis, brevibus.

3. **Diplococcium Resinæ** (Corda) Sacc. *Dendryphium Resinæ* Corda Ic. fung. VI, p. 10, fig. 29. — Cæspitulis effusis atris; hyphis erectis aterrimis, nitidis nigro-verrucosis, superne fuscis, ramosis; conidiis ellipsoideis, ochraceis, 1-septatis, levibus v. verrucosis in 1804

catenas longas moniliformes digestis, 8-9 μ. long., et hinc inde capitula formantibus.

Hab. in radicibus resinosis Abietum et Pinorum in Bohemia.

4. **Diplococcium pulchrum** (Rich.) Sacc. *Dendryphium pulchrum* Ch. Richon. in Le Breton Not. Rich. pag. 4. — Caespitulis tenuibus, atris velutinis, irregulariter dispersis; hyphis primum simplici, dein ramosa, septata, atro-fusca, nitida; ramis et ramulis alternatim dispositis, divergentibus, apice moniliformes; conidiis fuscis, levibus, pellucidis utrinque obtusis uni-septatis, *Diplodiæ* sporulas simulantibus in filamenta moniliformia concatenatis. 1808

Hab. in trunco putrescente, Saint-Amand, Marne Galliæ.

5. **Diplococcium conjunctum** (Bon.) Sacc. *Clarotrichum conjunctum* Bon. Handb. p. 78 f. 85. — Caespitulis minutis brunneo-virentibus; hyphis brevibus basi conjunctis septatis simplicibus vel e basi parce divisis, apice brevi-ramulosis ibique catenas conidiorum didymorum ovoideorum gerentibus. 1809

Hab. in foliis adhuc vivis Pelargonii in Guestphalia (Bonorden) et Senecionis nemorensis in Rhenogovia (Fuckel).

EPOCHNIUM Link Obs. myc. I, p. 16. Sacc. Mich. II, p. 30 (Etym. *epi* supra et *ochne* pirus silvestris). — Hyphæ biformes, aliæ copiosæ effusæ tapetum canescens efformantes, conidiola hyalina continua gerentes; aliæ coacervatæ fuscæ catenulas conidiorum didymorum gerentes.

1. **Epochnium monilioides** Link Sp. pl. Fungi I, p. 32 (1). Sacc. Mich. II, p. 127. Sacc. F. ital. t. 779. — Subiculo v. mycelio albo gossypino effuso, ex hyphis filiformibus hyalinis vage ramosis conflato; sporophoris cylindraceis ex mycelio hinc inde orientibus sursum acutatis, 20-25 = 3, hyalinis, conidia obpiriformia 4½ = 3½ pariter hyalina gerentibus; sporophoris aliis ex *iisdem hyphis* serius emascentibus teretibus apice obtusiusculo, dilute olivaceis, ex apice conidia longiuscule catenulata, oblonga v. obpirifformia subinæqualia, 12-15 = 6, plerumque 1-septata, atro-olivacea gemmipare generantibus. 1807

Hab. in asseribus putridis udis, Lyon Galliæ (Therry). — Hyphæ et conidia efficiunt acervulos pulvinatos nigros et subicolo albo hinc inde orientes.

2. **Epochnium moniliforme** (Wallr.) Sacc. *Trichothecium moniliforme* Wallr. Fl. crypt. n. 1880. *Epochnium monilioides* Link? *Mo* 1808

milia fructigena Schum. — Hyphis tenerrimis laxis albis effusis, conidiorum oblongorum nigrescentium obsolete septatorum hinc parce appendiculatorum congerie superfusis.

Hab. in pomis et piris maturis succosis putribus in Germania. — A praecedente diversum videtur.

3. **Epochnium virescens** Mart. Erlang. p. 338. — Hyphis albis laxius intertextis, effusis; conidiis oblongis, septatis, obscure viridibus. 1809

Hab. ad Pruni Armeniacæ fructus putres in Germania.

Tribus 3. **Cordaneæ** Sacc.

CORDANA Preuss p. p. F. Hoyersw. n. 100. Sacc. Mich. I, p. 75 et II, pag. 28 (Etym. ab eximio mycologo A. C. J. Corda). — Hyphæ steriles repentes v. obsoletæ; fertiles simplices erectæ. Conidia 1-septata, fusca capitulum terminale formantia.

1. **Cordana pauciseptata** Pr. Fung. Hoyersw. n. 100, p. 129. *Acrothecium pauciseptatum* (Pr.) Sacc. F. it. t. 7. *A.* Mich. I. p. 74. — Cæspitulis effusis atris; hyphis fertilibus basi conspicue incrassatis, cylindraceis, 200 = 4, pluriseptatis, fuligineis, sursum subattenuatis pallidioribus; conidiis in hypharum apice congestis, ovoideis vel subfusoideis, 8 = 4, 1-septatis, fuligineis. 1810

Hab. in ligno acerino putri. Selva Ital. bor. socia *Lasiosphæriâ hirsutâ*, quacum forte metagenetice devincta est; in lignis arborum frondosarum, Hoyerswerda. Pinka.

Tribus 4. **Trichocladieæ** Sacc.

TRICHOCLADIUM Harz Hyphom. p. 38. Sacc. Mich. II, p. 28 (Etym. *thrix* pilus et *clados* ramus). — Hyphæ decumbentes, tenellæ, hyalinæ. Conidia in ramulis acrogena, didyma, fusca, muriculata.

1. **Trichocladium asperum** Harz. Hyph. p. 38. t. II, f. 1. — Cæspitulis effusis atris; hyphis repentibus, filiformibus, hyalinis, continuis v. parcissime septatis, ramulos sæpius simplices sporophoros exerentibus; conidiis oblongis, constricto-didymis, 26 = 10, asperulis, fuligineis. 1811

Hab. in ligno fagineo et quercino pr. Wien Austriæ et Berlin Germaniæ. — Var. **charticolum** Cfr. Mich. II, p. 560. F. ital. t. 952: hyphis sporophoris sæpius furcatis; conidiis 20 = 10. In charta bibula putri. Berlin (Magnus).

Tribus 5. **Beltranieæ** Sacc.

BELTRANIA Penzig in Nuovo Giorn. Bot. Ital. XIV, 2, et in Mich. II, p. 474 (Etym. a claro mycologo V. Beltrani). — Hyphæ erectæ vel adscendentes, continuæ vel 1-2-septatæ, subsimplices; setulis rigidis, sterilibus, longioribus inter hyphas fertiles intermixtis. Conidia hypharum apice insidentia vel sterigmate illi insito suffulta, solitaria vel fasciculata, didyma, apice rostrata.

1. **Beltrania rhombica** Penz. Fung. Agrum. in Mich. II, p. 474. F. ital. t. 1204. — Cæspitulis hypophyllis, stratum olivaceum constituentibus; hyphis erectis, sinuosis, continuis vel 1-2-septatis, dilute fuligineis, 30-75 ≈ 6-7; setulis rigidis, brunneo-atris, 1-3-septatis, attenuatis, levibus, 150-160 ≈ 4-6; conidiis solitariis, geminatis v. fasciculatis, dilute fuligineis v. olivaceis, biconicis, didymis, 25-26 ≈ 8-10, apice rostro tenuissimo acuminato, 6-7 ≈ 0,8-1, hyalino præditis. 1812

Hab. in pagina inferiore foliorum Citri Limonum, Licata in Sicilia (V. Beltrani).

2. **Beltrania querna** Harkn. F. Calif. p. 19. — Effusa, atra; hyphis erectis, cæspitulosis, brunneis, 2-4-septatis, apice verticillum unum v. bina basidiorum 2-5-denticulatorum; conidiis e denticulis oriundis obscure rhomboideis, basi rotundatis, apice rostratis, brunneis, granulosis, obscure septatis, demum secedentibus 17-28 ≈ 8-10; setulis nigris subcontinuis hyphas fertiles valde superantibus. 1813

Hab. in foliis dejectis Quercus agrifoliæ, S. Francisco Californiæ.

REPERTORIUM

DEMATIEARUM DIDYMOSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs B. indicat *Bispora* — Be. *Bellrania*. — C. *Cladosporium* — Cl. *Cladotrichum* — Co. *Cordana*. — Cy. *Cycloconium*. — D. *Dicoccum*. — Di. *Diplococcum*. — E. *Epochnium*. — F. *Fusicladium*. — P. *Passalora*. — Po. *Polythrincium*. — S. *Scolecotrichum*. — T. *Trichocladium*.

Numeri 1625-1813 — citantur 625-813

Abies — Di. 804
Acer — C. 668. — Co. 810.
Æcidium — C. 767.
Agaricus — C. 763. 764. 771.
Alisma — Cla. 753.
Allium — S. 659. — C. 757.
Alnus — P. 640. 641. — C. 680. — Cl. 783. 791.
Alopecurus — S. 656.
Althæa — S. 653.
Amanita — C. 667.
Ammophila — C. 738.
Amorpha — C. 725.
Anamirta — C. 665.
Angelica — F. 646.
Archangelica — F. 646.
Aronicum — F. 649.
Artemisia — C. 671.
Arundinaria — C. 741.
Arundo — C. 742. 743.
Ascelepias — C. 734.
Asparagus — C. 758.
Bambusa — C. 754.
Batatas — O. 728.
Betula — B. 634. — C. 692. — Cl. 787.
Bignonia — C. 674.
Bougainvillea — C. 709.
Butea — C. 673.

Campanula — C. 667.
Carex — C. 666.
Carpinus — B. 636. — C. 666.
Carya — F. 645.
Cassia — C. 672.
Casuarina — Cl. 796.
Cenchrus — C. 746.
Cinnamomum — C. 704.
Citrus — C. 688. 702. — Be. 812.
Clavaria — S. 661.
Clematis — D. 628.
Cornus — C. 772.
Cratægus — F. 642. 643.
Cycas — C. 761.
Cytospora — C. 768.

Daucus — C. 667
Delphinium — C. 723.
Desmodium — C. 724.

Equisetum — C. 665.
Erianthus — 740.
Eriobotrya — C. 695. 696.
Erythrina — C. 672
Euphorbia — F. 651.
Eutypa — C. 668.
Evonymus — C. 686. 712.

Fagus — D. 629 — B. 632. — 683. — T. 811.
Fraxinus — S. 652. — C. 715. 716
Fumaria — C. 736

Gentiana — Cl. 800.
Geraniaceæ — S. 657. 660.

Hedera — C. 701. 718.
Hibiscus — C. 665.
Holosteum — C. 735.

Jasminum — C. 685.
Iris — C. 754. 760.
Juglans — C. 676.

Kniphofia — C. 759.

Laurocerasus — C. 719.
Ligustrum — B. 632.
Liliaceæ — C. 665.
Lilium — C. 758.
Litsæa — C. 708.
Lobelia — C. 726.
Lycoperdon — C. 765.

Malus — F. 642. — E. 808.
Malvaceæ — C. 669. 737.
Monocotyledoneæ — Cl. 801.
Myristica — C. 703.
Myrsine — C. 705.

Nerium — C. 790.

Olea — Cy. 631.
Oryza — C. 744.

Pachylæna — C. 732.
Pæonia — C. 729.
Passiflora — C. 733.
Pelargonium — Di. 806.
Persica — C. 675.
Phaseolus — P. 647. 653.
Phragmites — S. 658.
Pinus — D. 626. — C. 668. 677. 678. 679. 684. 792. — Di. 804.
Pirus — F. 642. 643. — S. 654. — C. 670. — E. 808.
Platanus — C. 718.
Poa — C. 745.
Polygonum — C. 726.
Populus — C. 627. — C. 697. 698. 699. 700. 718
Primula — C. 706.
Prunus — F. 644. — S. 663. — C. 719. 770. — E. 809.

Quercus — B. 632. 633. 637. 638. — C. 681. 692. 717. 718. 719. 797. — T. 811. — Be. 813

Rhizomorpha — Cl. 793.
Rhododendrum — Cl. 788.
Rhus — C. 710
Ribes — C. 687.
Robinia — Cl. 783.
Rosa — D. 6[illegible] C. 671.

Salix — C. 719
Sambucus — Cl. 783.
Sanicula — C. 730.
Scirpus — C. 754.
Senecio — Di. 806.
Setaria — C. 746.
Smilax — C. 756.
Solanum — C. 731
Sorbus — F. 642.
Sparganium — C. 754.
Sphæriaceæ — C. 769 — Cl. 794.
Spinacia — C. 667.

Sporobolus — C. 739.
Stereum — C. 766.
Stylosanthes — C. 670.
Styrax — C. 713.

Tilia — Cl. 793.
Tragopogon — F. 648.
Trifolium — Po. 664.
Triosteum — C. 711.
Tubercularia — C. 770.
Typha — C. 750. 751. 752. 753.

Ulmus — C. 714. 719.
Umbelliferæ — C. 665.

Yucca — C. 667. 755.

Zea — C. 747.

Sect. 3. Phragmosporæ Sacc.

Conidia ovoidea, oblonga, cylindracea vel vermicularia, 2-pluriseptata, fusca, raro subhyalina.

Clavis analytica Generum

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Hyphæ fertiles brevissimæ vel breves aut a conidiis parum diversæ (Cfr. *Cercospora*, *Heterosporium*, *Napicladium*).

A) Conidia singularia (h. e. non catenata).

† Conidia mutica [*Clasterosporiea*].

Clasterosporium. Conidia discreta cylindracea vel (in subg. ***Brachydesmio***) ovato-oblonga, saprogena.
Stigmina. Conidia discreta, ovoidea, acervulata, phyllogena.
Fusariella. Conidia discreta, fusoideo-falcata.
Cryptocoryneum. Conidia fasciculata, basi coalescentia, cylindracea.

†† Conidia corniculata.

Ceratophorum. Hyphæ steriles parcæ, tenues, apice non incrassatæ.
Urosporium. Hyphæ decumbentes, rigidæ, apice dichotomo incrassato.

B) Conidia concatenata [*Septonemeæ*].

Septonema. Conidia isthmis nullis catenulata.
Polydesmus. Conidia isthmis (h. e. caudis conidiorum) concatenata.

Subsect. 2. Macronemeæ Sacc.

Hyphæ manifestæ et a conidiis distinctæ.

A) Conidia subsolitaria, acrogena vel sparsa (Cfr. *Dendryphii* Sectio II).

† Conidia mutica [*Helminthosporieæ*]

Helminthosporium. Hyphæ rigidæ, saprogenæ; conidia elongata, levia.
Brachysporium. Hyphæ rigidæ, saprogenæ; conidia ovoidea, levia.
Drepanospora. Hyphæ pannosæ, saprogenæ; conidia longissima, eximie falcata, levia.
Cercospora. Hyphæ molliusculæ, sæpius biophilæ; conidia vermicularia, levia.
Heterosporium. Hyphæ molliusculæ, phyllo-caulogenæ; conidia oblonga, echinulata.
Napicladium. Hyphæ molliusculæ, phyllogenæ; conidia oblonga, levia.

++ Conidia setigera.

Camposporium. Hyphæ erectæ simplices; conidia acrogena stipitellata, apiceque 1-3-setigera.

B) Conidia verticillata, pleurogena vel capitata acrogena [*Acrothecieæ*].

Spondylocladium. Hyphæ erectæ simplices; conidia verticillata pleurogena, sessilia.

Acrothecium. Hyphæ erectæ, simplices, apice simplici; conidia capitata acrogena.

C) Conidia catenulata [*Sporoschismeæ*].

+ Conidia ex interiore hypharum exsilientia.

Sporoschisma. Hyphæ erectæ simplices; conidia cylindracea utrinque truncata.

++ Conidia ex apice hypharum oriunda [*Dendryphieæ*]

Dendryphium. Hyphæ erectæ sursum ramosæ; conidia (in subg. *Brachycladio*) non vel vix catenata.

Tribus I. **Clasterosporieæ** Sacc.

CLASTEROSPORIUM Schw. Syn. Amer. Fungi n. 2998, em. Sacc. in Mich. II, p. 22 *) (Etym. *clasterium* culter et *spora*), *Bactrodesmium* Cooke, *Hymenopodium* Corda, *Apotemnoum* Corda. — Hyphæ repentes (saprogenæ), hinc inde conidia fusoidea vel cylindracea subrecta, 2-pluriseptata, fusca exerentes. — Species plures herbicolæ colore olivaceo et rigiditate minore a typo desciscunt sed limes ambiguus.

I. *Eu-Clasterosporium.*

Conidia cylindracea vel tereti-fusoidea prælonga, 8-multiseptata.

1. **Clasterosporium Hirudo** Sacc. Mich. I, p. 85, F. ital. t. 54 (*Helminthosporium*). — Dense et indeterminate effusum aterrimum: hyphis repentibus parcis, filiformibus septatis, fuligineis, dein evanidis; hyphis fertilibus brevissimis cylindraceo-conoideis, erectis, pauciseptatis, fuligineis; conidiis longissimis vermicularibus, sæpe incurvo-sigmoideis, hinc inde subconstrictis, sursum sensim attenuatis, apice summo rotundatis, basi cuneato-truncatis, crebre multi-(55-65-) articulatis, 200-230 ≈ 15, atro-fuligineis.

---

*) Diu scripsi *Closterosporium* (e *closter* fusus) sed profecto cl. generis Auctor l. c. scripsit *Clasterisporium*. Fries vero (Summa V. S. p. 506) leviter correxit in *Clasterosporium*, quod nomen (licet conidia in plerisque non falciformia) servandum puto.

Hab. in ligno putri quercino. Silva Ital. bor., Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis). — Huic peraffine videtur *Sporidesmium adscendens* Berk. Beagl. Exp. p. 292, Ann. N. H. IV, t. VIII (diagnosis nunc mihi deest). — Var. **anglicum** Grove in litt.: hyphis erectis, curtis, subfasciculatis, septatis, 25–50 = 6–8 μ. d., conidiis atro-fuligineis, 300–400 μ. d., vel etiam 450 μ. long., infra lanceolatis, 15 μ. latis, in rostrum prælongum cylindraceum, nec nodulosum nec nisi leviter flexuosum, 6–8 μ. crassum attenuatis, 50–60-septatis, apice truncatis, rostri cellulis subquadratis: maculis densis, oblongis vel elongatis, sericeis, aterrimis. In ligno emortuo efformans, Sutton, Warwickshire Britanniæ. — Var. **minus** Grove in litt.: dense gregarium, in maculas atras effusum; sporidiis lanceolatis, stipite brevi 30–40 = 45 vel longiori usque ad 90 μ. long., erecto, rigido, 3–5-septato, denique opaco suffultis, in rostrum longum cylindricum attenuatis, 100–200 = 10–12 (rostro 4–5 μ. crass.), atro-fuscis, semipellucidis, 30–50-septatis. In ligno putrido, Sutton prope Birmingham Britanniæ una cum *H. obclavatum* Sacc., quod, teste Grove, forte ejus status junior.

2. **Clasterosporium hormiscioides** (Corda) Sacc. P. Ital. t. 55 (*Helminthosporium*), *Sporidesmium hormiscioides* Corda Ic. fung. II, pag. 6, fig. 28. — Effusum, velutinum, atram: hyphis fertilibus (sporophoris) 2–4-septatis, ochraceis, 20–30 = 6; conidiis vermicularibus cylindraceo-conicis, 150–180 = 12–15 tortuosis 35–45-articulatis, fuligineis, articulo summo uno alterove sabinflatis. 1815

Hab. in ramis putrescentibus Fagi, Buxi etc. in Bohemia, Rhenogovia, Italia bor. et Britannia. — In icone Cordæ l. c. sporophora sunt breviora conoidea continua, et conidia dicuntur usque 1 mm. longa. An species diversa? — Ab *Helminth. Hirudine* differt præcipue conidiis brevioribus, multo magis tortuosis, apice plerumque hyalino-bullosis, septis minus crebris, minusque copiosis. — Var. **Magnusianum** Sacc. Mich. I, pag. 132 a typo recedit præcipue conidiis apice vix incrassatis; sporophora cylindraceo-conica, 15–25 = 5; conidia 250–300 = 12–15 (in basi), 35–45-septata, fuliginea, apice pellidiora. In ramis putrescentibus in horto botanico Patavino Ital. bor. (P. Magnus).

Clasterosporium vagum (Nees) Sacc. *Sporidesmium vagum* Nees Act. Leop. IX, p. 240, t. V, f. 2, Corda Ic. IV, p. 23, t. VI, f. 74. — Cæspitulis effusis, maximis, velutinis, crassiusculis, olivaceo-atris; conidiis erectis, longissimis, simplicibus, confertissimis, filiformibus, supra clavatis et sæpe apiculatis, olivaceo-viridibus, in- 1816

fra longe attenuatis pallidioribus, 14–15 μ. crass. parte clavata 14–20-septata, episporio levi continuo, nucleato-guttulatis.

Hab. in ligno putri Coniferarum, Wien Austriæ (C. Hügel), Roma Ital. (Rabenhorst). — Ad *Hormiscium* fere vergit.

4. **Clasterosporium vermiculatum** Cooke in Grevillea et Black Moulds, t. II, f. 10. — Effusum, tenue, atrum; mycelio repente, ramoso v. simplici, septato, brunneo; conidiis erectis, sæpe fasciculatis, cylindraceo-fusoideis, atro-brunneis, multiseptatis, rectis, curvis v. geniculatis, utrinque obtusis et pallidioribus, 150–200 μ. longis. 1817

Hab. in ligno quercino, Hereford Britanniæ (Griffith Morris).

5. **Clasterosporium strumarum** Cooke in Grevillea XII, p. 28, *Sporidesmium strumarum* Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 336. — Atrum, in strumas corticales innascens; hyphis tenuibus, repentibus, ramulosis; conidiis erectis, sessilibus, cylindraceis, multiseptatis, constrictis, plerumque ad apicem hyalino-apiculatis, 100 ≈ 10. 1818

Hab. in ramis viventibus Quercus, Florida Amer. bor. (Ravenel). — Habitus fere *Dichæna strumosæ*.

6. **Clasterosporium Eruca** Sacc., Rouss. et Bomm. Misc. Myc. I, F. Belg. n. 29. — Effusum, tenue, subpulveraceum, atrum; mycelio fere obsoleto; conidiis tereti-fusoideis, sæpius curvatis, apice rotundatis, 65–70 ≈ 11–14, basi brevissima stipitiformi suffultis, 13–16-septatis, ad septa non constrictis, atro-fuligineis. 1819

Hab. in ligno putrescente Ulmi, Bruxelles Belgii.

7. **Clasterosporium Eremita** (Corda) Sacc. *Sporidesmium Eremita* Corda Ic. fung. I. p. 7, t. II. f. 112. — Conidiis solitariis, erectis clavatis, 8–10-septatis, non constrictis, fuscis, obsolete guttulatis, loculo apicali albo, 71 μ. longis. 1820

Hab. in ligno denudato Fagi in Bohemia.

8. **Clasterosporium Populi** (Cr.) Sacc. *Sporidesmium Populi* Crouan Fl. Finist. p. 10. — Cæspitulis nigricantibus hemisphæricis, 1 mm. diam.; conidiis clavatis, deorsum attenuatis, clavula prope apicem 1-septata, parte basilari crebre 7–8-septatis. 1821

Hab. in trunco putri Populi pyramidalis, Finistère Galliæ.

9. **Clasterosporium toruloides** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium toruloides* Cooke in Grevillea. — Effusum, atrum, mycelio brunneo repente; conidiis erectis, simplicibus vel furcatis, cylindraceis, utrinque leniter attenuatis, multiseptatis, articulis subquadratis, 70–150 ≈ 10. 1822

Hab. in ligno putri, Florida Amer. bor. (Ravenel). — « An *Sirodesmium?* ». *Sporidesmium toruloides* Fr. Summa V. S. p. 506, ex ipso auctore sistit formam *Torulæ abbreviatæ* Corda analogam.

10. **Clasterosporium Bonordenii** Sacc. *Macrosporium clavatum* Bon. Abhandl. II, p. 93, t. I, f. 2. — Cæspitulis sparsis olivaceo-fuscis; sporophoris rigidis rectis aut curvatis, opacis, fusco-olivaceis, apice rotundatis; conidiis longis clavato-fusiformibus, 10-septatis, 10-11-guttatis, fusco-olivaceis, sporophorum subæquantibus. 1823

Hab. in ligno denudato in Guestphalia.

11. **Clasterosporium coronatum** (Fuck.) Sacc. *Sporidesmium coronatum* Fuck. Symb. myc. App. II, p. 77, fig. 26. — Cæspitulis plerumque in corticis fissuris elongatis, rarius effusis, velutinis, olivaceis; conidiis elongato-clavatis, plerumque 12-septatis, loculis eguttulatis, antice loculo minore, abrupte adnato, plerumque distincte quadrato, eguttulato coronatis, 96 = 8, olivaceis. 1824

Hab. in ramulis adhuc stantibus Philadelphi coronarii, N.-Walluf Rhenogoviæ.

12. **Clasterosporium larvatum** (C. et E.) Sacc. *Sporidesmium larvatum* C. et E. in Grevill. t. 99, f. 12. — Effusum, atrum; conidiis cylindraceis, multiseptatis, constrictis, toruloideis (erucæ ad instar), brunneis, 40-50 = 10-12, subinde usque 80-100 μ. longis, utrinque pallidioribus. 1825

Hab. in asseribus Juniperi virginianæ, New Jersey in America boreali.

13. **Clasterosporium Harknessii** Sacc. *Bactrodesmium opacum* Cooke et Hark. in Grevill. XII, p. 92. — Effusum, atro-fuscum; hyphis repentibus, sparsis, ramosis, septatis, flexuosis; conidiis assurgentibus, clavato-cylindraceis, rigidis, sursum rotundatis, deorsum apiculato-attenuatis, atro-fuscis, opacis, multiseptatis, 100 = 10, cellulis diametro 2-3-plo brevioribus. 1826

Hab. in ligno Juniperi virginianæ in California.

14. **Clasterosporium sarcopodioides** (Corda) Sacc. *Hymenopodium sarcopodioides* Corda Ic. fung. I, p. 7, t. II, f. 121, *Sporidesmium sarcopodioides* (Corda) Bon. — Effusum, semipollicare, fuscum; stromate tenui; cellulis minutis, vesicularibus; conidiis magnis, tereti-clavatis acutiusculis v. obtusis, fuscis, 16-20-septatis, ad septa non constrictis. 1827

Hab. in caulibus et foliis putridis in Bohemia.

15. **Clasterosporium curvatum** (B. et C.) Sacc. *Sporidesmium curvatum* B. et C. North Am. Fung. n. 536. — Punctiforme, congestum; conidiis deorsum curvatis, sursum subfusiformibus, multiseptatis, subinde septis nonnullis verticalibus. 1828

Hab. in foliis Cratægi in Carolina sup. Amer. bor. — Valde affine *Clasterosp. ouga* Cordæ.

16. **Clasterosporium fragile** (Sorok.) Sacc. *Helminthosporium fragile* Sorok. Hedw. 1876, p. 113, t. 1 f. *A.* — Effusum, atrum suberumpens: hyphis repentibus ramosis septatis hyalinis hinc inde sporophora brevia inæquatia emittentibus conidiis cylindraceis atro-fuligineis, 6-10-septatis, utrinque rotundatis, 40-42 = 4-5; loculis subcuboideis, subinde guttulatis mox secedentibus 1829

Hab. in radicibus putridis Cochleariæ Armoraciæ, Kazan Rossiæ. — «An *Torulæ* affinius? Certe longius distat ab *Helminthosporio*».

17. **Clasterosporium sparsum** (Fres.) Sacc. *Sporidesmium sparsum* Fres. Beitr. p. 50, t. VI, f. 12-14. — Sparsum vel parce fasciculatum, atro brunneum: conidiis cylindraceo-fusoideis, rectis curvulisve, apice obtusiusculis, brevissime hyalino-stipitatis, 12-13-septatis, torulosis, 100-200 μ. longis, pallide brunneis. 1830

Hab. in caulibus siccis in Germania.

18. **Clasterosporium obclavatum** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium obclavatum* Cooke in Grevill. — Tenue, effusum, nigrum: conidiis obclavatis, elongatis, multiseptatis, brunneis 60-120 = 10. 1831

Hab. in caulibus Smilacis, Gainesville Florida Amer. bor. — Ad typum *Polydesmi exiliosi* nutans.

19. **Clasterosporium caricinum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2998, tab. XIX, f. 4, Cooke Black Moulds t. 25, f. 8. *Sporidesmium clasterosporium* Corda. — Acervis minoribus et majoribus, effusis, sæpe ad bi- vel triuncialem longitudinem confluentibus, folia occupantibus, omnino ceterum superficialibus, nigro-fuscis: conidiis maximis et nudo oculo discernendis, sibi indeterminatim incumbentibus, copiosis, anguste fusoideis, curvatis, 10-12-septatis guttulatisque, fuligineis, 110-130 = 10-11, e mycelio repente parco oriundis. 1832

Hab. valde frequens autumno in foliis majorum Caricum v. g. C. lacustris etc., Bethlehem, New Baltimore Amer. bor.

II. *Brachydesmium* Sacc.

Conidia ovoidea v. oblonga, breviora, 2-8-septata.

A. Conidia 2-4-septata.

20. **Clasterosporium atrum** (Link) Sacc. *Sporidesmium atrum* Link Obs. I, p. 39, t. 64, Sturm D. C. Fl. t. 17, Corda Ic. fung. VI, p. 4, fig. 14. — Cæspitulis diffusis, atris pulverulentis, stromate vero nullo: conidiis fusoideo-oblongis, utrinque obtusiuscule attenuatis, 1833

3-septatis, ad septa leniter constrictis, 60-65 μ. longis; pedicello filiformi diaphano conidio paullo breviori

Hab. in ligno Quercus, Platani etc. in Germania, Italia merid. Bohemia, Belgio, Amer. bor. — Conidia subinde 4-septata.

21. **Clasterosporium fasciculare** (Corda) Sacc. *Sporidesmium fasciculare* Corda Ic. p. 7, t. II, f. 114. — Cæspitulis effusis, atris, opacis; conidiis fasciculato-congestis, erectis, obovatis basi attenuatis et brevissime pedicellatis, tri- vel tetradymis, ad septa vix constrictis, atro-fuscis, fere impellucidis, 27 μ. diam. 1834

Hab. in ligno Betulæ albæ ad Hammerstein prope Reichenberg Bohemiæ et Œstrich Rhenogoviæ.

22. **Clasterosporium ovoideum** (Corda) Sacc. *Sporidesmium ovoideum* Corda Ic. fung. I, p. 7, fig. 115. — Cæspitulis effusis confluentibus, olivaceo-atris; conidiis obovatis, tri-quadri-locularibus, fuscis, semipellucidis. 1835

Hab. in ligno decorticato, rarius, in Bohemia.

23. **Clasterosporium opacum** (Corda) Sacc. *Sporidesmium opacum* Corda Ic. fung. I, pag. 7, f. 115, B. et Br. Ann. N. H. n. 1145, t. III, f. 6. — Effusum, inæquale, nigerrimum, opacum; conidiis brevissime hyalino-pedicellatis, oblongis cuneatis, ovatis vel ellipsoideis, polymorphis, 2-4-locularibus ad septa constrictis, initio brunneis, dein opace atris, 15-40 μ. longis; hypostromate luteolo. 1836

Hab. in truncis Ulmi montanæ, St. Catherine Britanniæ, et in ligno sicco in Bohemia

24. **Clasterosporium punctiforme** (Corda) Sacc. *Dicoccum punctiforme* Corda Ic. fung. III, pag. 4, fig. 10. — Epixylum, minutissimum, puncti- vel striæforme; cæspitulis subimmersis, mycelio spurio, aterrimo suffultis; conidiis oblongis subcurvatis, fuscis bi-triseptatis obtusis, gelatinæ albæ granulosæ immersis, 12 μ. longis. 1837

Hab. in ligno sicco putri pineo, Prag Bohemiæ.

25. **Clasterosporium Therryanum** Sacc. et Roum. Micn. II, p. 361. — Effusum, nigrum, subpulveraceum; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, biseptatis, non constrictis, 3-4-guttulatis, 20 = 4, fuligineis; basidiis paulo brevioribus subfasciculatis initio suffultis. 1838

Hab. in cortice interiore Ailanthi glandulosæ in horto botanico Lyon Galliæ.

26. **Clasterosporium asperum** Sacc. et Schulz. Micr. Slav. n. 77, Schulz. Ill. fung. Slav. n. 76. — Effusum, fuscum; conidiis elongato-obovatis v. subclavatis, 35-48 = 13-18, apice rotundatis, superficie laxe subhyalino-verruculosis utrinque approximato-bise- 839

ptatis, non constrictis fuligineis; basidiis brevibus, hyalinis, asperulis. 8-22 μ. longis.

Hab. in ligno putri Carpini, sociâ *Chætosphæriâ Saccardianâ*, Vinkovce Slavoniæ.

27. **Clasterosporium maculans** (Corda) Sacc. *Apolemnoum maculans* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 39. — Maculis griseis; acervulis atro-fuscis effusis; conidiis oblongis, 3-septatis, muco fere conglutinatis fuscis, articulis dein secedentibus. 1840

Hab. in ligno ramisque putrescentibus aqua diu immersis. Prag Bohemiæ. — Conidia rarius septo uno longitudinali divisa.

28. **Clasterosporium Bizzozerianum** Sacc. Mich. II. p. 289. *Sporidesmium Bizzozerianum* Sacc. Fung. Ven. Ser V. 193. Fung. ital. fig. 71. — Cæspitulis amphigenis, erumpenti-superficialibus, atris; conidiis oblongis utrinque subapiculatis, 26-28 = 7-8 3-septatis ad septa constrictis, fuligineis, breve hyalino-stipitatis. 1841

Hab. in foliis dejectis putrescentibus Erythrinæ Cristæ-Galli, Padova Ital bor. (G. Bizzozero). — Habitus quasi *Phragmidierum.*

29. **Clasterosporium gibbum** Sacc. Rouss. et Bomm. Miscell. mycol. F. Belg. n. 19 — Effusum, tenue, velutinum, atrum; hyphis mycelicis repentibus septulatis, pallide fuligineis hinc inde ramulos conidiophoros conidio triplo breviores sub-1-septatos exerentibus; conidiis oblongis arcuato-gibbis, hinc apice lateralî, sæpius obtuso, 2-septatis, non constrictis, 15 = 7-8, fuligineis, dein prorsus opacis. 1842

Hab. in foliis Arancariæ imbricatæ putrescentibus in Belgio. — Conidii apex subinde (e germinatione?) muco quodam auctus.

30. **Clasterosporium sticticum** (B. et C.) Sacc. *Sporidesmium sticticum* B. et C. North Am. Fung. n 532 — Punctiforme; conidiis oblongis, triseptatis e basi cellulosa hyalina oriundis, minute fasciculatis. 1843

Hab. in pag. inf. foliorum Platani in Carolina sup Amer. bor. 1844

31. **Clasterosporium capsularum** (Thüm.) Sacc. *Sporidesmium capsularum* Thüm. Fung. Am trig Sp n. 24. — Cæspitulis minutis, dense gregariis, leniter elevatis subconicis, sæpe confluentibus, atris; conidiis variis aut subglobosis, 4-6 septatis aut clavatis, 8-12-septatis aut ovato-clavatis 2-4-septatis magnitudine diversissima, 10-20 μ. cr., sine pedicello fuscis vel obscure fusco-lutescentibus, diupellucidis

Hab. in capsulis siccis Catalpæ bignonioidis, socio *Cladosporio*, Aiken in Carol. austr. Amer. bor.

32. **Clasterosporium bulbophilum** (West.) Sacc. *Sporidesmium bulbophilum* West. Bull. soc. Bot. Belg. II, pag. 248. — Effusum nigrum; conidiis solitariis v. aggregatis, brunneolis, oblongis v. piriformibus, 3-septatis, 30 = 10; pedicello brevissimo vel obsoleto. 1845

Hab. in bulbis Tuliparum locis humidis hieme servatis, Termonde Belgii.

33. **Clasterosporium fungorum** (Fr.) Sacc. Miscell. Myc. I, F. gall. n. 2267, *Sporidesmium atrum* Grev. Scot. IV, t. 194, nec Auct., *Epochnium fungorum* Fr. S. M. III, p. 449. — Cæspitulis effusis planis, aterrimis, 2-3 mm. latis, compactis, superficialibus; conidiis dense fasciculatis fusoideis, apice rotundatis, 25-28 = 8, recte vel inæqualateralibus, deorsum in basidium cylindraceum iis brevius attenuatis, 3-(raro 4)-septatis, ad septa leniter constrictis, loculis 2 intermediis fuligineis, guttulatis, extimis basidiisque dilute olivaceis. 1846

Hab. in Corticio levi et affinibus parasiticum in Suecia, Britannia et Gallia. — Natura vero compacta a *Clasterosporio* recedit et potius ad *Exosporium* vergit. A *Corynei* vegetatione prorsus superficiali differt. — *Epoch. fungorum* in Sacc. Spec. Myc. Ven. est forma cladosporiacea.

B) Conidia 3-5-septata.

34. **Clasterosporium congestum** (Preuss) Sacc. *Sporidesmium congestum* Preuss Fung. Hoversw. n. 10, et in Sturm D. C. Fl. t. 31. — Cæspitulis epixylis effusis, congestis, atris; conidiis erectis, clavatis, deorsum attenuatis pedicelliformibus, clavula incrassatis, atro-fuscis fere impellucidis, 3-5-septatis, torulosis, parte basilari cylindracea 4-5-septata clavulam paulo superante, atro-fusca. 1847

Hab. in truncis putridis Alni prope Hoverswerda (Sturm).

35. **Clasterosporium fusiforme** (Nees) Sacc. *Sporidesmium fusiforme* Nees N. Acta Leop. IX, p. 230, t. V, f. 1, Corda in Sturm D. C. Fl. t. 18. — Mycelio tenui effuso; conidiis fasciculatis, fusiformibus utrinque acutis, fuligineis, 5-6-septatis, ad septa constrictis, pedicello obsoleto. 1848

Hab. ad ligna vetusta in Germania et Bohemia. — Sec. Link est *Cl. atri* status adultus, sed diversa sane res videtur ex iconibus.

36. **Clasterosporium abruptum** (B. et Br.) Sacc. *Sporidesmium abruptum* B. et Br. Ann. N. H. n. 1042, t. XIV, f. 8. — Pulvinatum, minutum, fere vermiculariforme; conidiis oblongo-clavatis, apice rotundatis, in pedicellum brevissimum attenuatis, 4-5-locu- 1849

laribus, loculo medio ceteris multo longiore, non constrictis 60 = 15, fuscis.

Hab. in ligno putri in Britannia.

37. **Clasterosporium clavulatum** (Cooke et Harkn.) Sacc. *Bactrodesmium clavulatum* Cooke et Harkn. in Grevill. XII, p. 92. — Effusum, maculæforme, velutinum, atrum; conidiis clavatis, rectis, sursum rotundatis, deorsum in stipitem brevem attenuatis, 4–5-septatis, atro-fuscis 45–50 = 15. 1850

Hab. in cortice Eucalypti in California.

38. **Clasterosporium olivaceum** (W.) Sacc. *Sporidesmium olivaceum* Wallr. Fl. cr. Germ. n. 1700. — Conidiis oblongis obtusis in basin productis subclavatis obsolete septatis, in stratum tenue velutinum olivaceum nitidum congestis, cæspitulumque atro-fuscum verrucosum deplanatum obstruentibus. 1851

Hab. ad Tiliæ ramulos putres, nonnisi *Hercosporum Tiliæ* occupans stratoque velutino olivaceo belle investiens, in Thuringia — «An *Helminthosporium Tiliæ?*».

39. **Clasterosporium linguæforme** (Preuss) Sacc. *Sporidesmium linguæforme* Preuss Fung. Hoyersw. n. 5. — Cæspitulis epixyliis, effusis, granulosis, atris; hypostromate repente, atro-fusco, septato suffulto; conidiis coacervatis, linguæformibus, subpedicellatis seu basi attenuatis, atro-fuscis, pellucidis, supra atris impellucidis, septatis. 1852

Hab. in ligno Pini excorticato putrido, Kuhnicht prope Hoyerswerda.

40. **Clasterosporium Celastri** (Thüm.) Sacc. *Sporidesmium Celastri* Thüm. nov. spec. — Maculas numerosas, magnas, irregulares, pulveraceas, fere detergibiles, adpressas, planas, cinereofuscas formans; hyphis brevibus, inæqualibus, simplicibus, continuis griseis conidiis clavatis, bi-quinqueseptatis, ad septa leniter constrictis apice basive rotundato-angustatis, cinereo-fuscescentibus vel fuscis, 25–38 = 6–9, longe pedicellatis; pedicellis cylindraceis, sursum sensim subdilatatis. 1853

Hab. in spinis ramorum emortuorum Celastri buxifolii in silvis montis «Boschberg» prope Somerset-East, Promont. bonæ spei (Mac Owan). — Proximum *Clast. Eremita* Corda, sed conidiis non solitariis et majoribus etc.

41. **Clasterosporium brunneum** (Bon.) Sacc. *Sporidesmium brunneum* Bon. Abhand. Geb. myk. II, p. 88, tab. I, f. 1. — Cæspitulis effusis, atris; conidiis oblongo-clavatis, 4–5-septatis constri- 1854

ctis brunneis, deorsum attenuatis et cum cellula basilari tumida a matrice assurgentibus.

Hab. in caulibus siccis in Guestphalia.

42. **Clasterosporium Amygdalearum** (Pass.) Sacc. Mich. II. p. 557. 1855
Sporidesmium Amygdalearum Pass. M. Un. n. 174. — Maculis subcircularibus, ochraceis, atrosanguineo-marginatis; acervulis epiphyllis punctiformibus, atris; conidiis fusoideis 54 : 14, 4–5-septatis, leniter constrictis, fuligineis; basidiis teretiusculis articulatis, fasciculatis conidio paulo brevioribus suffultis.

Hab. in foliis subvivis Persicæ, Amygdali, Cerasi, Armeniacæ in Italia bor., Lusitania, Austria, Helvetia. — Maculæ foliorum interdum steriles, denique centro perforatæ.

43. **Clasterosporium punctatum** (Lev.) Sacc. *Sporidesmium punctatum* Lev. Ann. Sc. nat. 1845, p. 68. — Cæspitulis hypophyllis, sparsis, nigris, punctiformibus; conidiis fasciculatis elongatis, 4–6-septatis, pedicellatis. 1856

Hab. in foliis Melastomatum in Bolivia (Pentland).

44. **Clasterosporium epiphyllum** (Lev.) Sacc. *Sporidesmium epiphyllum* Lev. Ann. de Scien. Nat. 1843, p. 214, t. 7, f. 3. — Nigrum, sparsum punctiforme; conidiis discretis oblongo-ellipticis obtusis 5–6-septatis, non constrictis, fuligineis; pedicellis fasciculatis angustis simplicibus, erectis, septatis, pallidioribus, conidio triplo longioribus. 1857

Hab. in foliis et pericarpiis Fagi silvaticæ, Meudon prope Paris Galliæ.

45. **Clasterosporium celatum** (W. et C.) Sacc. *Sporidesmium celatum* Welw. et Curr. Angol. p. 292, t. 17, f. 15. — Foliicolum; mycelio sub folii cuticula nigrificata dense compacto; conidiis fusoideis, 3–5-septatis, leviter curvis v. rectis, interdum substipitatis, fuscis; stipitello pallidiore. 1858

Hab. in foliis Euphorbiaceæ cujusdam, Ceango Golungo alto Angolæ.

C) Conidia 5–8-septata.

46. **Clasterosporium clavæforme** (Preuss) Sacc. *Sporidesmium clavæforme* Preuss Fung. Hoyersw. et in Sturm D. C. Fl. t. 4. — Cæspitulis effusis, atris, opacis; conidiis fasciculatim congestis erectis, clavatis, inæqualibus, basi attenuatis, 8–10-septatis, pedicellatis, atro-fuscis, farctis, loculo summo pallidiori. 1859

Hab. in ligno Pini putrido, Hoyerswerda. — Var. **leptopus**

Sacc. Cfr. F. ital. t. 749: conidiis e fusoideo vel ex ovoideo clavatis, inæqualibus, 30-40 = 15-20, apice rotundatis, 3-6-septatis, vix constrictis, 4-7-nucleatis, fuligineis deorsum in stipitellum concolor brevissimum productis. In ligno putri Fici Caricæ, Vittorio Ital. bor.

47. **Clasterosporium nitens** (Schw.) Sacc. *Sporidesmium nitens* Schw. 1860
Syn. Amer. bor. n. 3082. — Stromate applanato-pulvinato: acervis minutis semilinearibus, tantum passim confluentibus, lignum longe lateque interpungens; conidiis dense aggregatis clavatis, fusiformibus et subtortuosis, fusco-atris, nitentibus.

Hab. in truncis et ramis denudatis Spirææ opulifoliæ, Bethlehem Amer. bor.

48. **Clasterosporium microscopicum** Schulz. et Sacc. Micr. Slav. n. 76. 1861
Schulz. Ill. fung. Slav. n. 541. — Fasciculatum, effusum, fuligineum: conidiis ex hyphis repentibus tenuibus oriundis assurgentibus, clavatis sursum attenuatis, subcurvis, apice obtusiusculis, 40-74 = 10-14, 5-7-septatis non vel vix constrictis, fuligineis, apice pallidioribus.

Hab. in ramis quercinis pr. Vinkovce Slavoniæ.

49. **Clasterosporium glomerulosum** Sacc. Mich. I, pag. 131, F. ital. 1862
t. 746. — Cæspitulis sæpe in stratum latiuscule extensum congregatis, atro-fuligineis, subvelutinis: hyphis repentibus filiformibus 1½ μ. cr., tortuosis, dilute fuligineis, hinc inde sporophora brevissima concoloria emittentibus; conidiis in apice sporophororum insertis, oblongo-cylindraceis, curvulis, 35-45 = 8-10, utrinque præcipue apice rotundatis, 6-7-septatis, vix constrictis, 7-8-guttulatis fuligineis.

Hab. in excavatione paginæ inferioris foliorum Juniperi communis in Forstgarten in Eberswalde in Marchia Brandenburgensi (P. Magnus). — Huc spectare videtur forma conidica, quam nomine *Pleosporæ conglutinatæ* descripsit et pinxit cl. Goebel in Würt. Jahresb. 1879 p. 305, t. IV. (æque in Junipero).

50. **Clasterosporium parasiticum** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium parasiticum* Cooke Grevillea vol. VI. p. 74, cum icone. — Parasiticum, atrum; conidiis cylindraceis, rectis, 6-8-septatis, torulosis, brunneis, breviter stipitatis, 50-70 = 10. 1863

Hab. in Phleospora Mori parasiticum, ad folia Mori i Britannia. — Ad *Polysdemum exitiosum* accedere dicitur.

51. **Clasterosporium maculatum** Cooke in Grevillea et Black Mould. 1864
t. 25, f. 9. — Epiphyllum; maculis orbicularibus, 6 mm. latis ve-

lutinis; conidiis fasciculatis, anguste clavatis, ad basim attenuatis, supra atro-brunneis, inferne hyalinis, 7-9-septatis, 80 ≍ 6; mycelio repente.

Hab. in foliis Fici cordifoliæ, Kolapore Bombay Indiæ (J. Hobson).

52. **Casterosporium Hydrangeæ** (Thüm.) Sacc. *Sporidesmium Hydrangeæ* Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 185. — Cæspitulis minutis, epiphyllis, dense gregariis, griseo-olivaceis in macula arescendo-albicante, orbiculari, lentiformi, purpureo-violaceo cincta; conidiis clavatis vertice subobtuso-rotundatis, basi angustatis, sex-octo-cellularibus, fumoso-griseis, subpellucidis, 45 ≍ 16; pedicello brevissimo, valde caduco, hyalino. 1865

Hab. ad folia viva languidave Hydrangeæ hortensis, Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller).

53. **Clasterosporium tenuissimum** (Nees) Sacc. *Helminthosporium tenuissimum* Nees Nov. Act. N. Cur. p. 242. t. V. f. 1. *Macrosporium tenuissimum* (Nees) Fr. S. M. III. p. 374. — Hyphis tenuibus simplicibus erectis olivaceo-nigris, laxe cæspitosis, conidiis ad basin congestis, olivaceis, clavato lanceolatis, 3-5-septatis. 1866

Hab. ad caules herbarum siccos nec non ad petala florum Compositarum marcida v. c. Anthemidum, Dianthi, Ranunculi in Germania, Gallia, Suecia.

54. **Clasterosporium putrefaciens** (Fuck.) Sacc. *Sporidesmium putrefaciens* Fuck. Symb. myc. p. 250. t. II. f. 32. — Cæspitulis explanatis, velutinis, olivaceo-viridibus; conidiis fasciculatis, stipitatis, oblongis, 6-7-septatis, stipite 56 μ. long.; conidiis evolutis, sine stipite, 82 ≍ 16, flavis. 1867

Hab. in foliis Betæ vulgaris, quæ subinde omnino obducit et nigrificat, plantæ morbum gravem afferens, in Rhenogovia.

55. **Clasterosporium caulicolum** (Corda) Sacc. *Sporidesmium caulicola* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 19. — Effusum, atrum; conidiis subfasciculatis tereti-fusoideis, fuligineis, 7-8-septatis, ad septa leniter constrictis; pedicellis obsoletis. 1868

Hab. ad caules siccos Umbelliferarum in Bohemia.

56. **Clasterosporium scirpicolum** (Fuck.) Sacc. *Sporidesmium scirpicola* Fuck. Symb. p. 140, t. I. f. 8. — Conidiis anguste elongato-clavatis, stipitatis, 6-septatis, 7-guttulatis, flavis, fasciculatim crescentibus et maculas fuscas formantibus. 1869

Hab. in calamis siccis Sirpi lacustris, Hattenheim Rhenogoviæ.

57. **Clasterosporium clavatum** (Lev.) Sacc. *Sporidesmium clavatum* Lev. Ann. des Scien. Nat. 1843, p. 215, t. 7. f. 4. — Sparsum, griseum; conidiis oblongis obtusis, 7-8-septatis, vix constrictis cinereis, pedicellis filiformibus, erectis vix septatis concoloribus, conidium subæquantibus. 1870

Hab. ad culmos prostratos Dactylidis glomeratæ, Romainville prope Paris Galliæ.

Species mihi non satis nota.

58. **Clasterosporium adscendens** (Berk.) Sacc. *Sporidesmium adscendens* Berk. Fungi of the Beagle Ann. N. H. 1840. IV, t. VIII. f. 1. — In Quercu et Nyssa in Carolina Amer. bor. — Cfr. *Clost. Hirudo.* 1871

STIGMINA Sacc. Mich. II. p. 22 (Etym. a *Stigmella*, cui affinis) *Stigmella* Fuck. p. p. — Conidia ovoidea v. oblonga, 2-pluriseptata, in acervulos aggregata, phyllogena, basidiis brevibus fulta.

1. **Stigmina Visianica** Sacc. F. ital. t. 930. Mich. I. p. 353. — Acervulis hypophyllis, hinc inde gregariis, erumpenti-superficialibus, applanatis, atro olivaceis, subvelutinis; conidiis e strato proligero celluloso fuligineo oriundis, oblongo-ovoideis, utrinque obtusiusculis, 20-32 = 8-10, 3-(raro 4-)septatis, parceque muriformibus, ad septa vix, ad medium distincte constrictis, sæpe guttulatis, olivaceo-fuligineis, basidiis brevissimis hyalinis crassiusculis suffultis. 1872

Hab. in foliis dejectis Platani orientalis, Padova Italiæ borealis frequens in Horto botanico.

2. **Stigmina Platani** (Fuck.) Sacc. F. ital. t. 931, *Stigmella Platani* Fuck. in bot. Zeit. 1871 p. 27 et Hedw. 1872 p. 182, verisimillime eadem ac *Puccinia Platani* Biv. Stirp. rar. Sic. p. 16, t. 3, fig. 5 (1815). — Cæspitulis hypophyllis minutis, dein subeffusis, atris: conidiis ovato-oblongis, 15-20 = 6-8, intense olivaceis, spurie 1-3-septatis, non constrictis, episporio crassiusculo: basidiis conicis, fuscidulis, conidio paulo brevioribus 1873

Hab. in pag. infer. foliorum Platani orientalis in Germania et Græcia. — Conidia, sec. Fuckel l. c. 24 = 12.

3. **Stigmina Thermopsidis** Harkn. F. Calif. p. 17. — Amphigena, in maculis inæqualibus brunneis: cæspitulis minutis: hyphis brevissimis, simplicibus, brunneis; conidiis oblongis v. ovoideis rugulosis, 1-2-septatis, brunneis 24 = 12. 1874

Hab. in foliis viventibus Thermopsidis Californicæ, Tamalpais Californiæ.

FUSARIELLA Sacc. Miscell. myc. I. p. 29 (Etym. a *Fusario* cujus est analogon). — Hyphæ fertiles simplices v. varie ramosæ, breves v. brevissimæ e mycelio repente oriundæ, subhyalinæ. Conidia acrogena fusiformia, curva, 2–pluriseptata, olivacea v. fusca. — Ob formam conidiorum ad *Fusarium* quodammodo accedit, habitus vero toruloideus.

1. **Fusariella viridi-atra** Sacc. Misc. mycol. I. p. 29, *Fusisporium atrovirens* Fung. ital. fig. 45 vix vero *Fusisporium atrovirens* Berk. — Atrovirens, effusa, pulverea; conidiis fusoideis, curvulis, 3–septatis, ad septa leniter constrictis 25–30 = 6–8, olivaceo–fuscis utrinque acutiusculis, sporophoris, sæpius furcatis, subhyalinis, filiformibus suffultis. 1875

Hab. in foliis caulibusque Alliorum putrescentibus, Vittorio Ital. bor.; in charta bibula putri, Newfield, New Jersey, Amer. bor. (J. B. Ellis).

2. **Fusariella atrovirens** (Berk.) Sacc. *Fusarium atrovirens* Berk. Engl. Fl. V, p. 351. — Maculis minutis; hyphis effuso-radiantibus albis, muco griseo sæpe obductis; conidiis centrum occupantibus fusoideo-semilunatis, arcte curvatis griseo viridulis dein atro-viridibus. 1876

Hab. in Alliis, quæ enecat. King's Cliffe Britanniæ. — Conidia circuli tertiam partem formantia. Cæspituli ambitu initio flocculosi.

CRYPTOCORYNEUM Fuck. Symb. myc. p. 372 (Etym. *cryptos* abditus et *Coryneum*). — Conidia cylindracea, multiseptata, basi fasciculatim adnata, in cæspitulos perpendiculariter dense disposita. — Genus cum *Speira* forte comparandum, mihi vero nondum visum.

1. **Cryptocoryneum fasciculatum** Fuck. l. c. t. I. fig. 44. — Cæspitulis planis, orbicularibus elongatisve, vix 2 mm. latis, aterrimis, opacis; conidiis 15–septatis, paliformibus, non constrictis, 72 = 6. 1877

Hab. in cortice interiore Quercus, Piri, Ligustri, Œstrich Rhenogoviæ.

CERATOPHORUM Sacc. Mich. II. p. 22 (Etym. *ceras* cornu et *phoreo* fero). — Hyphæ steriles repentes, parcæ, sporophora brevia

hinc inde exerentes. Conidia fusoidea v. cylindracea, 2-pluriseptata, fuliginea, sursum 1-3-cuspidata, incurvata et pallidiora.

1. **Ceratophorum helicosporum** Sacc. Mich. II, p. 22. *Sporidesmium helicosporium* Sacc. F. ital. t. 72, Mich. I, p. 89. — Hypophyllum, maculas atras effusas velutinas efficiens; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, parcis, fuscidulis, hinc inde sporigeris; conidiis brevissime stipitatis e basi obtusiuscula fusoideis, sursum longe circinato-cuspidatis, 130-150 ≈ 14, 13-15-septatis, pluri-nucleatis, obscure olivaceo-fuligineis, sursum subhyalinis. 1878

Hab. in pag. infer. foliorum vigentium v. languidorum Quercus pedunculatæ in silva Montello Ital. bor.

2. **Ceratophorum uncinatum** (Clint. et Peck) Sacc. *Clasterisporium uncinatum* Cl. et Peck 29 Rep. on the St. Mus. N. Y. p. 50, t. I, f. 9-10. — Tenuiter effusum, atro-brunneum; conidiis majusculis, subfusoideis, rectis v. curvulis, 5-7-septatis, 6-8-guttatis, coloratis, 40-50 μ. long., sessilibus (?), apice (?) in cuspidem longam, subhyalinam, septatam eximie uncinatam desinentibus. 1879

Hab. in pag. infer. foliorum Quercuum, Buffalo Amer. bor. (Clinton). — «Cl. Peck cuspidem ut inferam describit et pingit sed more generis apicalem censeo».

3. **Ceratophorum epiphyllum** (B. et C.) Sacc. *Sporidesmium epiphyllum* B. et C. North. Amer. Fung. n. 535. — Punctiforme; conidiis basi longe pedicellato-attenuatis, sursum curvatis subrostratis, hyalinis, multiseptatis, 15 μ. longis. 1880

Hab. in foliis Castaneæ in America bor.

4. **Ceratophorum erineoides** (Ces.) Sacc. *Sporidesmium erineoides* Ces. F. Born. p. 26, t. IV, f. 5. — Cæspitulis fusco-lutescentibus, hypophyllis, sparsis, *Erineum* minutum simulantibus; conidiis fusiformibus 5-septatis longe et flexuose caudatis, 36 μ. longis (sine appendice), 14 μ. crassis; hyphis filiformibus sterilibus intermixtis. 1881

Hab. foliis coriaceis arboris ignotæ, Mottang in dimone Sarawak, Borneo (Beccari).

5. **Ceratophorum cirratum** (Ces.) Sacc. *Sporidesmium cirratum* Ces. Myc. Born. p. 26, t. IV, f. 6. — Cæspitulis maculiformibus, atris, facillime detergibilibus, ex hyphis intricatis incurvatis, obscure septatis, sterilibus constantibus, et ex aliis in conidium acrogenum fulvum elongato-ellipticum, triseptatum apiculatum, 40 ≈ 12-14 abeuntibus, apiculis e basi crassiuscula cuspidatis curvis. 1882

Hab. ad folia Cyperaceæ cujusdam sterilis, ni fallor Scleriæ, in pagina inferiori, Sarawak, Borneo (Beccari).

6. **Ceratophorum tripartitum** (Bagnis) Sacc. *Sporidesmium tripartitum* Bagnis Micol. Rom. Cent. II, p. 6, t. III, fig. 3. — Hypophyllum, maculas atras effusas velutinas efficiens; hyphis sterilibus repentibus ramosis, parcis, fuscidulis hinc inde sporigeris: conidiis brevissime stipitatis e basi cuneiformi fusoideis, 6–7-septatis, leniterque constrictis, apice in cuspides ternas extus circinatas, 3–4-septulatas desinentibus, 90–100 = 25, olivaceo-lutescentibus. 1883

Hab. in foliis Quercus Pseudo-suberis in horto botanico, Roma.

7. **Ceratophorum hypodermium** (Niessl) Sacc. *Sporidesmium hypodermium* Niessl Hedw. 1881, p. 146. — Conidiis cylindraceo-clavatis, pedicellatis, apice truncatis, 2-septatis olivaceis appendiculis flexuosis, hyalinis binis ternisve instructis. 1884

Hab. in foliis (?) in horto botanico Calcutta Indiæ. — «An *Pestalozzia?*»

8. **Ceratophorum ciliatum** (Corda) Sacc. *Sporidesmium ciliatum* Corda in Sturm D. C. F. t. 20. — Effusum maculiforme atrum; conidiis fusiformibus subsessilibus, 3–4-septatis, leniter constrictis, apice breviter cuspidatis fuscis. 1885

Hab. in lignis quercinis et corylei in Bohemia.

UROSPORIUM Fingerh. in Linnæa X (1836) p. 231 (Etym. *oura* cauda et *spora*). — Hyphæ decumbentes rigidæ fuscæ, ramosæ apice dichoromo subincrassato. Conidia oblonga, 2–3-septata, apice caudata, hyphis, præcipue basi inspersa. — Genus mihi ignotum, forte *Ceratophoro* affine.

1. **Urosporium curvatum** Fingh. l. c. — Conidiis curvatis, flavescentibus, oblongis, 2–3-septatis; hyphis generis. 1886

Hab. in trabibus vetustis putrescentibus hieme in Germania.

Trib. 2. **Septonemeæ** Sacc.

SEPTONEMA Corda Ic. fung. I, p. 9, Sacc. Mich. II, p. 22 (Etym. *septum* et *nema* filum). — Hyphæ steriles repentes, sæpius obsoletæ; fertiles brevissimæ vel a conidiis parum diversæ. Conidia elongata, pluriseptata, fusca, in catenulas digesta.

1. **Septonema Hormiscium** Sacc. Mich. II, p. 559. F. ital. t. 922. — Cæspitulis effusis, atro-fuliginei, setulosis; conidiis in catenulas 150 = 12–14 longas, simplices digestis, fusoideis v. obclavatis, 40–50 μ. longis, 6–10-septatis, non constrictis, fuliginei. 1887

Hab. in cortice Piri communis, Padova Ital. bor. — Var. **angustius** Sacc. F. ital. t. 923: catenulis angustioribus, nempe 150 ≈ 6–8, conidiis apicalibus tenuioribus, 1–3-septatis, 7–8 ≈ 4–5; inferioribus 7–8-septatis, 30–40 ≈ 6–8. — In ligno denudato in silva Montello, Ital. bor.

2. **Septonema rude** Sacc. Mich. I, p. 270, F. ital. t. 921, Grevillea 1888
t. 99, fig. 13. — Effusum, atrum, velutinum; conidiis ex mycelio obsoleto oriundis, oblongo-fuspideis, 40–55 ≈ 10–12, utrinque **truncatis**, rectis v. leniter inæquilateralibus, 6–8-septatis, non constrictis, atro-fuligineis in catenulas erectas, rigidulas moniliformes vertice sæpius (e conidio rudimentali) subhyalino-apiculatas digestis.

Hab. in ligno putrescente pirino, Selva Ital. bor.; in ligno Juniperi, New Jersey Amer. bor.

3. **Septonema atrum** Sacc. Mich. II, p. 559, F. ital. t. 926. — Cæ- 1889
spitulis varie effusis, atris, setulosis; conidiis in catenulas elongatas simplices v. furcatas digestis, oblongis, utrinque rotundato-truncatis, 14–24 ≈ 7–8, 3–5-septatis, non constrictis, fuligineis; hyphopodiis conidia imitantibus (v. nullis visis).

Hab. in ligno salicino putri, Selva (Treviso) Ital. bor.

4. **Septonema subramosum** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1885. — Ef- 1890
fusum atrum; catenis subfasciculatis, erectis simplicibus v. ramosis, septatis, 70–100 ≈ 6–7, hinc inde constrictis et conidia oblonga catenata et vix secedentia sistentibus; articulis summis subhyalinis.

Hab. in ligno intemperiis diu exposito, Oregon Amer. bor. — Affine dicitur *Septonemati atro.*

5. **Septonema strictum** Corda Ic. fung. VI, p. 6. fig. 22. — Cæspi- 1891
tulis effusis atris; catenulis erectis confertis, simplicibus; conidiis oblongis inæquilongis, utrinque obtusatis, 6 μ. cr., 3–10-septatis, plerumque 3–5-septatis inferioribus fuscis, superioribus pallidioribus.

Hab. in fragmatis ligneis arborum frondosarum, Prag Bohemiæ. 1892

6. **Septonema Vitis** Lév. Ann. Sc. nat. 1848, p. 261. — Hyphis floccosis gregariis hypophyllis fasciculatis longis, cylindricis, continuis, macula exarida insidentibus cæspitulosque nigros formantibus; conidiis acrogenis, catenatis, subfusiformibus, 4–6-septatis, deciduis.

Hab. ad folia Vitis viniferæ, Bordeaux Galliæ. — «Diu pro *Cercospora viticola* habui: hunc vero diversam rem censeo et revera *Septonematis* speciem

7. **Septonema caulicolum** Lev. Ann. Sc. nat. 1848, p. 262. — Hyphis floccosis, brevissimis, fasciculatis; conidiis fusiformibus, catenatis 5-6-septatis, subdichotome ramosis, aterrimis. 1893

Hab. in caulibus Solani tuberosi, Romainville pr. Paris Galliæ. — Maculas atras format.

8. **Septonema dendriticum** Lev. Ann. Sc. nat. 1848, p. 262. — Hyphis floccosis gregariis erectis rigidis simplicibus, nigris; conidiis elongatis, subcylindraceis, 6-8-septatis, concoloribus, catenulatis et digitatis. 1894

Hab. in caulibus putridis herbarum majorem pr. Paris Galliæ. — «Verisimiliter *Dendryphii* species».

9. **Septonema spitomeum** Bark. in Hook. Journ. 1845, IV p. 310, t. XII, f. 5. Cooke Handb. f. 191. — Cæspitulis minutis, punctiformibus, sparsis, semen Papaveris æquantibus; catenis ramosis; conidiis oblongo-ellipsoideis, 3-septatis, rugulosis, parce guttulatis. 1895

Hab. in asseribus vetustis lignoque dejecto in Britannia et in Carolina sup. et Ohio Amer. bor.

10. **Septonema irregulare** B. et Br. Ann. N. H. n. 942, t. XV, f. 13. — Effusum, tenue, nigrum, inæquale, constans ex hyphis continuis v. ex conidiis oblongis 17-25 μ. longis, 2-3-septatis, leniterque constrictis. 1896

Hab. in ramis vivis Piri Mali, Apethorpe Britanniæ.

11. **Septonema radians** B. et R. North Amer. Fungi n. 518. — Cæspitulis tenuibus, transversalibus, atris; catenulis brevibus furcatis; conidiis 1-3-septatis, ad septa constrictis; loculis subglobosis. 1897

Hab. in cortice vivo Betulæ in Carolina infer. Amer. bor. (Ravenel).

12. **Septonema obscurum** B. et C. North Amer. Fungi n. 517. — Tenue, sparsum, catenulis simplicibus fragilibus, articulis angustis oblongis biseptatis, 15 ≍ 4, eguttulatis. 1898

Hab. in ligno dejecto in Carolina infer. Amer. bor. et in Gallia. — In speciminibus gallicis adsunt cæspituli minuti atri; hyphopodia teretiuscula, continua, brevia; conidia catenulata teretifusoidea, 1-3-septata, 14 ≍ 4, lenissime constricta, fuliginea.

13. **Septonema dichænoides** Peck et C. 30 Rep. on St. Mus. N. Y. pag. 53. — Cæspitulis minutis suborbicularibus v. ellipsoideis; catenulis minutis, 7-10 μ. crass., denique in conidia oblongo-ellipsoidea continua v. 1-2-septata dilabentibus. 1899

Hab. in cortice Alni, Olean Amer. bor. — Cæspituli *Dichænum fagineum* fere æmulantur. Species inter *Septonema* et *Torulam* fere media.

14. **Septonema breviusculum** B. et C. North Amer. Fungi n. 514. — 1900
Tenue, effusum, atrum; catenulis simplicibus; articulis ellipticis, 1-2-septatis, 15 ≍ 7-9.

Hab. in corticibus adhuc vivis Acerum in Carolina infer. Amer. bor. — Ad *Bisporam* accedit.

15. **Septonema bisporoides** Sacc. Mich. II, p. 559. Fungi it. t. 924. 1901
— Cæspitulis effusis, atrofuligineis, setulosis; conidiis in catenulas longas simplices digestis, cylindraceo-oblongis; utrinque obtusiusculis, longitudine variis nempe 15-20 ≍ 4, vel 10 ≍ 4, minoribus 1-2- longioribus 3-4-septatis, non vel leniter constrictis, fuligineis.

Hab. in ligno quercino putri in Silva Montelle Ital. bor. et in Arduennis.

16. **Septonema connatum** B. et C. North Amer. Fungi n. 519. — 1902
Pulvillis sparsis minutis; catenulis e mycelio compacto oriundis ramosis, articulis ellipticis, initio transverse 1-septatis, dein et verticaliter et tunc cruciato-divisis.

Hab. in Salice Russeliana in Pensylvania Americæ bor. (Michener). — « An *Sirodesmio* affinius? ».

17. **Septonema punctiforme** B. et C. North Amer. Fungi n. 515. — 1903
Maculis subcircularibus brunneis; catenulis cæspituloso-fasciculatis; articulis 2-3-septatis, ellipsoideis, 12-25 μ. longis e pedicello hyalino oriundis.

Hab. in foliis Liriodendri in Carolina infer. Amer. bor.

18. **Septonema cæspitosum** B. et C. North Amer. Fungi n. 516. — 1904
Cæspitulis variis, catenulis, absque hyphopodio manifesto, demum furcatis; articulis oblongis, triseptatis, enucleatis, 12-25 μ. longis.

Hab. in foliis Liriodendri in Carolina infer. Amer. bor.

19. **Septonema asprellum** B. et C. North Amer. Fungi n. 522. — 1905
Sparsum, punctiforme; articulis initio levibus demum imprimis ad septa echinatis triseptatis, 30-32 μ. longis, utrinque appendiculatis.

Hab. in caulibus herbarum in America boreali.

20. **Septonema olivaceo-nigrum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 806. — 1906
Pulvinulis tomentosis, olivaceo-nigris, congestis; conidiis 4-articulatis, articulis globosis, echinulatis, ex hyphis ramosis articulatis oriundis, 20 μ. longis.

Hab. in foliis (ut videtur) Agaves in insula Ceylon.

21. **Septonema secedens** Corda Ic. fung. I, p. 9, fig. 147. — Cæspitulis pulvinatis olivaceis; catenis ramosis fuscis; conidiis oblongis, concoloribus, pellucidis, 20-23 μ. longis, 3-4-locularibus. 1907

Hab. in cortice putrido Betulæ albæ prope Reichenberg Bohemiæ.

22. **Septonema tabacinum** Ell. et Harkn. Bull. Torr. Cl. 1881 p. 28. 1908
— Cæspitulis e tabacino nigris, sparsis; catenis simplicibus echinulatis in conidia cylindracea, 3-4-septata, 20-25 = 3-4 facile dilabentibus.

Hab. in cortice indurato Pini, Newfield N. J. Amer. bor. — Cæspituli semen Sinapeos æquantes.

23. **Septonema toruloideum** C. et E. in Grevillea. — Atrum, effusum, velutinum; conidiis 3-4-septatis, constrictis, brunneis, 25 μ. longis, in catenas simplices digestis. 1909

Hab. in resina pinea, New Jersey Amer. bor.

24. **Septonema multiplex** B. et C. North Amer. Fungi n. 520. — 1910
Effusum nigrum; catenulis varie ramosis; articulis oblongis irregularibus, 3-5-septatis.

Hab. in truncis quercinis et Eucalypti in Carolina inf. et California Amer. bor. (Ravenel et Harkness).

25. **Septonema dendrypnioides** B. et C. North Amer. Fungi n. 521 1911
— Sparsum, punctiforme; catenulis ramosis, conidiis subquadriseptatis oblongis angustis loculis subæqualibus.

Hab. in ligno pinéo in Carolina infer. Amer. bor.

POLYDESMUS Mont. V. Cent. in Ann. Sc. nat. 1845. p. 365 (Etym. *polys* multus et *desmos* ligamen). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ simplices aut ramosæ septatæ, pellucidæ. Conidia interstitiis filiformibus concatenata, fusiformia aut claviculata, pluriseptata opaca, subinde ramuloso-prolifera. — Ab *Alternaria* differt conidiis typice non murali-divisis, sed exceptiones non desunt et tunc quæritur nonne *Polydesmus* sit status *Alternariæ*. Ceterum genera quædam ut *Cladosporium*, *Alternaria*, *Macrosporium*, aliaque habitum sæpe simillimum inter se præbentia miro modo variant ut fere non sint definienda.

Polydesmus elegans Dur. et Mont. Fl. Alg. I, p. 360 t. XX, f. 5. 1912
— Effusus, maculiformis, ater, pulvereus; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus erectis, septatis, subinde ramosis, in conidia abeuntibus; conidiis lanceolatis, opaco-fuscis, 40-55 = 10, utrinque vel uno apice attenuatis apiculoque minuto terminatis, hinc per isthmos filiformes concatenatis, pluries septatis guttulatisque.

Hab. in foliis siccis Agaves americanæ prope Alger Africæ et Coimbra Lusitaniæ.

2. **Polydesmus exitiosus** Kühn Krankh. p. 165, t. VI, *Sporidesmium exitiosum* Kühn Bot. Zeit. 1856, p. 89, t. II. — Minutum punctiforme vel lineolatum, atro-brunneum; conidiis elongato-obclavatis, sursum attenuatis, 8-12-septatis, ad septa leniter constrictis, olivaceo-fuscis, loculo summo longiore et pallidiore, 120-140 = 14-16, plerumque in catenas longiusculas digestis, pedicellis seu sporophoris brevibus, paliformibus, continuis vel parce septatis, 15-20 μ. longis, brunneis. 1913

Hab. in caulibus et siliquis Brassicæ campestris et Br. Rapæ, quibus gravem noxam affert, in Germania. — Cfr. Kühn l. c. ubi expositio plena habetur. Conidia subinde murali-divisa more *Alternariæ*. An ergo hujusce status?

Tribus 3. **Helminthosporieæ.** Sacc.

HELMINTHOSPORIUM Link Berl. Mag. 1809, III, p. 10, em. Sacc. Mich. II, p. 28 (Etym. *helmins* vermen et *spora*). — Hyphæ rigidulæ, subsimplices, fuscæ, sæpius epixylæ. Conidia fusoidea, vel elongato-clavata, vel cylindracea, pluriseptata, fusca, rigida, levia. — Ab hoc genere seposui species conidiis brevioribus subovoideis, sub titulo *Brachysporii*, quod cfr.

I. Conidia 2-3-septata.

1. **Helminthosporium velutinum** Link Obs. I, pag. 8, Sacc. Mich. II, pag. 641. *Hypoxylon ciliare* Bull. Champ. t. 468, f. 1 (?), Grev. Scott. tab. 148, fig. 2! — Effusum, atrum, velutinum: hyphis filiformibus 200-250 = 6-7, septatis, atro-fuligineis; conidiis ex oblongo ovato-obpiriformibus, 25-30 = 11-13, 3-septatis, fuligineis, 3-guttatis, loculo infimo acutiore hyalino. 1914

Hab. in ligno putri fagineo, salicino, laurino etc. in Germania, Italia, Gallia, Belgio, Britannia, America bor. et Australi.

2. **Helminthosporium Arbuscula** B. et C. North Amer. Fungi n. 630. — Hyphis fasciculatis inarticulatis sursum processibus brevibus deorsum incrassatis apice sporiferis præditis; conidiis subfusiformibus, 3-septatis. 1915

Hab. in corticibus Aceris, Rhois, Caryæ, Magnoliæ, etc. in America boreali.

3. **Helminthosporium curvatum** Corda Icon. I, 13, t. III, f. 185. — Mycelio tenui, effuso, fusco; hyphis simplicibus 5,5 μ. crassis curvatis, intricatis, laxis, griseo-fuscis; conidiis fusoideo-oblongis, 20- 1916

21 μ. longis, 2-3-septatis saturate, fuscis, semipellucidis, loculo infimo acuto hyalino pedicelliformi.

Hab. in ligno Fagi sicco pr. Reichenberg Bohemiæ.

4. **Helminthosporium cylindricum** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 11, 1917
Sacc. F. ital. t. 829. — Effusum, velutinum, fuscum; hyphis subfasciculatis filiformibus longis, simplicibus septatis, fuligineis sursum pallidioribus, 100-130 ≍ 4-5, conidiis cylindraceis apice rotundatis, basi acutis, 3-septatis, minutis, 14-15 ≍ 2,5, pallide fuligineis.

Hab. in ligno putrescente fagineo etc. in Bohemia et Italia boreali. — Ex icone Cordæ l. c. conidia subinde 4-5-septata.

5. **Helminthosporium microtrichum** Corda in Sturm Deutsch. cr. Fl. p. 23, 1918
t. 12. — Effusum, pulvereum, atro-fuscum: conidiis clavatis basi acutis, apice rotundatis, rectis v. curvatis, 3-septatis dilute fuscis; hyphis brevibus, e basi crassa cuspidatis, atris, dense septatis.

Hab. in fragmentis ligneis Quercus, Kuttenberg Bohemiæ.

6. **Helminthosporium hyalophæum** Sacc. Mich. II, p. 558, F. it. t. 814. 1919
— Cæspitulis effusis, fuligineis, velutinis; hyphis fasciculatis, cylindraceis, septatis, fuligineis, 160 ≍ 5-6; conidiis breve obclavatis, basi subtruncatis, 34-40 ≍ 12, sursum acutis, 4-locularibus, loculis duobus interioribus fuligineis, extimis hyalinis.

Hab. in cortice ramorum Quercus pedunculatæ in Silva Montello Ital. bor.

7. **Helminthosporium rectum** B. et C. North Amer. Fungi n. 631. — 1920
Hyphis brevibus simplicibus triseptatis, subinde mucro subconspersis; conidiis oblongis utrinque obtusis, triseptatis.

Hab. in ligno quercino in Carolina infer. Amer. bor.

8. **Helminthosporium simplex** Nees Neva Act. Leop. IX. p. 241, t. V. 1921
f. 11. — Effusum, tenue, atrum, toruloideum; hyphis simplicibus parce ramosis dense aggregatis; conidiis pellucidis breve fusiformibus, obsolete 2-3-septatis.

Hab. ad ligna salicina in Germania, Britannia, Lusitania.

9. **Helminthosporium obscurum** (Corda) Sacc. *Macroon obscurum* 1922
Corda in Sturm Deutschl. cr. Fl. p. 93, t. 47. — Fasciculis atris; conidiis fusoideis magnis, griseis, 3-septatis, non constrictis; hyphis rigidis atris impellucidis, crebre septatis, apicibus acutis.

Hab. cortice interiore Coniferarum, Reichenberg Bohemiæ. «Videtur *Helminthosporium* collapsu decumbens».

10. **Helminthosporium truncatum** Corda Icon. VI. 8, t. II. f. 25. — 1923
Cæspitulis minutis aggregatis atris; hypothallo spurio, verruciror-

mi, luteo; hyphis simplicibus nunc tenuioribus, nunc crassioribus flexuosis, apice clavatis, septis remotis (2-3); conidiis cylindricis, triseptatis, 34-36 μ. longis, utrinque truncatis, nucleo guttulis oleosis repleto.

Hab. in asseribus pineis pr. Prag Bohemiæ.

11. **Helminthosporium fasciculare** Corda Icon. I. 14. t. III, f. 198. — 1924
Cæspitulis subeffusis, aterrimis, tomentosis; hyphis confertissimis, fasciculatis, simplicibus, rectis, parce septatis, tenuibus, griseo-fuscis; conidiis copiosissimis, bi- vel tridymis, oblongis, subcylindricis, obtusis 14 μ. longis, pallidioribus.

Hab. in ductibus Bostrychi typographi in cortice Pini in Bohemia nec non in ramis decorticatis salicinis in Gallia.

12. **Helminthosporium capitulatum** Corda Icon. II, 13, t. X, f. 58. — 1925
Cæspitulis subeffusis, glauco-fuscis, tenuibus; hyphis simplicissimis erectis, septatis, amoene fuscis, pellucidis, apice albis, et capitulo albido incompleto conidiorum ornatis; conidiis oblongis, triseptatis albis pellucidis, 19-20 μ. longis, sæpius curvatis; cellulis extremis minutis.

Hab. in ligno Tiliæ microphyllæ, Tuchomeric Bohemiæ. — «An *Acrothecii* species?».

13. **Helminthesporium minutum** Schulz. et Sacc. Micr. Slav. n. 78, 1926
Schulz. Ill. fung. Slav. n. 159. — Maculiforme, atrum, effusum, velutinum; hyphis subfasciculatis, erectis, filiformibus, parce septatis, fuligineis, sursum pallidioribus; conidiis obovato-oblongis, basi acutiusculis, apice rotundatis, 17-23 = 6-8, 3-septatis, loculis, excepto intimo, 1-guttulatis, dilute fuligineis.

Hab. in fragmentis ligneis Carpini Betuli, Vinkovce Slavoniæ.

14. **Helminthosporium subuliferum** Corda Icon. I. 13, t. III, f. 186 1927
(in icone: *H. subuliforme*). — Mycelio tenuissimo, effuso, fusco; hyphis distantibus, erectis, simplicissimis, obscure fuscis, semipellucidis, apice in apiculum filiformem tenuissimum, longissimum exeuntibus; conidiis oblongis, infra acutis, 3-septatis, 18-20 μ. longis, albis, diaphanis.

Hab. in ligno putrido Carpini pr. Reichenberg Bohemiæ. — Ab *Helm. subulato* differt conidiis albis, minoribus, et hyphis.

15. **Helminthosporium arbusculoides** Peck 34 Rep. St. Mus. 51. — 1928
Cæspitulis diffusis, atris, velutinis; hyphis teneris, longis, simplicibus subflexuosis, sæpe basi decumbentibus, multiseptatis, nigris; conidiis terminalibus oblongis vel anguste ellipsoideis, coloratis, 3-septatis, 16-22 = 7-8, articulo summo sæpe pallidiore.

Hab. in cortice subvivo Betulæ populifoliæ quem late induit. West Albany Amer. bor. — Ab *Helm. arbuscula* hyphis septatis præcipue differt.

16. **Helminthosporium confervoides** Corda Icon. fung I, 14. t. III f. 199. — Mycelio subeffuso, atro-fusco, tenui; hyphis simplicibus, laxis, pallide luteis, articulis alternatim compressis; conidiis cylindricis, utrinque obtusis, medio sæpe coarctatis, tetradymis, 17-18 μ. longis, luteo-fuscescentibus 1929

Hab. in cortice interiori Betulæ albæ prope Reichemberg Bohemiæ

17. **Helminthosporium Cesatii** Mont. Syll. crypt. n. 1130. — Effusum, tenue, velutinum, fuscum; hyphis aggregatis, simplicibus, gracilibus, erectis acutis 1/5 mm. longis, basi subbulbosa, fasciculatis, septatis fuscis; conidiis copiosis, cymbiformibus, bi-triseptatis, 25-35 = 10, loculis extremis diaphanis, mediis obscuro fuscis ventricosis. 1930

Hab. ad basin trunci Ruborum. Vercelli Ital. bor. (Cesati). — Ob formam singularem conidiorum, ab omnibus cognitis revera distincta species.

18. **Helminthosporium subfuscum** B. et C. North Amer. Fungi n. 639. — Molle; hyphis crassiusculis pallidis basi divaricato-ramosis, articulatis; articulo ultimo inflatulo obtuso dein in conidium leniter curvum triseptatum sublanceolatum 50 μ. long. mutato. 1931

Hab. in ramis emortuis New Jersey Amer. bor.

19. **Helminthosporium atropurpureum** B. et Br. F. of Ceyl. n. 884. — Effusum, atropurpureum; hyphis erectis apice clavulato-divisis; conidiis oblongis triseptatis 25-30. 1932

Hab. in cortice levi in insula Ceylon.

20. **Helminthosporium rhizoctonum** Rabenh. in Kl. herb. Myc. 1970, Flora 1855, 271. — Cæspitulis violaceo-purpureis; hyphis flexuosis, sæpius torulosis, parce ramosis, fuscis; conidiis e globoso-oblongis v. fusiformibus, 1-3-septatis, hyalinis, demum turbidis et coloratis. 1933

Hab. in radicibus (Medicaginis?) in agro Drosden Germaniæ.

21. **Helminthosporium siliquarum** Thüm. Contr. myc. Lusit. n. 439. — Cæspitulis densis, tenuibus, solitariis, parvis, raro confluentibus, orbiculatis, laxis, fumoso-atris; hyphis erectis, simplicibus, subrectis vel leniter curvatis, subulatis, articulatis, saturate fuscis; conidiis cylindraceo-ellipsoideis, utrinque subrotundatis, uni-plerumque bi-septatis, pluri-et grosse nucleatis, dilute fuscidulis, 18-20 = 6. 1934

Hab. in siliquis aridis Acaciæ lophantæ. Coimbra in horto botanico Lusitaniæ (Moller).

22. **Helminthosporium phyllophilum** Karst. Symb. ad Myc. Fenn. XIII, p. 143. — Cæspitulis minutis, hypophyllis, dilute fuligineo-olivaceis; hyphis filiformibus, parce ramosis, fasciculatis, articulatis, usque ad 2 mm. longis, 5–6 μ. crassis; conidiis oblongatis, utrinque rotundatis, primitus hyalinis et simplicibus, demum olivaceis et 3-septatis, 14–23 ≃ 5–9. 1935

Hab. in foliis Corni albæ adhuc vivis, Helsingfors Fenniæ.

23. **Helminthosporium dorycarpum** Mont. Cuba p. 302, et Cent. III, n. 6. Corda Ic. fung. VI, p. 9, f. 27. — Hyphis simplicibus dense aggregatis fasciculatisque demum intricatis, obtusis, fuligineo-atris; conidiis lanceolato-cuspidatis 3-septatis, 22–27 μ. longis, deorsum cuspide pellucida auctis, fuligineis, loculo summo pallidiore. 1936

Hab. in foliis dejectis maculas atras formans, in Cuba insula (Ramon de la Sagra).

24. **Helminthosporium nubigenum** Speg. in Rev. Myc. IV, p. 80. — Hyphis repentibus, raris, longiusculis, hinc inde ramulos erectos, basi semel vel bis inflatos emittentibus, 100–150 ≃ 4; conidiis solitariis in ramulis fertilibus erectis acrogenis, cylindraceo-clavulatis, rectis, sed sæpius inæquilateralibus vel curvulis 18–20 ≃ 4–5. 1937

Hab. in foliis vivis Arenariæ tetraquetræ in montibus prope Vigan (Gard) Galliæ.

25. **Helminthosporium vinosum** B. et C. Cub. Fungi n. 629. — Hyphis erectis simplicibus furcatisve vinosis sursum nodosis, nodis fructiferis; conidiis oblongis leviter clavatis, triseptatis, 20–25 μ. longis. 1938

Hab. in caule emortuo Dipteryicis (Congo Bean) in Cuba.

26. **Helminthosporium Urticæ** Peck Rep. on the St. Mus. N. York. — Cæspitulis elongatis effusis, velutinis nigricantibus; hyphis septatis, nodulosis, subinde parce ramosis, apice pallidioribus; conidiis cylindraceis obtusis, 3-septatis, coloratis, hyphæ diametrum æquantibus sed multo brevioribus, 15–24 μ. longis. 1939

Hab. in caulibus emortuis Urticæ, Greenbush Amer. bor. — «An *Dendryphium* (sect. *Brachycladium*)?».

27. **Helminthosporium Phytolaccæ** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 202. — Cæspitibus amphigenis, laxis, late effusis, tenuissimis, velutino-aterrimis, plus minusve orbiculatis; hyphis longis, gracillimis, curvatis, simplicibus, longe articulatis, 6 μ. crass., sursum sensim dilatatis, fuscis; conidiis late clavulatis, vertice rotundato-dilatatis, basi angustatis, triseptatis, dilute cinereis, 40 ≃ 8–12. 1940

Hab. in foliis emortuis prostratis Phytolaccæ decandræ Choupal pr. Coimbra Lusitaniæ (Moller).

28. **Helminthosporium nodosum** Cr. Fl. Fin. p. 11. — Hyphis continuis nigricantibus, 1 mm. altis, ad tertium partem inflatis; conidiis subcylindraceis, 3 septatis, flavidis, superimpositis, terminalibus. 1941

Hab. in basi caulibus Angelicæ silvestris Finistère Galliæ. — «An *Dendryphio* affinius?».

29. **Helminthosporium molle** B. et C. North Amer. Fungi n. 633. — Molle; hyphis rectis fasciculatis, flexuosis, obtusis, simplicibus; conidiis oblongis vel oblongo-ellipticis, utrinque, obtusis triseptatis, 25 μ. longis. 1942

Hab. in caulibus Dipsericis, Dolichi, Passifloræ in Cuba, Carolina infer.; in ramis Ilicis Powerscourt Britanniæ.

30. **Helminthosporium interseminatum** B. et Rav. North Amer. Fungi n. 634, *Helminthosporium cimicinum* B. et C. var. γ. — Effusum molle; hyphis gracilibus ramosis hic illic sporiferis geniculatis; sporis oblongis bi-triseptatis, 20-22 μ. longis. 1943

Hab in caulibus emortuis Phytolaccæ, Cicutæ, Collinsoniæ in Carolina infer., Pensylvania, North Greenbusch Americæ borealis. — Sec. Cooke huc spectat *Dendryphium nodulosum* Sacc., quod cfr.

31. **Helminthosporium fuscum** Fuck. Symb. App. II, pag. 78. — Cæspitibus laxis, effusis, velutinis, sæpe totos caules occupantibus, fuscis; conidiis in articulis tumidis solitarie insertis, cylindraceis, plerumque rectis, utrinque obtusis, 3-septatis, 28 = 8, annene fuscis. 1944

Hab. in caulibus putridis Ballotæ nigræ, prope Hattenhein Rhenogoviæ.

32. **Helminthosporium exasperatum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1380, t. VII, f. 4. — Hyphis fasciculatis, flexuosis, sursum nodosis, parce septatis; conidiis cylindraceo-oblongis, utrinque rotundatis, 3-septatis, 30-45 = 10-12, ex quoque nodulo oriundis, fuligineis, basi subapiculatis. 1945

Hab. in caulibus Dianthi barbati vel Silenes, Sibbertoft Britanniæ. — Cfr. *Heterosporium echinulatum*, cujus præsens videtur synonymon.

33. **Helminthosporium atrum** (Corda) Sacc. *Mydonotrichum atrum* Corda in Sturm Deutsch. crypt. Flor. p. 37, t. 19. — Maculiforme, effusum atrum; conidiis fuscis, oblongo-fusoideis, 3-septatis, pallidis, dein deciduis et muco luteolo involutis; hyphis atris, sursum acutissimis. 1946

Hab. in caulibus putridis Heraclei Sphondylii, pr. Prag Bohemiæ.

Helminthosporium parvulum Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 613. 1947
— Tenue effusum, atro fuscum; hyphis simplicibus, tenuissimis, septatis, erectis, flexuosis vel subrigidis 80–100 μ. long.; conidiis inspersis, cylindricis, obtusis, 1-2-septatis, rectis, fuscis 10–17 = 3,5.

Hab. in ramis decorticatis Vaccinii arbores et Gynerei argentei, New England Americæ bor. (Ravenel). — Forma ramicola cum grammicola omnino congruit.

35. **Helminthosporium decorum** Ces Myc. Born. p. 25, t. IV. f. 2. — 1948
Cæspitibus orbicularibus nigris hyphis fertilibus rudibus, rigidis rufofuscis, opacis, arrectis e centro hyphasmatis horizontalis concoloris, pulchre radiantis, ramis pinnatim divaricatis ramellorum apicibus globoso-incrassatis; conidiis concoloribus cylindraceis, utrinque obtusis, 3-septatis, loculis polaribus majoribus. 12–14 = 5.

Hab. ad calamum Cyperaceæ cujusdam Sarawak Bornei.

II. Conidia 3-5-septata.

36. **Helminthosporium Genistæ** Fr. S. Myc. III. pag. 360. — Hyphis 1949
fasciculatis, septatis, filiformibus, 280 = 10 e stromate tenui seriatim erumpentibus, conidiis clavatis, 45–50 = 15, deorsum attenuatis, 5-septatis, non constrictis, olivaceo-fuliginei.

Hab. in ramis Sarothamni scoparii in Gallia et Germania (Lucas, Mougeot).

37. **Helminthosporium Tiliæ** Fr. Syst. Myc. III, p. 360. Sacc. F. ital. 1950
t. 823. — Effusum, laxum v. minute cæspitulosum; conidiis cylindraceo-obclavatis, 60 = 15, 5-pseudo-septatis fuliginei, hyphis fasciculatis filiformibus, æquilongis, septulatis sufflctis.

Hab. in ramis corticatis emortuis Tiliæ in Germania, Italia, Suecia. Valde differt ab *Exosporio Tiliæ*, quocum plures fuit confusum. — *Arthrinium* seu *Helm. Tiliæ* Bon. Handb. p. 84, f. 87 res diversa videtur; præbet enim conidia oblonga toruloso-triseptata, hyalina, hyphis fuliginei septatis sexuplo breviora.

38. **Helminthosporium trichellum** Sacc. Mich. II, p. 147 et F. ital. t. 817. — Cæspitulis atris, vermiculariæformibus; hyphis cylindraceis, septulatis, fuligineis; conidiis acrogenis clavatis, 50–60 = 15 3-4-septatis non constrictis, fuligineis.

Hab. in cortice Magnoliæ glaucæ in Carolina (Ravenel). — Ab *H. Arbuscula* præcipue differt hyphis septatis, conidiis clavatis 3-4-septatis; ab *H. arbusculoide* habitu cæspitoso *Vermiculariæ*. — Var. **pluriseptatum** Sacc. Mich. II, p. 558 F. ital. t.

832; conidiis clavato-fusoideis, 40-50 = 14-16, 6-8-septatis, fuligineis; hyphis penicillatim fasciculatis 180 = 8-10, concoloribus. In cortice Evonymi europæi, Conegliano Ital. bor.

39. **Helminthosporium atro-olivaceum** Cooke et Hark. Grevillea. — 1952
Atro-olivaceum, molle, lanosum, effusum; hyphis flexuosis, tenuissimis 2,5-3 μ. cr. intertextis, plerumque simplicibus, breviter septatis; conidiis clavatis ellipticisve, multo crassioribus, obscurioribusque, quinqueseptatis, fuscis, 20-25 = 7,5.

Hab. in cortice Acaciæ in California.

40. **Helminthosporium Tela** Corda in Sturm Fl. III, 3, p. 19, t. X. — 1953
Effusum velutinum fuscum; conidiis clavato-oblongis 3-4-septatis, liberis; hyphis erectis opacis rigidis acutissimis.

Hab. in asseribus ligneis, Prag Bohemiæ. — Sistit strata pannoso-contexta a ligno separabilia, atro-brunnea.

41. **Helminthosporium inflatum** B. et Rav. North Amer. Fungi n. 638. 1954
— Mycelio ramoso subhyalino repente; hyphis erectis, fuscis, articulis binis inferioribus hyalinis; conidiis sublanceolatis arcuatis, apiculatis, 4-septatis, 70 μ. longis, articulo altero inflato colorato, ceteris hyalinis.

Hab. in ramis Myricæ cerriferæ in Carolina inferiore Americæ borealis.

42. **Helminthosporium Pruni** B. et C. North Amer. Fungi n. 635. — 1955
Hyphis gracilibus septatis articulis singulo vel binis superioribus inflatis; conidiis apicalibus, subclavatis, 4-septatis, subtorulosis, subinde tortis.

Hab. in cortice Pruni serotinæ in Carolina inferiore Americæ borealis.

43. **Helminthosporium persistens** Cooke et Ellis in Grevillea. — Atrum, 1956
effusum; hyphis rigidis, erectis, septatis, opacis; conidiis fusiformibus, non secedentibus, 5-septatis, brunneis, 60 = 15.

Hab. in ramis, sæpius decorticatis, Alni et Aceris, Carolina inferiore et New Jersey Amer. bor.

44. **Helminthosporium Rousselianum** Mont. Cent. VI, n. 84 et Syll. 1957
Crypt. n. 1129. — Hyphis simplicibus congregatis fuliginoso-atris, basi bulbosis, apice pellucido oblonge incrassatis nodulosisque remote septatis; conidiis fusiformibus hyalinis 3-5-septatis, 50 = 5, lateribus hypharum insertis.

Hab. in ligno Ulmi et Fagi denudato cum *Sporoschismate mirabili* prope Melun Galliæ et in Britannia.

45. **Helminthosporium subulatum** Nees Nov. Act. N. C. IX, p. 242. 1958

t. V, i. 13. — Hyphis subsimplicibus subulatis laxe aggregatis, rectis; conidiis majusculis, clavatis, incurvis, 3-4-septatis.

Hab. ad ramulos quercinos in Germania et Britannia. — Ab *H. macrocarpo* hyphis multo tenuioribus imprimis differt.

46. **Helminthosporium Tiara** B. et Rav. North Amer. Fungi n. 640. — Hyphis tenuibus simplicibus articulatis; conidiis sublanceolatis deorsum crassiusculis curvulis, 4-septatis, 50-62 μ. longis. 1959

Hab. in ramis dejectis, Sulphur Springs in Carolina superiore Americæ borealis.

47. **Helminthosporium decacuminatum** Thüm. et Pass. die Pilze des Weinst. p. 40, t. V, f. 6. — Cæspitulis effusis, dispersis, subgrumulosis, tenuissimis, nigricantibus; hyphis ramosis, tenuibus, eximie brevi-articulatis, tortuosis, inæqualibus, atro-fuscis, 4 μ. crass.; conidiis longe clavatis, apice decacuminato, seu truncato, deorsum in pedicellum angustatis, 4-5-septatis, pallide fusco-griseis, 40-45 ≍ 10. 1960

Hab. in sarmentis aridis Vitis viniferæ prope Parma Italiæ (Passerini).

48. **Helminthosporium arctisporum** C. et E. in Grevillea t. 99, f. 17. Tenue effusum, atrum; hyphis rectis, elongatis, gracilibus, 25 μ. longis septatis, atro-brunneis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, 3-5-septatis, brunneis, 30-35 ≍ 5, hyphâ subangustioribus. 1961

Hab. in ramulis Vaccinii, New Jersey Amer. bor.

49. **Helminthosporium nanum** Nees Syst. p. 67, f. 65. — Hyphis simplicibus v. furcatis sparsis subnodosis distinctis opacis rigidulis curtis erectis; conidiis subcylindricis utrinque obtusis, 3-5-septatis, hypham subæquantibus illaque duplo crassioribus. 1962

Hab. ad ligna et caules putridos in Germania, Britannia, Belgio.

50. **Helminthosporium carpophilum** Lév. Ann. Sc. Nat. 1843, XIX, 215, t. VII, f. 5. — Effusum, maculiforme, nigricans; hyphis dense aggregatis, simplicibus v. breve furcatis septatis breviusculis; conidiis terminalibus fusoideo-elongatis, utrinque obtusis, 4-5-septatis, ad septa leniter constrictis. 1963

Hab. ad fructus maturos Amygdali Persicæ prope Paris, Galliæ. — «An *Napicladii* species?» Teste auctore fructus pars mycete affecta non putrescit, sed durescit.

51. **Helminthosporium delicatulum** Berk. Ann. N. H. n. 233, t. XIII, f. 20. — Cæspitulis mollibus, teneris nigris; hyphis subulatis tenuibus multiseptatis, brunneis, sursum pallidioribus; conidiis sub- 1964

hyalinis, oblongis utrinque obtusis, subquinquelocularibus, torulosis, loculo uno alterove verticaliter septato.

Hab. in caulibus Umbelliferarum, King's Cliffe Britanniæ.

52. **Helminthosporium Herniariæ** Sacc. *Pleosporæ Herniariæ* St. conid. Fuck. Symb. p. 131. — Hyphis simplicibus, gracilibus, rectis, gibbosis, septatis, fuscis, 94 μ. long.; conidiis in hypharum apicibus, stipitatis, clavatis, obtusis, 3-4-septatis, 48 = 16, flavis. 1965

Hab. in caulibus bracteisque Herniariæ glabræ prope Estrich Rhenogoviæ.

53. **Helminthosporium puccinioides** Sacc. et Berl. F. Austral. p. 6. tab. LIII, fig. 19. — Acervulis amphigenis, aterrimis, laxe gregariis, disciformibus, compactis, puccinioideis, basi stromatica, convexa, crassa, atra; hyphis emergentibus, filiformibus, tortuosis, spurie septatis, dilute fuligineis, apice pallidioribus; conidiis clavatis, apice subrotundatis, 35-37 = 7-9, 3-4-septatis, non constrictis, dilute fuligineis. 1966

Hab. in foliis languidis v. emortuis Tristaniæ laurinæ, Logan Australiæ. Species memorabilis, *Puccinium* atram imitans, in foliis subvivis oriens, in putrescentibus maturescens. Ob stroma definitum crassum ad *Exosporium* vergit, sed ad *Helminthosporium trichellum* quoque accedit.

54. **Helminthosporium orbiculare** Lév. in Ann. Sc. Nat. 1846, V, 299. Hyphis repentibus vel erectis simplicibus, septatis, nodulosis, ordinatis v. in maculas orbiculares confluentibus; conidiis elongatis subclavatis, 4-septatis. 1967

Hab. ad paginam inferiorem Drymidis chilensis in Chili (Gay).

55. **Helminthosporium Cordiæ** Welw. et Curr. Fung. Angol. p. 292, t. 17, f. 9-11. — Epiphyllum, sistens maculas circulares, 2-8 mm. diam., fuscescentes, hic illic confluentes, e filis rigidulis crispulis exarticulatis parce ramosis fusco-luteis conflatas; ramulis patentissimis, plerumque leviter curvatis, crassitudine filamenta primaria æquantibus, ad basin hic illic fructiferis; conidiis rectis vel curvulis, ellipsoideo-cylindricis, obtuse apiculatis, filamento duplo crassioribus, 3-5-septatis, pellucidis. 1968

Hab. ad paginam superiorem foliorum Cordiæ in silvis primitivis prope Sange, Co-lungo alto Africæ.

56. **Helminthosporium inconspicuum** C. et Ell. in Grevillea, tab. 99, f. 19, Peck 34 Rep. p. 51, t. III, f. 4-6. — Tenuissime effusum; hyphis elongatis, septatis, nodulosis, pallide-brunneis; conidiis lan- 1969

ceolatis, intuo 4-6-nucleatis, dein 3-5-septatis 80-120 = 20: episporio tenui.

Hab. in foliis vivis vel languidis Zeæ Maydis, New Jersey, Sandlake. Albany Amer. bor. — Ex icone Peckii conidia subinde bina, obtusiuscula, usque 7-9-septata. — Var. **britannicum** Grove in litt. Effusum brunneolum; hyphis subflexuosis, vix nodulosis, 4-5-septatis, pallide brunneis, 160-180 = 10; conidiis oblongis, diaphanis, endochromate brunneolo diviso, dein 3-5-septatis, 60-100 = 18-22. In foliis languidis graminеis Salford Priors, Warwickshire, Britanniæ. A typo differt hyphis brevioribus, conidiis obtusis, et eo quod oculo inarmato non omnino inconspicuum; ab *H. tereti* Sacc. quocum conidia figura perfecte congruunt, macularum defectu, conidiis non obcure olivaceis. Inter hoc ac illud medium.

57. **Helminthosporium teres** Sacc. F. ital. t. 833. Mich. II, p. 558. 1970
— Maculis oblongis amphigenis, olivascentibus; hyphis fasciculatis, 100-130 = 12, cylindraceis basi subincrassatis, fuligineis; conidiis acrogenis cylindraceis, rectis utrinque rotundatis, 100-115 = 18, 4-5-septatis, non constrictis, obscure olivaceis.

Hab. in foliis languidis Hordei sativi, Padova Italiæ bor. (Bizzozero).

58. **Helminthosporium Ravenelii** Curtis et Berk. North Amer. Fungi 1971
n. 628 et Cub. Fung. n. 627. *H. Hoffmanni* Berk. Intr. p. 298, f. 7. — Spongiosum: hyphis flaccidis flexuosis nodosis ramosis, inarticulatis: conidiis cymbiformibus, 3-4-septatis, fuscis, 50 μ. longis endo-chromatibus isthmo connexis.

Hab. in inflorescentia graminum, in primis Sporoboli indici in Carolina infer., Florida et insula Cuba. — Nuclei conidiorum connexi fere ut in *Aylaospora*.

59. **Helminthosporium episphæricum** C. et Peck 29 Rep. on the St. 1972
Mus. N. Y. p. 52, t. H, f. 18-20. — Hyphis longiusculis, cæspitulosis, tenuibus, flexuosis, septatis, ramosis, brunneo-nigricantibus: conidiis oblongo-clavatis, 3-4-septatis, 50-75 μ. longis, apice truncatis, loculis secundo et tertio ab apice saturatius coloratis et paulo crassioribus.

Hab. in Diatrype quadam exoleta ad ramos, Albany Americæ borealis.

III. Conidia 6-multiseptata.

60 **Helminthosporium macrocarpum** Grev. Scot. t. 148. Sacc. F. ital. 1973

t. 825. *H. malmediense* Thüm. — Effusum, velutinum, atro-olivaceum vel fuligineum; hyphis aggregatis, laxis, subulatis, simplicibus, vel parcissime ramosis, septatis, 400–500 = 15–20, apice obtusiusculis; conidiis elongato-clavatis, 6–9-septatis, ad septa non constrictis; fuligineis, 60–80 = 15–18, acrogenis.

Hab. in ramis et truncis Carpini, Castaneæ, Quercus, Fraxini, Ulmi, Coryli, Aceris, Cytisi in Germania, Italia, Britannia, Gallia, Belgio. — Var. **caudatum** B. et Br. North Amer. Fungi p. 112: conidiis basi valde attenuatis, 80–90 μ. longis. In Quercu et Castanea.

61. **Helminthosporium fusiforma** Corda Ic. fung. I, pag. 13, fig 194, 1974
Sacc. F. ital. t. 815. Cooke Black Moulds t. XXIV, f. 4. — Effusum setuloso-velutinum, fuscum; hyphis filiformibus, tortuosis, 110 = 5, septatis, fuligineis, apice pallidioribus; conidiis fusiformibus 38–40 = 10–12, 7–9-septatis, fuligineis, plerumque utrinque pallidioribus.

Hab. in ramis et ligno Coryli, Robiniæ etc. in Bohemia, Italia, Britannia, America boreali. — Var. **quercinum** Sacc. Mich. II, p. 174, F. ital. t. 816. Hyphis prælongis 200–250 = 5–6, magis tortuosis, sub apice ad conidiorum insertionem minute nodulosis; conidiis fusiformibus, 35–40 = 10–11, 7–8-septatis, fuligineis. In ligno putri quercino, Selva Ital. bor. — Var. **Evonymi** Cfr. Sacc. Mich. I, p. 538. Conidiis fusiformibus, 50 = 15, 8-locularibus, loculis extimis hyalinis, ceteris fuligineis, guttulatisque, hyphis filiformibus sesquilongioribus, septatis suffultis. — In ramis putrescentibus Evonymi europæi, Rouen Galliæ (Lenendre).

62. **Helminthosporium apiculatum** Corda Ic. fung. I, p. 13, fig. 191. 1975
Sacc. F. ital. t. 818. — Cæspitulis effusis tomentosis aterrimis; hyphis fasciculatim junctis, flexuosis, simplicissimis 120–160 = 8 apice minute denticulatis, fuscis; conidiis elliptico-fusiformibus, 6–8-septatis concoloribus, apiculo verruciformi ornatis 35–38 = 12.

Hab. in ligno betulino sicco pr. Reichenberg Bohemiæ, in ligno fagineo, Loniceræ, Cerni, Quercus etc. in Italia boreali, Belgio, Britannia, Amer. bor.

63. **Helminthosporium appendiculatum** Corda Ic. fung. I, p. 12, f. 178. 1976
Effusum, determinatum, atro-fuscum; hyphis fasciculatis, simplicibus, septatis longissimis, basi usque 20 μ. cr., atris; conidiis clavatis, sæpe curvis, apice rotundatis, basi pallidius fuligineis, attenuatisque, 6–7-septatis non constrictis, 40–50 = 15–18.

Hab. in ramis Coryli, Aceris, Cytisi etc. in Bohemia,

Italia. Belgio. — Ex icone Cordæ l. c. conidia usque 10-12-septata, basi in vesiculam hyalinam inflatula, 60-70 μ. longa. Perafine *H. macrocarpo*.

64. **Helminthosporium Mauritianum** Cooke Grev. XII. p. 38 (*H. mauritanicum*). — Effusum, tenue, subvelutinum, atro-fuscum; hyphis erectis, simplicibus, crassiusculis 10 μ. cr. fuscis, deorsum opacis, atris, sursum pallidioribus, septatis; conidiis terminalibus, lateralibus, sparsisve, clavatis, pellucidis, pallide fuscis, demum leniter 5-7-septatis, 50 ≈ 18, episporio tenui. 1977

Hab. in ramis caulibusque in insula Mauritii. — Hyphæ fere *H. macrocarpi*, conidia vero *H. apiculati*.

65. **Helminthosporium scolecoides** Corda Ic. fung. I, p. 12, f. 179. — Cæspitulis indeterminatis, nigris; hyphis simplicibus, dein ramulosis, brunneis, anguloso-flexuosis, rigidis, semi-pellucidis; conidiis longissimis multi(8-10)-septatis, subtorulosis brunneis, articulis extimis flavido-pellucidis, 50-60 μ. longis. 1978

Hab. in lignis et caulibus in Bohemia et Britannia. — «Affine videtur *H. rhopaloidi*».

66. **Helminthosporium folliculatum** Corda Ic. fung. I, p. 13, fig. 180, Sacc. F. ital. t. 826. — Cæspitulis exiguis, indeterminatis, tomentosis; hyphis laxis, ramosis, brunneis, tenuibus, flexuosis 200 ≈ 8-10; conidiis longissimis, folliculatis, crassiusculis, brunneis, semipellucidis, 6-7-septatis, cuboideo-nucleatis, 45-55 ≈ 12, utrinque pallidioribus. 1979

Hab. in lignis putridis, caulibus Umbelliferarum, Brassicæ, Zeæ etc. in Bohemia, Austria, Italia, Britanniæ. — Var. **brevipilum** Corda Ic. fung. II, p. 13, fig. 60; hyphis multo brevioribus; conidiis 10-12-septatis. In ligno Coryli et in caulibus in Bohemia et Italia. — Var. **caroliniense**. Cfr. B. et Br. North Am. Fung.: conidiis concatenatis, cellula subglobosa interjecta. In cortice vivo Quercus laurifoliæ in Carolina inf.

67. **Helminthosporium Cordæ** Niessl Mähr. p. 17, *H. velutinum* var. *repens* Corda Ic. fung. I, p. 13, fig. 193. — Cæspitulis minutis, aterrimis; hyphis fasciculatim conglutinatis, subrepentibus, adscendentibus subramosis, fuscis, infra atris, tenuiter velatis; conidiis subventricosis, utrinque attenuatis, 36-37 μ. longis, 6-8-septatis concoloribus. 1980

Hab. in ligno sicco Fagi pr. Reichenberg Bohemiæ et Adamsthal Moraviæ. — Teste Niessl hyphis repentibus apice erectis, conidiisque subulato-oblongis pluriseptatis specifice distinguendum.

68. **Helminthosporium gongrotrichum** Corda Icon. I, 13, t. III, f. 192. 1981
— Cæspitulis subeffusis, atris; hyphis simplicibus curvatis, rigidis, verrucosis, primum fuscis, pallidis pellucidis, conidiophoris, dein aterrimis impellucidis: conidiis ellipticis, 34–35 μ. longis, utrinque attenuatis, 7–8-septatis, fuscis, pellucidis.

Hab. in ligno Fagi putrido pr. Reichenberg Bohemiæ.

69. **Helminthosporium brachytrichum** C. et E. in Grevillea, t. 95, 1982
f. 13. — Effusum, atrum: hyphis brevissimis, 2–3-septatis, brunneis: conidiis cylindraceis, obtusis, multi(9–12)septatis, rectis, vel curvulis, 70 ≍ 8, cellulis primo nucleatis, brunneis.

Hab. in trunco putri Aceris, New Jersey Amer. bor.

70. **Helminthosporium dendroideum** B. et Br. Ann. N. H. n. 946, t. XVI, 1983
f. 14. — Hyphis erectis, sursum attenuatis, septatis, ramulis sporiferis brevibus lateralibus; conidiis oblongo-fusoideis, leniter curvis, 8–10-articulatis, 60 μ. longis, loculis 1-guttulatis, fuscis, loculo imo pallidiore.

Hab. in Acere, Batheaston Britanniæ et in Carolina inf.

71. **Helminthosporium cylindrosporum** Sacc. F. Ven. Ser. V, p. 191, F. 1984
it. tab. 53. — Hyphis dense gregariis strictis, 200 ≍ 5, remote septatis, obscure fuligineis; conidiis cylindricis, prælongis, 150–200 ≍ 8, utrinque obtusatis, 18–24-septatis, crasse tunicatis, fuligineis.

Hab. in ramis Aceris campestris putrescentibus, Selva (Treviso), Ital. bor.

72. **Helminthosporium densum** Sacc. et Roum. Revue Mycol. 1881, 1985
p. 29, F. ital. t. 819. — Breve velutinum, densum, atro-fuscum; conidiis fusoideis, utrinque acutiusculis, rectis v. sæpius vage curvatis, 45–60 ≍ 7–8, 7–8-septatis, haud constrictis, fuligineis; hyphis cylindraceis, deorsum subattenuatis, 20–40 ≍ 4–5,5, septulatis constrictisque, olivaceis.

Hab. in cortice Citri Aurantii dejecto, Alger (Debeaux). Padova Italiæ (O. Penzig).

73. **Helminthosporinm leptosporum** Sacc et Roum. Mich. II, p. 364. 1986
— Laxe effusum, atrum; conidiis obclavatis, 45 ≍ 6–7½, sursum attenuatis, 8–9-septatis, fuligineis apicem versus pallidioribus, hyphis paulo brevioribus teretibus, septulatis, fuligineis suffultis.

Hab. in cortice Populi nigræ, socia *Botryte gemella*, pr. Lyon Galliæ (Therry). — Affine *Helminthosporio obclavato* Sacc. sed multo minus et tenerius.

74. **Helminthosporium lanceolatum** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 614. 1987
— Effusum, atrum: hyphis simplicibus, erectis, flexuosis, plurise-

ptatis, subfasciculatis, atrofuscis, conidiis lanceolatis, sursum longe cuspidatis, hyalino-fuscis, deorsum truncatis, multiseptatis. 100–150 = 8–10.

Hab. in cortice Berchemiæ in Carolina australi (Ravenel). — Hyphæ illas *Helminthosporii caudati* crassitudine æquant.

75. **Helminthosporium Mollerianum** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 435. 1988
— Cæspitulis longe lateque effusis, subtenuibus, velutino-penicillatis, obscure fuscis vel fere nigris; hyphis longissimis, rectis vel curvatis, septatis, simplicibus, subulatis, æqualibus, fusco-spadiceis, 8–12 μ. crassis, conidiis longe clavatis, 7–12-septatis, ad septa non constrictis, vertice rotundatis, basi in pedicellum breyem angustatis, fuscidulis, rectis vel raro arcuatis, 58–80 = 16–20.

Hab. in ramulis emortuis Ficus radicantis, Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller).

76. **Helminthosporium obclavatum** Sacc. Mich. I, p. 85. F. ital. t. 52. 1989
— Effusum, maculiforme, atrum; hyphis erectis, filiformibus, basi subincrassatis, 60–70 = 6–7, pauciseptatis, fuligineis; conidiis solitarie acrogenis obclavato-fusoideis, sursum sensim longe attenuatis, 90 = 15, apice rotundato, basi cuneato-truncatis, pluri-(18–24-)eptatis atro-fuligineis.

Hab. in ligno Alni glutinosæ putri Selva, Treviso Ital. bor.

77. **Helminthosporium subopacum** C. et E. in Grevillea. — Effusum, atrum; hyphis rectis, ad basin subbulbosis, atro-brunneis, ad apicem hyalinis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, 8–10-septatis, brunneis, demum opacis, 45 = 10. 1990

Hab. in ramis emortuis Kalmiæ New Jersey Amer. bor.

78. **Helminthosporium Smithii** B. et Br. Ann. N. H. n. 507, t. V, f. 5. — 1991
Cæspitulis lineari-effusis (in ligno) v. reticulatim erumpentibus (in corticibus), velutino-spongiosis; hyphis simplicibus flexuosis, septatis; conidiis terminalibus, longissimis multiarticulatis subinde flexuosis; articulis subcuboideis, episporio crasso.

Hab. in ramis emortuis Ilicis etc. in Britannia.

79. **Helminthosporium teretiusculum** Sacc. et Berl. Misc. mycol. II, n. 138, t. IX, f. 13. — Effusum, atro-olivaceum, tenue; hyphis seu basidiis cylindricis, 3-septatis, rectis, 45–55 = 7–8, atrofuligineis; conidiis acrogenis, teretiusculis, v. subfusoideis, 60–80 = 10, 10–11-septatis, subinde hinc v. inde leniter inflatis. 1992

Hab. in ligno decorticato putri quercino, Montecchia, Padova.

80. **Helminthosporium leucospermum** Corda Icon. I, 13, t. III, f. 195, 1993
Arthrinium leucospermum Bonord. Handb. p. 84. — Cæspitulis

minutis, tenuibus, fuscis; hyphis simplicibus, flexuosis, fuscis, in apice conidiophoris; conidiis oblongis vel fusiformibus, 5–7-septatis, albis pellucidis.

Hab. in ramulis decorticatis Carpini, Prag Bohemiæ.

81. **Helminthosporium betulinum** Corda Ic. I, 13, t. III, f. 184. — Cæspitulis effusis, fusco-atris, tenuibus; hyphis erectis, subramosis, tenuibus, flexilibus, basi fuscis, apice luteis vel pallidioribus, 4–8-septatis, septis longis, extus asperis; conidiis minutis 35 μ, longis, concoloribus, pallidis, subcurvatis, 6–8-septatis, apiculo obliquo minuto ornatis. 1994

Hab. in ligno betulino putrido pr. Reichenberg Bohemiæ.

82. **Helminthosporium Preussii** Sacc. *Dactylium dubium* Preuss F. Hoyersw. n. 130. — Acervulis effusis confluentibus aterrimis; hyphis apice ramosis, basi connatis, septatis, atro-fuscis, subpellucidis, apice conidia duo vel tria ferentibus et identidem divisis; conidiis magnis, longis, subclavatis, multi(4–16)septatis loculis, subquadratis, subpellucidis, episporio externo continuo. 1995

Hab. in ligno Juglandis nec non in caulibus Urticæ aliarumque plantarum majorum. Hoyerswerda.

83. **Helminthosporium bulbigerum** Fres. Beitr. p. 50, t. VI, f. 22–23. Hyphis flexuosis, simplicibus, parcissime septatis, brunneis; conidiis cylindraceo-clavatis, apice rotundatis, 4–6-septatis, leniter constrictis, brunneis, unò apice pallidioribus, sæpe quoque uno apice (eodem?) demum vesiculoso-bulbillosis, 60–80 μ, longis. 1996

Hab. in ramis corticis Juglandis regiæ, socio *Calicio pallido*, Taunus pr. Wiesbaden. — Ab *H. appendiculato* conidiis pallidioribus crebrius septatis differt.

84. **Helminthosporium divisum** (Bon.) Sacc. *Macrosporium divisum* Bon. Handb. p. 85, fig. 175. — Hyphis simplicibus, septatis, erectis, fuligineis, apice conidia 1–3 elongato-cylindrica, 6–8-septata, guttulata pallide fuliginea, apice obtusa gerentibus. 1997

Hab. in truncis (?) in Guestphalia.

85. **Helminthosporium attenuatum** Peck et Cooke in litt. *Clasterosporium pedunculatum* Peck 25 Rep. p. 93. — Hyphis erectis opacis septatis, deorsum crassioribus conidio dimidio brevioribus; conidiis terminalibus, subrectis, multiseptatis, plerumque subfusiformibus v. lanceolatis, subinde linearibus, 75 μ, longis, coloratis, loculis extimis hyalinis. 1998

Hab. in ligno denudato, Savannah Amer. bor.

86. **Helminthosporium calicioideum** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 881. 1999
— Cæspitosum, congestum, fastigiatum; conidiis sursum truncatis, deorsum attenuatis, multiseptatis, 75–100 μ longis.

Hab. in ligno putri, Ceylon. — Habitus fere *Calicii*.

87. **Helminthosporium fusisporum** Berk. Engl. Fl. V. p. 338. — Hy- 2000
phis dense aggregatis, parce ramosis, obtusis, nigricantibus; conidiis fusoideis, 6–7-septatis, hyphâ angustioribus.

Hab. in ramis et ligni putridis, Beeston Notts Britanniæ.

88. **Helminthosporium gigasporum** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 882. 2001
— Hyphis simplicibus, obtusis; conidiis maximis, hic truncatis, illic attenuatis, curvulis, apice hyalinis, multiseptatis 110–112 μ.

Hab. in ligno putri in insula Ceylon.

89. **Helminthosporium macilentum** Cooke in Grevillea t. 97, f. 18. — 2002
Atrum, effusum; hyphis erectis, septatis; conidiis fusoideis v. subclavatis multi(7–10)septatis, apicalibus, satis persistentibus, cicaticula prædितis, 50–65 = 10.

Hab. in ligno putri, Shrewsbury et Hereford Britanniæ et in America boreali.

90. **Helminthosporium subcaudatum** Cooke in Grevillea. — Effusum, 2003
nigerrimum; hyphis erectis, simplicibus opacis, rigidis, crassis; conidiis clavatis, infra longe attenuatis, 5–7-septatis, ad septa constrictis 60–90 μ. longis e mycelio prolatis.

Hab. in ramis emortuis, Aiken in Carolina infer. Amer. bor.

91. **Helminthosporium septemseptatum** Peck 34 Rep. St. Mus. 51. — 2004
Effusum indeterminatum, nigricanti-brunneum, tenue; hyphis simplicibus tenuibus, flexuosis, coloratis, septatis, conidiis fusiformibus, initio pallidis et triseptatis, dein coloratis et 7-septatis, 30–38 μ. longis.

Hab. in ligno putri, Newfield N. J. Amer. bor. (J. B. Ellis). 2005

92. **Helminthosporium turbinatum** B. et Br. Ann. N. H. n. 508. t. V f. 6. — Cæspitulis tenuibus effusis, velutinis; hyphis tenuibus simplicibus, rectis obscure septatis, pallide brunneis; conidiis elongato-turbinatis, saturate brunneis, apice subtruncato-apiculatis, apiculo dein secedente, 4–7-articulatis.

Hab. in ligno emortuo, Lancashire Britanniæ. — Sec. iconem l. c. conidia sunt obpiriformia, brevia, 3-septata, potius *Brachysporii*, a descriptione respondente satis diversa.

93. **Helminthosporium velatum** Corda Icon. I, p. 13. t. III, f. 183. — 2006
Mycelio effuso, atro, subtomentoso; hyphis simplicibus curtis, crassis, subnodosis, infra septatis impellucidis, apice incrassatis, con-

innatis semipellucidis, atro-fuscis, albo-velatis; velo diaphano; conidiis oblongis 5-6-septatis, lateraliter adnatis, dein deciduis, 36-37 μ. longis, luteo-fuscis, pellucidis.

Hab. in ligno putrido pr. Reichenberg Bohemiæ.

94. **Helminthosporium asterinum** Cooke in Grevillea et Rav. F. Am. n. 163. — Maculæforme, asteroideum, atrum; hyphis erectis, simplicibus, rigiduis, subflexuosis, septatis, fuscis 6-7 μ. diam.; conidiis obclavatis, superne rotundatis, deorsum truncatis, 7-8-septatis, fuscis 90-110 = 15-17. 2007

Hab. in foliis Liquidambaris. Florida in Carolina australi. — Conidia initio (immatura) tantum 3-4-septata et 50-60 = 8.

95. **Helminthosporium cassiæcolum** B. et C. Cuban Fungi n. 628. — Hyphis fasciculatis basi conjunctis, fuscis, conidiis maximis ovato lanceolatis elongatis multiseptatis, 150 μ. longis, siliquiformibus, endochromatibus medio contractis. 2008

Hab. in foliis Cassiæ cujusdam in insula Cuba.

96. **Helminthosporium Beaumontii** Sacc. *Helminthosporium dubium* B. et C. North Am. F. n. 637. — Molle; hyphis brevibus obtusis basi divaricato-divisis; conidiis oblongis, 7-septatis, 40 μ. longis. 2009

Hab. in pag. inferiore foliorum Viburni (ut videtur). Alabama Amer. bor. (Beaumont). — Conidia subinde septo singulo verticali aucta.

97. **Helminthosporium rhabdiferum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1053 (1865). *Macrosporium rhabdiferum* Berk. Gard. Chron. 1864. p. 938 cum fig. — Effusum, inquinans; hyphis erectis, parce ramosis, septatis brevissimis; conidiis rectis, initio oblongis et pallidis 1-2-septatis, dein elongatis, sublinearibus, saturate brunneis, 7-11-septatis, torulosis, 50-100 μ. longis. 2010

Hab. in fructibus maturis Persicæ, Bodelwyddan Britanniæ.

98. **Helminthosporium Senecionis** Cr. Fl. Finist. pag. 11. — Hyphis nigricantibus simplicibus v. bifidis, rectis, septatis, obtusis; conidiis terminalibus oblongis, 6-septatis. 2011

Hab. in caulibus (?) Senecionis Jacobææ, Finistère Galliæ.

99. **Helminthosporium prælongum** Wallr. Fl. cr. n. 1516. — Hyphis depressis apice subramosis nigro-olivaceis pellucidis laxe cæspitosis articulatis curtis; conidiis cylindricis prælongis, æqualibus, rectis, opacis, obscure-(10-15)-septatis concoloribus dein caducis hyphas obliterantibus. 2012

Hab. ad Georginæ caules putres in Thuringia et in Rhenogovia.

100. **Helminthosporium rhopaloides** Fres. Beitr. Myk. p. 50, tab. VI, f. 15-21. Cooke Black Moulds t. 24, f. 3. Sacc. F. ital. t. 831. — Effusum, velutinum, olivaceo-atrum; hyphis teretibus, 150 = 9, rectis, septatis, fuligineis; conidiis cylindraceo-clavulatis, utrinque obtusis 9-12-septatis, 60 = 10-11, ad ramulos terminales acrogenis, guttulatis, fuscis, loculis extimis subhyalinis. 2013

Hab. in caulibus putridis e. g. Dianthi, Brassicæ etc. in Germania, Italia, Gallia, Lusitania, Britannia.

101. **Helminthosporium Artemisiæ** Corda Icon. II, 13, t. X, f. 59. — Cæspitulis effusis, confluentibus, aterrimis; hyphis subramosis, fasciculatim junctis, basi connatis, septatis, rigidis atro-fuscis; conidiis magnis lateri hypharum innatis, subclavatis, 6-11-septatis 62 μ. longis, cellulis extremis albis, vacuis, vel luteis, ultimis atro-fuscis, guttulis granulisque minutis omnino repletis. 2014

Hab. in radicibus et trunculis emortuis Artemisiarum pr. Prag Bohemiæ, in caulibus Artemisiæ vulgaris et A. glaucæ in Sibiria asiatica.

102. **Helminthosporium polymorphum** B. et C. Cuban Fungi n. 632. — Hyphis simplicibus obtusis vinosis; conidiis clavatis, lateralibus, sub-8-septatis magnitudine variis; minoribus quandoque hyphis agglutinatis. 2015

Hab. in caulibus herbarum in insula Cuba.

103. **Helminthosporium brachycladum** Fres. Beitr. pag. 49, tab. VI, f. 9-11. — Effusum atrum; hyphis simplicibus v. breve ramulosis, crebre septatis, fuligineis, apice pallidioribus; conidiis oblongo-cylindraceis, 4-6-septatis utrinque rotundatis, 40-50 μ. longis; fuligineis, utrinque pallidioribus. 2016

Hab. in caulibus putridis in Germania.

104. **Helminthosporium siliquosum** B. et C. North Am. Fungi n. 624. — Hyphis erectis brevissimis e mycelio repente oriundis; conidiis longissimis apicalibus linearibus flexuosis, obtusis pluri(15-20)septatis. 2017

Hab. in sarmentis Vitis vulpinæ et Smilacis in Carolina inf. Amer. bor. — « An *Clasterosporium* ? ».

105. **Helminthosporium Cookei** Sacc. *Helminthosporium Sorghi* Cooke Rav. Fung. Amer. n. 167, et in Grevillea, vix Schw. — Tenue, effusum, nigrum; hyphis flexuosis, supra diaphanis, paucis; conidiis lanceolatis, utrinque obtusis, 3-7-septatis, 50-70 = 20. 2018

Hab. in culmis Sorghi, Aiken Carol. inf.

106. **Helminthosporium turcicum** Pass. La nebbia del Granoturco, in 2019

Boll. Comiz. Agr. Parm. Ott. 1876 et in Rabh. F. E. Cent. XXIII. — Hyphis gregariis in macula exarida, pallida, cylindraceis. 150 ≈ 6. 3-pauciseptatis, rectis vel subflexnosis olivaceo-fuscis, apice pallidiore obtusatis; conidiis maximis 85-92 ≈ 20-24, perfecte fusoideis, utrinque acutis, 5-8-septatis, episporio crasso, olivaceo-fuscis.

Hab. in foliis languentibus Sorghi vulgaris et Zeæ Maydis, sæpe socio *Cladosporio fasciculato* et *Alternaria tenui*, Treviso et Parma Ital. bor.

107. **Helminthosporium nodulosum** B. et C. North Am. Fungi n. 629 *(H. nodosum)*. — Sparsum laxum; hyphis articulatis ad articulos nodosis (zig-zag fere ad instar) sursum subinde parce ramosis; conidiis clavatis 6-septatis. 2020

Hab. in inflorescentia Eleusines indicæ in Carolina inf. Amer. bor.

108. **Helminthosporium Petersii** B. et C. North Amer. Fungi n. 626. — Hyphis e maculis foliorum orbicularibus fuscis oriundis nodulosis initio pallidis demum atris obscuris; conidiis clavatis 6-septatis, pleurogenis, rarius acrogenis, 100 μ. longis. 2021

Hab. in pag. inf. foliorum Smilacis, Lauri etc. in Carolina inf. et Alabama

109. **Helminthosporium viticulosum** Cr. Flor. Finist. p. 11. — Hyphis brevibus, brunneo-nigricantibus, continuis: conidiis elongatis, siliquiformibus, 8-15-septatis, acrogenis. 2022

Hab. in Phragmite communi, Finestere Galliæ.

IV. Conidia septis indeterminatis.

110. **Helmintnosporium virgultorum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2628. — Hyphis aggregatis in maculam nigrescentem semiuncialem primum sub epidermide, demum nudis; ceterum brevissimis tenerrimis fuscis, ramosis; conidiis concoloribus inspersis. 2023

Hab. sub epidermide ramulorum Mori frigore emortuorum, demum denudatum. Bethlehem Amer. bor.

111. **Helminthosporium dubium** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2626. — Hyphis aggregatis, sed non in fasciculos, nigris aut nigro-subfuscescentibus, flexuosis, filiformibus, longiusculis articulatim septatis; conidiis minutis adhærentibus. 2024

Hab. in ramis Bethlehem Amer. bor. — Ex Ceoke vix diversum ab *H. caudato*.

112 **Helminthosporium corniculatum** Schw. Syn. Amer. bor. n 2633. 2025
— Giganteum, aterrimum cum nitore quodam cinerescente; corniculatum ramosum versus apicem ramis divaricatis brevibus; hyphis crassis, fragilissimis densissime intricalis, longitudine unciali, pulvinulum efficientibus 2-3-uncialem, effusum longitudinaliter in rimis: conidiis-rarioribus et tantum in perfectissimis, apice incrassatis.

Hab. in rimis corticis quercini recenter cæsi rarius. Bethlehem Amer. bor.

113. **Helminthosporium crustosum** Schw. Syn. Amer bor. n. 2629. 2026
— Hyphis brevissimis simplicibus erectis nigris, tam dense aggregatis, ut videntur sistere crustam pedalem in qua vix distinguuntur hyphæ breves tenues et conidia minutissima cum hyphis confusa.

Hab. longissime effusum, crustam teneram nigram formans in Catalpæ ramis junioribus, Bethlehem Amer bor. — «Vix hujus loci».

114. **Helminthosporium corticale** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2627. 2027
— Fasciculatum, propullans ex cortice; hyphis nigris, erectis vix ramosis, basi coalitis, apicem versus conniventibus, rigidis, ita ut fasciculus subconicus evadit: conidiis rarioribus, brevissimis, sæpe extus griseolis.

Hab. satis frequens in cortice glabrato ramorum Platani occidentalis, Salem et Bethlehem Amer. bor

115. **Helminthosporium crassum** Rabenh. D. C. Fl. n. 1001 *H. cylindricum* Wallr. Fl. crypt. n. 1504 nec Corda. — Hyphis simplicibus nodulosis flexuosis curvatisque opacis dense cæspitosis; conidiis cylindricis, utrinque attenuatis acuminatis, hypha duplo crassioribus iliique quater brevioribus 2028

Hab. ad lignum corylinum putridum in Thuringia.

116. **Helminthosporium herbarum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2630. — 2029
Subeffusum v. subpulvinatum: hyphis brevissimis basi intumescentibus, brunneis v. fuscis, minutis, densissime stipatis, pellucidis sub lente septatis; conidiis inspersis.

Hab. in caulibus Euphorbiæ marginatæ, Bethlehem Amer. bor. — *Dothideus Sphæriasque* ibi incolas obtegit.

117. **Helminthosporium fasciculatum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2625. 2030
— Fasciculis minutis gregatim propullantibus ex epidermide subfissa et subelevata, sæpe collectis in maculam plus minus effusam: hyphis nigris simplicibus, plus minusve, divergentibus, septatis; conidiis crebris concoloribus.

Hab. frequens in variis foliis Salem et Bethlehem Amer. bor.

118. **Helminthosporium brassicicolum** Schw. Syn. Am. bor. n. 2632. — 2031
Plagis irregularibus, nigro-fuligineis longe lateque effusis; hyphis longiusculis, junioribus erectis, ramosissimis hyalinis; conidiis oblongis multiseptatis, sæpe incurvis, et pseudo-pedicello interdum suffultis, ceterum frequenter clavatis, longitudine fere hypharum; conidiis effusis caulem inquinantibus.

Hab. in foliis Brassicæ in cellis asservatæ, circum nervum centralem præsertim erumpens, in America boreali. — Affine *H. tenuissimo*.

119. **Helminthosporium Sorghi** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2631. — 2032
Cæspitulis minutis linearibus oblongis, crebris, aterrimis confluentibus; hyphis atris, rigidis, erectis, densis, simplicibus, subacuminatis, septatis; conidiis concoloribus inspersis.

Hab. frequens in foliis putridis Sorghi culti in Amer. bor.

120. **Helminthosporium fugax** Wallr. Fl. crypt. n. 1506. — Hyphis 2033
simplicibus æqualibus opacis erectis distinctis sparsis; conidiis majusculis oblongo-cylindricis pellucidis septatis caducis.

Hab. ad culmos Agrostidis Spicæ-venti, præprimis ad nodos, in Thuringia.

121. **Helminthosporium fragilissimum** B. et C. North Amer. Fungi 2034
n. 627. — Valde fragile; conidiis clavatis in hyphas septatas sensim attenuatis.

Hab. in caulibus emortuis Smilacis rotundifoliæ in Carolina inferiore.

BRACHYSPORIUM Sacc. Mich. II pag. 28 (Etym. *brachys* brevis et *spora*). *Helminthosporium* Auct. ex p. — Hyphæ rigidæ, subsimplices, fuscæ, sæpius epixylæ. Conidia ovoidea vel piriformia, 2-paucaseptata, fusca. — Ab *Helminthosporio* brevitate conidiorum dignoscitur.

1. **Brachysporium coryneoideum** (De Not.) Sacc. *Helminthosporium* 2035
coryneoideum De Not. Comm. Crittog. II. p. 80 cum icone, Sacc. F. ital. t. 830. — Hyphis fasciculatis, rigidulis, 80-100 = 6-8, septatis, fuligineis; conidiis acrogenis, obovatis, basi subtruncatis, 25-28 = 15-16, 6-7-septatis, loculis 2-3 interioribus fuligineis, ceteris utrinque pallidioribus.

Hab. in sarmentis Vitis viniferæ et in caulibus Silenes nutantis in Italia bor. — An probe diversum ab *Helm. stemphylioide* Corda? — ***H. proliferum** Sacc., Rouss., Bomm. M.

mycol. I. p. 21: a typo differt præcipue hyphis minus densis et præsentia articuli sphærici, levis, 1-guttati, ochraceo-fusci, 20 μ. diam., et mox decidui, ad apicem conidiorum: hyphæ 80-90 ≃ 7, pluriseptatæ; conidia ellipsoidea 32-35 ≃ 18, quinquelocularia, non constricta, fuliginea, loculis extimis pallidioribus. Ad caules Urticæ dioicæ, Bruxelles Belgii. — Proliferatio vere curiosa.

2. **Brachysporium stemphylioides** (Corda) Sacc. *Helminthosporium stemphylioides* Corda Prachtflora 7. t. IV. Cooke Black Moulds t. 21. f. 2. — Cæspitulis effusis, nigris, velutinis; hyphis brevibus, densis, simplicibus, pallidis; conidiis terminalibus solitariis, maguis, obovatis, 5-6-septatis, non constrictis, 35-37 ≃ 16-18, loculis intermediis binis fuscis guttatis, ceteris flavidis vel subhyalinis. 2036

Hab. in ligno vetusto indurato Taxi baccatæ, Prag Bohemiæ et in Britannia.

3. **Brachysporium Salisburiæ** (Rabenh.) Sacc. *Helminthosporium Salisburiæ* Rabenh. Hedw. 1865. p. 150. — Hyphis torulosis, 4-5 μ. diam., modo regulariter articulatis (articulis 2-3-plo diam. longioribus), modo irregulariter articulatis (articulis ad 30-plo diam. longioribus), luteo-fuscis, in cæspitulos minutos, olivaceo-atros aggregatis; conidiis initio ovoideis, hyalinis biguttatis, postea majoribus 2-3-septatis, fuscescentibus. 2037

Hab. in (ramis?) Salisburia adiantifoliæ, Salem Germaniæ

4. **Brachysporium camptotrichum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium camptotrichum* Corda Icon. fung. I. p. 14. t. III. f. 201. — Cæspitulis minutis, oblongis, gregariis, fuscis; hyphis simplicibus, 4.8 μ. crassis, erectis, tenuissimis flexuosis vel incurvatis, fuscis; conidiis minutis, oblongo-ovatis, di- vel tridymis, 8.6 μ. longis, pallide fuscis. 2038

Hab. in libro putrido Pini ad Hammerstein.

5. **Brachysporium oligocarpum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium oligocarpum* Corda Icon. fung. I. p. 13. t. III. f. 182. — Cæspitulis minutis, linearibus, subparallelis; hyphis flexuosis, simplicissimis, fasciculatis, atro-fuscis, subimpellucidis, tenuissime velatis; articulis subquadratis; conidiis ovato-oblongis minutis, 30 μ. long., fusco-luteis, vertice apiculo acuto ornatis, 3-septatis, non constrictis. 2039

Hab. in ligno Coryli putrido ad Hammerstein prope Reichenberg Bohemiæ et in ramis decorticatis Salicis viminalis, Œstrich Rhenoviæ.

6. **Brachysporium oosporum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium oospo-* 2040

rum Corda Icon. fung. I. p. 14. fig. 200. — Cæspitulis tenuibus atris; hyphis sparsis, simplicibus, atro-brunneis, tenuibus pellucidis; conidiis oblongo-ovoideis. 3-septatis. luteo brunneis, pellucidis. 18-20 μ. longis.

Hab. in truncis et ramis putrescentibus Fagi. Vitis etc. in Bohemia, Britannia et America bor.

7. **Brachysporium nodosum** (Wallr.) Sacc. *Helminthosporium nodosum* Wallr. Fl. cr. n. 1512. — Hyphis curtis, nodosis, tortuosis, atro-viridibus, in stratum effusum velutinum stygium congestis; conidiis ovalibus utrinque acuminatis concoloribus obsolete septatis. 2041

Hab. ad truncum fagineum in Hercynia (Wallr.).

8. **Brachysporium leptotrichum** (C. et E.) Sacc. *Helminthosporium leptotrichum* C. et Ell. in Grevillea. — Tenuiter effusum. atrum; hyphis tenuibus, erectis, simplicibus levibus (nec nodulosis). septatis. conidiis ellipticis. triseptatis, fuscis. 20-25 = 8. 2042

Hab. in ramis quercinis putridis et in Polyporo, New Jersey — Hyphæ pro genere tenuiores, quasi *Menisporæ*.

9. **Brachysporium macrotrichum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium macrotrichum* Corda Ic. fung. I, p. 13. fig. 181. — Cæspitulis minutis, floccosis, atris; hyphis longissimis. adscendentibus. plerumque ad basin furcato-ramosis, flexuosis, atris opacis. apice subclavatis pallidis. diaphanis; conidiis breviter oblongis subcurvatis, 1-2-septatis, obtusis. basi truncatis, luteolis. pellucidis, guttulis oleosis repletis, 36-37 . longis. 2043

Hab. in ramulis Carpini prope Reichenberg Bohemiæ.

10. **Brachysporium altum** (Preuss) Sacc. *Helminthosporium altum* Preuss Fungi Hoyersw. n. 59 et in Sturm. D. C. Fl. tab. 17. — Cæspitulis effusis. tomentosis. aterrimis; hyphis tenuibus longis, simplicibus, subpellucidis, dein aterrimis impellucidis in apice poridiferis; conidiis oblongis seu piriformibus, infra attenuatis. 7-9-septatis. hyalinis. fusco-atris. loculis inferioribus angustissimis, superioribus multo amplioribus. 2044

Hab in ligno molliore Juglandis. prope Hoyerswerda, et in lignis putridis Twycross Britanniæ.

11. **Brachysporium longipilum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium longipilum* Corda Icon. I, p. 14. t. III. f. 197 — Cæspitulis minutis, atris velutinis; hyphis longissimis. simplicissimis. tenuibus. flexuosis, atro-fuscis; articulis brevibus. sub-regularibus, vel supra dilatatis; conidiis minutis, ovatis, tetradymis, 19 μ. longis. luteo-fuscis, pellucidis. 2045

Hab. in cortice interiori Betulæ albæ pr. Reichenberg Bohemiæ. — Var **effusum** Karst. Symb. ad Myc. Fen. XIII, p. 146: cæspitulis late effusis atris: conidiis oblongo-ovatis utrinque obtusis, subinde loculo infimo acutiore, 3-septatis, dilute fuligineo-flavidis et semipellucidis (sub lente), 18-22 ≃ 6-8: hyphis flexuosis, articulatis, fuscis impellucidisque (sub micr.), 300 ≃ 6. In cortice interiore Betulæ albæ ad Samarova Sibiriæ occ.

12. **Brachysporium Vaccinii** (Fr.) Sacc. *Helminthosporium Vaccinii* Fr. Syst. Myc. III. 358. *Sarcoporium atrum* Corda in Sturm Fl. III. 2. p. 135 t. 64 (imperfecta) — Hyphis aggregatis subulatis, opacis atris, basi stromate crassiusculo junctis, rigidis, obscure septatis; conidiis obovatis pellucidis, opacis obscure septatis. 2046

Hab. ad ramos Vaccinii Vitis-Idææ in Germania et Gallia.

13. **Brachysporium hyalospermum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium hyalospermum* Corda Icon. I. p. 13. t. III. f. 187. — Cæspitulis subeffusis, atris; hyphis simplicibus, rectis, rigidis, subimpellucidis, fuscis; conidiis minutis, obovatis, 3-septatis, 19,5 μ. longis, albis, hyalinis. 2047

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

14. **Brachysporium apicale** (B. et Br.) Sacc. *Helminthosporium apicale* B. et Br. Ann. N. H. n. 947, t. XVI. f. 15, *Monotospora triseptata* Peck Rep. of the St. Mus. 1871. p. 94. — Hyphis simplicibus, æqualibus, sursum attenuatis, septatis, articulis ultimis minute verruculoso-conidiophoris; conidiis apicalibus, ellipsoideis, 3-septatis, 17-18 μ. longis, brunneis, loculis extimis hyalinis. 2048

Hab. in ramis dejectis in Britannia et America boreali.

15. **Brachysporium Bloxami** (Cooke) Sacc. *Helminthosporium Bloxami* Cooke Grev. XII. p. 36. — Tenuiter effusum, nigrum; hyphis erectis rigidis opacis, tenuibus, simplicibus v. raro furcatis leniter incrassatis, basi plerumque bulbillosis; conidiis terminalibus elliptico-clavatis, 3-locularibus, brunneis, 25-27 ≃ 12-14, episporio tenui. 2049

Hab. in lignis denudatis, Twycross Britanniæ (Bloxam).

16. **Brachysporium minus** (Link) Sacc. *Helminthosporium minus* Link Sp. pl. Fungi I. p. 48. — Hyphis subramosis, atris, laxe aggregatis, conidiis oviformibus, obsolete septatis. 2050

Hab. ad ramulos putridos in Germania. — *Helm. minus* Link ex America bor., teste Cooke in Grevillea, est forma minor *Helm. macrocarpi*.

17. **Brachysporium obtusissimum** (B. et C.) Sacc. *Helminthosporium obtusissimum* B. et C. North Am. Fungi n. 632. — Hyphis tenuioribus septatis; conidiis biseptatis, utrinque obtusissimis. 2051

Hab. in ligno putri in Carolina inf. Amer. bor. — Notis nonnullis ed *B. oospo um* accedit.

18. **Brachysporium obovatum** (Berk.) Sacc. *Helminthosporium obovatum* Berk. Ann. N. H. n. 232, t. XIII. f. 19. Sacc. F. ital. t. 828. — Effusum, densum, velutinum, atrum; hyphis erectis simplicibus, subulatis, septatis, basi subincrassatis; conidiis apicalibus solitariis obovato-piriformibus biseptatis ad septa leniter constrictis, 25 = 13, brunneis articulo superiori multo majori rotundato, imo acuto pallidiori. 2052

Hab. in ligno putri in Britannia, Italia, America boreali. — Forma americana (*Monotospora bisepta* Peck Rep. St. Mus. p. 62, f. I, f. 58) præbet conidia 27-32 = 16.

19. **Brachysporium tingens** (Cooke) Sacc. *Helminthosporium tingens* Cooke Grev. XII. p. 37. — Tenue, effusum, atrum, matricem colore purpurascente tingens; hyphis longis, erectis, simplicibus, septatis, articulis brevibus, brunneis; conidiis plerumque terminalibus, elliptico-clavatis, 3- raro 4-septatis, hypha pallidioribus, 30 = 10, episporio tenui. 2053

Hab. in liguis putrescentibus, Stanaton Britanniæ.

20. **Brachysporium urophorum** (Dur. et Mont.) Sacc. *Helminthosporium urophorum* Dur. et Mont. Fl. Alg. p. 357, Mont. Syll. Crypt. n. 1127. — Spadiceum; hyphis erectis crassis e ligno suberumpentibus, sensim et æqualiter attenuatis acutis brevissimis; conidiis oblongis triseptatis 20 = 5, pedicello hyalino acuto obliquo auctis. 2054

Hab. in ligno putredine consumpto circa Philippeville Algeriæ (Durieu).

21. **Brachysporium Olivæ** (Thüm.) Sacc. *Helminthosporium Olivæ* Thüm. Pilze d. Œlb. p. 41. — Cæspitulis tenuibus, olivæ superficiem plerumque totam occupantibus, nigris; hyphis fasciculatis, brevibus, dense multiarticulatis, subnodulosis, parce ramosis, griseo-fuscis, crassiusculis; conidiis acrogenis fusoideis, rectis, sæpius biseptatis, utrinque attenuato-rotundatis, ad septa haud constrictis, 20-22 = 10, luride fuscis. 2055

Hab. in fructibus Olearæ europææ in Austria merid.

22. **Brachysporium striiforme** (Corda) Sacc. *Helminthosporium striiforme* Corda Ic. fung. I. pag. 13, fig. 188. Sacc. F. ital. t. 827. — Cæspitulis linearibus, angustis, atris; hyphis filiformibus tortuosis, fuligineis, 60-90 = 6, septatis; conidiis obovato-piriformibus 20-25 = 10-12, 3-septatis dilute fuligineis. 2056

Hab. in ramulis Prag Bohemiæ et in caule Althææ roseæ

in Italia bor. — Forma bohemica præbet hyphas breviores et conidia subinde septo uno alterove longitud. divisa.

23. **Blachysporium phyllophilum** (Rabenh.) Sacc *Helminthosporium phyllophilum* Rabenh. in Bot. Zeit. 1851, pag. 625. — Acervulis sublirellæformibus, dein effusis, flocculosis, aterrimis; hyphis erectis vel decumbentibus et subreptantibus simplicibus, rarius (hinc inde) monocladis, lucidis, septatis, articulis diametro 3- 4-plo longioribus; conidiis ovalibus vel subclavatis uniseptatis concoloribus, sæpius pedicello hyalino brevi suffultis. 2057

Hab. in p. sup. foliorum Convolvuli Cneori in Italia austr.

24. **Brachysporium fumosum** (E. et M.) Sacc. *Helminthosporium fumosum* Ell. et Mart. Amer. Nat. 1884, p. 70. — Cæspitulis hypophyllis, laxiusculis, in circulos $^1/_2$-1 cent. diam. digestis; mycelio repente pallide lateritio, ramoso, radiante; hyphis fertilibus erectis, pallide brunneis, simplicibus, septatis, 75-80 = 6, apice conidia singula obvata, 3-septata brunnea, 25-30 = 10-12 ferentibus. 2058

Hab. in foliis subvivis Perseæ palustris, N. Jorsey Am. bor.

25. **Brachysporium pellucidum** (Kunze) Sacc. *Helminthosporium pellucidum* Kunze ap. Link Sp. pl. Fungi I, pag. 49. — Cæspitibus longitudinaliter effusis, fusco-nigris: hyphis ramosis aggregatis pellucidis fusco-nigris, brevibus; conidiis piriformibus, in basin veluti stipitiformem productis. 2059

Hab. ad ramulos dejectos agri lipsiensis et in foliis putridis Crambes maritimæ in Rhenogovia. — Teste Cooke in Grev. forma in Crambe ad *Macrosporium* spectat.

26. **Brachysporium mystrosporioides** (Preuss) Sacc. *Helminthosporium mystrosporioides* Preuss F. Hoyersw. n. 60. — Cæspitibus effusis, nigris: hyphis repentibus, ramis adscendentibus, flexuosis, septatis, pellucidis, fuscis: conidiis clavæformibus, oblongisve magnis, pedicellis filiformibus, apice et lateraliter innatis. 2060

Hab. in foliis Cheiranthi Cheiri corruptis, in hortis prope Hoyerswerda — An *Macrosporium?*

27. **Brachysporium biseptatum** Sacc. et Roum. Mich. II. p. 641 *(Helminthosporium)*. — Cæspitulis minutis, nigris: hyphis fasciculatis, filiformibus, 300 = 10, septatis, subrectis, apice rotundatis, intense fuligineis: conidiis ellipsoideis, 25-30 = 15, utrinque rotundatis, biseptatis, 3-guttatis, non constrictis, olivaceo-fuligineis, levibus. 2061

Hab. in caulibus putridis in Arduennis (Libert).

28. **Brachysporium Solani** (Dur. et Mont.) Sacc. *Helminthosporium Solani* Dur. et Mont. Fl. Alg. I, p. 356, et Syll. Crypt. n. 1126. 2062

— Hyphis erectis, simplicissimis, flexuosis, rigidisque, apice attenuato obtusis, irregulariter septatis fuscis, conidiis obovato-piriformibus bi-triseptatis 40 μ. longis, pedicellatis, pedicello continuo hyalino.

Hab. in caulibus siccis Solani nigri, circa La Calle Algeriæ et Coimbra Lusitaniæ (Durieu).

29. **Erachysporium Endiusæ** Sacc. *Pleosporæ* (Leptosphæriæ) *Endiusæ* st. conidicus Fuck. Synb. p. 136. — Acervulis olivaceis, tenuissimis; hyphis simplicibus, gibbosis, septatis fuscis, 110 μ. long., apice conidia ovata seu ovato-oblonga, utrinque obtusa, 2-3-septata, fusca, 16 = 8, gerentibus. 2063

Hab. in caulibus leguminibusque Ervi (Endiusæ) hirsuti pr. Vollrads Rhenogovia.

30. **Brachysporium fructigenum** (Rab.) Sacc. *Hel. fructigenum* Rabenh. Bot. Zeit. 1862, p. 199. — Cæspitulis pulvinatis nigro-olivaceis; hyphis maxime torulosis apice truncatis ramulis numerosissimis fructiferis; conidiis valde polymorphis maximis, 1-2-rarius 3-septatis, fuscis. 2064

Hab. in fructibus in Germania. — Teste Cooke in Grevillea, forte *Cladosporii* species.

31. **Brachysporium maculans** (Corda) Sacc. *Helminthosporium maculans* Corda Icon. fung. I, p. 13, t. 3, fig. 190. — Mycelio effuso, tenui, atro; hyphis tenuissimis, brevissimis 2-5-septatis; conidiis obovato-subclavatis, magnis tetradymis, basi acutis, olivaceis, diaphanis. 2065

Hab. in caulibus Umbelliferarum, Prag in Bohemia, in caule interiore Heracleï Sphondylii, Coimbra Lusitaniæ.

31. **Brachysporium vesiculosum** (Thüm.) Sacc. *Helminthosporium vesiculosum* Thüm. Myc. Univ. n. 784. — Hyphis erectis, brevibus, articulatis, articulis vesiculosis, griseis; conidiis 3-6-septatis, sessilibus, obtusis, oblongo-ovatis vel ellipsoideis, pallide griseis, 8-10 = 1. 2066

Hab. in foliis fructibusque Allii Scorodoprasi, subinde totos occupans. Bayreuth Bavariæ.

32. **Brachysporium Arecæ** (B. et Br.) Sacc. *Helminthosporium Arecæ* B. et Br. F. of Ceyl. n. 883. — Pulvinulis minutis mollibus e fibris radiantibus; conidiis magnis obovatis, 3-septatis, 50-58 μ. lg. 2067

Hab. in foliis Arecæ Catechu in insula Ceylon. — Conidia rarius deorsum acutiora et tunc plus quam 3-septata fiunt.

33. **Brachysporium flexuosum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium fle-* 2068

xuosum Corda Icon. fung. I, p. 13. tab. 3. fig. 196. — Cæspitulis minutis, linearibus, fuscis; hyphis simplicibus, flexuosis, inæqualiter septatis, fuscis, diaphanis; conidiis ovato-oblongis, 8-16 μ. longis, luteis, pellucidis, 2-3-septatis.

Hab. in culmis Graminum et Caricum prope Prag Bohemiæ, in culmis et vaginis Phragmitis, Aquileja Ital. bor. (Bolle), in culmis subvivis nec non in spicis Oplismeni Cruris-galli, Alexandria Ægypti (ex Cooke).

24. **Brachysporium juncicolum** (Rabenh.) Sacc. *Helminthosporium juncicolum* Rabenh. Bot. Zeit. 1851, p. 626. — Cæspitulis minutis, nigris, lineatim in calami striis nascentibus, olivaceo-griseis; hyphis fasciculatis flexuosis, nodulosis, crebre septatis, articulis ultimis longioribus; conidiis subovoideis vel ellipsoideis, 1-septatis. 2069

Hab. in calamis Junci maritimi in Lagune di Otranto Italiæ austr. — «An *Cladosporium?*».

35. **Brachysporium gracile** (Wallr.) Sacc. *Helminthosporium gracile* Wallr. Fl. crypt. n. 1503. — Hyphis simplicibus, nodosis, gracilescentibus, erectis, pellucidis, fasciculatis; conidiis circa apicem congestis ovatis, minimis, 3-4-septatis utrinque obtusiusculis, hypharum molem subæquantibus. 2070

Hab. ad folia vaginasque graminum cerealium sicca et Iridum folia in Germania; in foliis Iridis germanicæ, fœtidissimæ, biglumis, Gladioli in Austria, Italia, Lusitania, Sibiria. — (Cfr. *Heterosporium gracile*). — Var. **gramineum** Rabenh. Bot. Zeit. 1857, p. 94 a typo differt conidiis solitariis elongato-cylindraceis, 3-6-septatis. In graminibus in Germania

36. **Brachysporium Crepini** (West.) Sacc. *Helminthosporium Crepini* West. VII. Notic. Crypt. Belg. n. 17. fig. 3. — Cæspitulis nigricantibus, subrotundis; hyphis laxe gregariis, rectis vel flexuosis, septatis, 100 = 10; conidiis parcis, ovoideis vel piriformibus, curvis, 3-septatis, pleurogenis, 50-60 = 17-20; loculo secundo ab apice, majore brunneo, ceteris subhyalinis. 2071

Hab. in foliis Ophioglossi vulgati, Rochefort-Namur Belgii. (Crepin).

DREPANOSPORA B. et C. North Amer. Fungi n. 641 (Etym. *drepane* falx, ob formam conidiorum). — Hyphæ steriles repentes; fertiles flexuosæ septatæ, apice brevi-ramulosæ seu processus conidiophoros breves exerentes. Conidia prælonga, pluri-septata.

1. **Drepanospora pannosa** B. et C. North Amer. Fungi n. 641. — 2072

Pannosa; mycelio repente hypnos fertiles flexuosas septatas exerente; hyphis sursum hic illic processibus 2-3 brevibus fertilibus præditis; conidiis longissimis, insigniter falcatis, pluriseptatis.

Hab. in disco trunci cæsi, stratum pannosum formans, in Carolina inferiore Amer. bor.

CERCOSPORA Fres. Beitr. p. 90 (Etym. *cercos* vermen et *spora*) *Virgasporium* Cooke, *Cladosporium* et *Helminthosporium* Auct. ex parte. — Hyphæ molliusculæ simplices v. ramulosæ, fuscæ, sæpius biophilæ et maculas foliorum incolentes. Conidia vermicularia fusca, olivacea, raro subhyalina. — Genus vastum et naturale, sed inter Dematieas et Mucedineas fere ambiguum, quibus ultimis per *Cercosporellam* conjungitur.

[1] In Dicotyledoneis herbaceis.

1. **Cercospora Ranunculi** Ell. et Holw. Journ. of Mycol. I, p. 5. — Maculis indefinite expansis, brunneis paginam inferiorem foliorum occupantibus, subtus sordide flavis et definite limitatis; hyphis in cæspites sparsos congestis, brunneis, continuis, undulatis, sursum curvis aut sinuosis, 70-90 = 3-4; conidiis gracilibus, nucleolatis, demum 4-6 septatis; 70-85 = 3-4. 2073.

Hab. in foliis Ranunculi repentis, Iowa Americæ borealis (Holway).

2. **Cercospora variicolor** Wint. in Hedw. 1885 p. 205. — Maculis magnis, primo orbicularibus, demum irregularibus, centro griseis, margine latissimo, distincte limitato, pallide sordideque fuligineo vel cervino zonis pluribus concentricis griseis notato circumdatis, 10-25 mm. latis; cæspitulis epiphyllis, dense sparsis, atris, minutissimis; hyphis fasciculatis e tuberculo minuto, hemisphærico, pseudoparenchymatico, fusco oriundis, erectis, torulosis, plerumque simplicibus, fuscis, parce septatis, 35-52 = 3,5; conidiis filiformibus, deorsum parum longeque incrassatis, pallide olivaceis, parcissime septatis, minutè guttulatis, 88 = 3,5. 2074

Hab. in foliis vivis Pæoniæ officinalis Missouri Amer. bor. (Demetrio).

3. **Cercospora squalidula** Peck 33 Rep. st. Mus. 29. — Maculis angulatis vel suborbicularibus brunneis aut griseo-brunneis, obscure marginatis; hyphis amphigenis, cæspitosis, sursum leviter nodulosis, coloratis; conidiis cylindraceis vel subclavatis, longitudine inæqualibus 30-110 μ. long., subhyalinis, continuis aut 1-3-septatis. 2075

Hab. in foliis vivis Clematidis Virginianæ. New York (Peck). Jowa (Holway). — Affinis *Cercosporæ olivascenti*, sed hyphæ saturatius coloratæ et compactiores, conidia paullo breviora etc.

4. **Cercospora Delphinii** Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 478. — Cæspitulis hypophyllis, densis, minutis, tenuibus, punctiformibus, fuscis in macula plus minusve irregulariter orbiculata, fusco-ochracea, griseolo-fusco marginata, in pagina superiore obscure fusca; hyphis brevibus, tenuibus, septatis, dilute fuscidulis; conidiis cylindrico-clavulatis, vertice rotundatis, basi angustatis, tricellularibus, hyalinis, 18-20 = 4. 2076

Hab. in Delphinii elati foliis vivis prope Minussinsk Sibiriæ asiaticæ.

5. **Cercospora Thalictri** Thüm. in Contrib. Fl. mycol. Lusitan p. 5. — Cæspitibus hypophyllis, dense gregariis, elevatis, olivaceis in macula cærulea vel purpureo-violacea, irregulari, sæpe confluente, vix exarida, superne obscure fusca; hyphis brevibus, pauci-septatis, erectis, inæqualibus, dilute griseo-fuscis, 6-7 μ. crassis; conidiis longissime anguste clavatis, utrinque septatis, ad septa leniter constrictis, vertice rotundato-subdilatatis basi angustatis, pallidissime griseis vel achrois, 90 = 10. 2077

Hab. ad folia Thalictri flavi, Th. speciosi et Th. glauci, Coimbra Lusitaniæ (Mesnier et Moller).

6. **Cercospora nymphæacea** C. et E. Grev. VI. p. 89. — Epiphylla; maculis pallide olivaceis, suborbicularibus $^1/_4$-$^1/_2$ cm. diam. margine rufo-brunneo leniter elevato; hyphis dense fasciculatis, gracilibus hyalinis minute dense cæspitulosis; conidiis linearibus, multi-septatis, hyalinis, flavidis, 70-90 μ. longis. 2078

Hab. in foliis Nymphææ odoratæ, Newfield N. J. Amer. bor.

7. **Cercospora Cheiranthi** Sacc. F. Ven. Ser. V, p. 187, F. ital. t. 660. — Maculicola, amphigena; maculis variis, albidis, aridis; hyphis fasciculatis, septatis, ramulosis, fuligineis; conidiis bacillari-fusoideis, 90-100 = 4-4$^1/_2$, pluriseptatis hyalinis. 2079

Hab. in foliis vivis Cheiranthi Cheiri quæ vexat, Treviso, Vittorio, Padova Ital. bor.

8. **Cercospora Lepidii** Peck 35 Rep. N. York State Mus. — Maculis minutis, orbicularibus, griseo-atris vel subcinereis, sæpe tenuiter concentrice lineatis; hyphis amphigenis, circ. 35 μ. long. 1-3-fasciculatis, pallidis; conidiis longissimis sursum attenuatis leniter ad septa constrictis, 8-9-septatis, 150-200 = 20-25, viridulis. 2080

Hab. in foliis vivis Lepidii campestris. New York (Peck). — Subinde loculus singulus conidiorum longitudinaliter divisus. — «Affinis videtur *Cerc. crassæ* et *C. Daturæ*».

9. **Cercospora Nasturtii** Pass. Hedw. 1877. p. 124 — Hyphis longiusculis, continuis, subtorulosis; conidiis longe apicem versus attenuatis, eximie septatis. 2081

Hab. in foliis Nasturtii pr. Parma Italiæ bor. — ***Barbareæ** Sacc. Mich. I. p. 557. et F. it. t. 648 — Hyphis in cæspitulos collectis. 60-70 = 5-6, sursum denticulatis fuscescentibus conidiis obclavatis, sursum acutatis, 60-70 = 4-5. quadriseptatis, hyalinis; maculis foliorum expallentibus, ochraceo-marginatis, epiphyllis. In foliis Barbareæ vulgaris, Selva (Treviso). Ital. bor.

10. **Cercospora Bloxami** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1979. — Maculis orbicularibus pallidis; conidiis eloagato-fusiformibus utrinque acuminatis, multiseptatis. 2082

Hab. in foliis languidis Brassicæ Rapæ v. B Nap. Twycross in Britannia (Bloxam).

11. **Cercospora Armoraciæ** Sacc. F. Ven. Ser. V. pag 188. F. ital. t. 646. — Maculicola amphigena; macutis difformibus, latis, pallidis: hyphis brevibus simplicibus. 30-40 = 5 fuligineis; conidiis baciliaribus, cuspidatis, 100-120 = 5. pluriseptatis, hyalinis 2083

Hab. in foliis Armoraciæ rusticanæ. Selva (Treviso) Italiæ borealis.

12. **Cercospora Sanguinariæ** Peck 33 Rep. St Mus 29. — Maculis amplis, indeterminatis, brunneo-fumosis, sæpe variegatis vel subreticulatis, superne lineis obscurioribus notatis: hyphis hypophyllis, paucis, sparsis vel subcæspitosis, longiusculis, coloratis sæpe sursum subnodulosis: conidiis subcylindraceis, obtusis, 4-8-septatis, 35-60 μ. longis, hyalinis. 2084

Hab. in foliis vivis languidisque Sanguinariæ Canadensis. New York Amer. bor. (Peck). — Fungillus fugax, maculæ vero conspicuæ.

13. **Cercospora Caulophylli** Peck 33 Rep. St. Mus., 30. — Maculis irregularibus v. subcircularibus, atro-brunneis v. griseis atro-marginatis: hyphis hypophyllis, cæspitulosis, sursum nodulosis, flexuosis, rarius ramulosis, coloratis; conidiis oblongo-cylindraceis 1-3-septatis, 20-30 = 7-8 2085

Hab. in foliis vivis v. languidis Caulophylli thalictroidis, New York Amer. bor.

14. **Cercospora minuta** Cooke et Ell. Grev. V, pag. 49 — Hyphis 2086
brevibus, simplicibus, fuscis, fasciculatis, folia petiolosque maculis minutis, punctiformibus vix distinctis, griseis obtegentibus; conidiis linearibus, multiseptatis, 100–125 μ. longis.

Hab. in foliis vivis, petiolis floribusque Polygalæ luteæ et P. cruciatæ. Newfield, N. J., Amer. bor.

15. **Cercospora Violæ** Sacc. F. Ven. Ser. V, p. 187, F. it. t. 651. — 2087
Maculicola, amphigena; maculis subrotundis aridis pallidis: hyphis brevibus, simplicibus, 30–35 ≈ 4, fuligineis; conidiis longissimis, 150–200 ≈ 3½, bacillaribus, suberectis, multiarticulatis, hyalinis.

Hab. in foliis Violæ odoratæ in Italia bor., Austria, New York et Jowa Amer. bor.

16. **Cercospora granuliformis** Ell. et Holw. Journ. of Mycol. I, p. 6. 2088
— Amphigena: maculis rotundatis, 1 cm. latis, brunneis, indefinite expansis; hyphis brevibus, 15–25 ≈ 3, continuis, brunneis, subrectis, obtusis et primo integris, demum sursum subundulatis et fere dentatis, in cæspitulos parvos, 75 μ.-diam., peritheciformes congestis brunneis, dein nigricantibus; conidiis cylindraceis, rectis, brunneis, septatis, 17–85 ≈ 2,5–3.

Hab. in foliis Violæ cucullatæ, Jowa Americæ borealis (Holway).

17. **Cercospora murina** Ell. et Kell., Bull. Torr. Bot. Club. XI, p. 122. 2089
— Hypophylla, maculis 0,5–1 cm. crass., rotundatis, indefinite limitatis, infra atris, supra sordide albis; hyphis effusis, cinereo-murinis, ramosis, septatis, 75–100 ≈ 3–4; conidiis oblongis v. oblongo-cylindraceis, 3-septatis, brunneis, quandoque ad septa leniter constrictis, 25–35 ≈ 4–5.

Hab. in foliis Violæ cucullatæ. Kansas Amer. bor. (Kellerman).

18. **Cercospora tandilensis** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 345. — Maculis orbicularibus, parvulis ½–1 cm. amphigenis, fuscis v. sordide albescentibus, determinatis, areola purpurascente cinctis; cæspitulis centralibus, sæpius epiphyllis, olivaceis, paucis; hyphis rectis simplicibus, apice non v. parce denticulatis, 50–70 ≈ 5, fuligineis, sursum pallescentibus; conidiis clavulatis pluriseptatis, ad septa leniter constrictis, 50–80 ≈ 5–6, deorsum longe attenuatis, hyalinis. 2090

Hab. in foliis vivis Jonidii glutinosi in montuosis, Sierra del Tandil Argentinæ.

19. **Cercospora Cistinearum** Sacc. Mich. I, p. 268, F. ital. 670. — 2091

Maculis plerumque epiphyllis, subcircularibus, griseis, rufo-purpureo-marginatis; cæspitulis punctiformibus, gregariis; hyphis fasciculatis cylindraceis, subflexuosis 35-45 ≈ 5, apice rotundatis, septulatis dilute fuligineis; conidiis elongato-fusoideis, rectiusculis, 10-15 ≈ 4, initio continuis, tandem 2-3-septatis, utrinque obtusiusculis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Helianthemi vulgaris in Horto Patavino Italiæ bor.

20. **Cercospora Resedæ** Fuck. Symb. myc. p. 353.) *Virgasporium maculatum* Cooke Grev. III, p. 182, t. 48, f. 4. — Cæspitulis in maculis exaridis, 2-4 mm. diam. punctiformibus, gregamis griseis; hyphis dense congestis, simplicissimis, continuis v. parce septatis, rectis sursum subtortuosis, 50-70 ≈ 4-5, fuscis; conidiis in hypharum apicibus, obclavato-linearibus, 4-5-septatis, hyalinis 100-140 ≈ 2,5-3. 2092

Hab. in foliis vivis Resedæ odoratæ, quam valde vexat, in Germania, Italia, Britannia, Amer. bor.

21. **Cercospora Capparidis** Sacc. F. Ven. Ser. V. pag. 189, F. ital. t. 653. — Maculicola, amphigena; maculis rotundis albis, fusco cinctis, elevatis; hyphis fuligineis, subcontinuis, cylindraceis, nodulosis, 40-50 ≈ 4½, fasciculatis; conidiis fusoideis, curvulis, 2-3-septatis, 30-40 ≈ 4½, hyalinis. 2093

Hab. in foliis vivis v. languidis Capparidis spinosæ et rupestris, Treviso, Casale Monferrato, Mortola Italiæ bor. et Toulouse Galliæ.

22. **Cercospora cruenta** Sacc. Mich. II, p. 149 et F. ital. t. 686. — Cæspitulis punctiformibus, in maculis cruentatis vagis; hyphis laxe fasciculatis simplicibus furcatisve, sursum subdenticulatis dilute olivaceis; conidiis aciculari-obclavatis, curvulis, 60-80 ≈ 4, sursum acutioribus, 6-7-septatis e hyalino olivascentibus. 2094

Hab. in pag. inf. et sup. foliorum Phaseoli v. Dolichi in Carolina Amer. bor. — Præcipue maculis rubris mox dignoscenda species.

23. **Cercospora canescens** Ell. et Mart. Amer. Nat. 1882, p. 1003. — Maculis brunneis, demum griseis v. sordide albis, subcircularibus, irregularibus et confluentibus, ¼-½ cm. latis, nunc in area emortua foliorum, nunc in pag. superiore definite anguste rufo-brunneo-marginatis; hyphis cæspitosis, brunneis, 90-110 ≈ 5-6, fasciculos minutos atros formantibus; conidiis obclavato-cylindraceis, 5-8-septatis, hyalinis, 100-120 ≈ 5-6, plerumque epiphyllis. 2095

Hab. in foliis Phaseoli culti, Nowfield N. J. Amer. bor.

24. **Cercospora Phaseolorum** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 584. 2096
Grev. XII, p. 30. — Epiphylla; maculis pallidis, vix determinatis; hyphis fasciculatis, abbreviatis, pallide fuligineis; conidiis subcylindricis, teretibus, 3-5-septatis, pallidis 40-50 = 4.

Hab. in foliis Phaseoli in Carolina inf. Amer. bor. (Ravenel). — Conidia duplo breviora quam in *C. olivascente*.

25. **Cercospora phaseolina** Speg. F. Arg. Pug. IV. n. 339. — Maculis 2097
amphigenis, supdeterminatis, obtuse angulosis, sæpius confluentibus, ac totum fere folium occupantibus, sordide fusco-cinereis; cæspitulis hypophyllis, dense gregariis, olivaceo-cinereis; hyphis erectis, simplicibus, apice noduloso-denticulatis, rectis v. flexuosis 50-80 = 4-5, fuligineo-olivaceis, apice pallescentibus; conidiis cylindraceo-subclavulatis 20-45 = 3-3,5, sursum obtuse rotundatis, deorsum attenuatis, 1-3-septatis, ad septa non constrictis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Phaseoli ovati, socio *Oidio erysiphoide* in dumetis paludosis. Palermo Argentinæ.

26. **Cercospora filispora** Peck in Journ. Myc. I. p. 36. — Maculis sub- 2098
circularibus vel irregularibus, brunneis 3-5 mm. diam., anguste rufo-brunneo-marginatis, amphigenis; cæspitulis gregariis; hyphis e cellulis elongatis dense compactis e superficie tuberculi sclerotioidei minutis orientibus; conidiis fasciculatis, filiformibus prælongis, 125-200 = 2-2.5, multi-septatis, flavidis subhyalinis, curvulis, copiosissimis, sursum vix attenuatis.

Hab. in foliis Lupini perennis, New York Americæ bor. (Peck). — Pruinam cineream in maculis format.

27. **Cercospora Lupini** Cooke Hedw. 1878. p. 39. — Maculis indefi- 2099
nite limitatis, inconspicuis, nigricantibus; hyphis ramosis, septatis, brunneis; conidiis cylindraceis, rectis, 3-5-septatis, leviter attenuatis, hyalinis, 50-70 = 3.

Hab. in foliis Lupini diffusi in Carolina inferiore Amer. bor. (Ravenel). — *Septosporium Lupini* Thüm. M. U. n. 1171 (ex eadem matrice et loco) huc spectare videtur, etsi conidia describantur 7-septata, 60-66 = 4-5, flavido-pellucida.

28. **Cercospora longispora** Peck 33 Rep. St. Mus. et Journ. Mycol. I, 2100
1885. — Maculis suborbicularibus, sæpe confluentibus et irregularibus, griseo-brunneis, obscure marginatis; hyphis amphigenis, sæpe epiphyllis, cæspitosis, 20-40 μ. longis, coloratis; conidiis longissimis, varie curvatis flexuosisve, achrois, simplicibus vel fere indistincte septatis, subinde furcatis, 60-170 = 4.

Hab. in foliis vivis Lupini perennis, New York Americæ borealis (Peck). — A *Cercosp. Lupini* vere diversa videtur.

29. **Cercospora Scorpiuri** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 210 — Maculas plus minusve orbiculatas, epiphyllas, griseo-roseas, auguste fusco-cinctas, subtus indeterminatas pallidas formans; cæspitulis dense gregariis minutissimis, obscure griseis; hyphis brevibus, crassis, multi-et brevi-articulatis, cinereis; conidiis cylindricis, rectis, utrinque obtuse rotundatis, obsolete bi-triseptatis, ad septa non constrictis, fuligineis, 20-22 = 9. 2101

Hab. in foliis vivis Scorpiuri muricatæ, St. Clara prope Coimbra Lusitaniæ (Moller).

30. **Cercospora helvola** Sacc. Mich. II, p. 556 et F. ital. t. 677 — Maculis foliorum subcircularibus, subferrugineis, amphigenis; hyphis hypophyllis in cæspitulos punctiformes collectis, cylindraceis, 70-80 = 5, parce septatis, subolivaceis, sursum nodulosis pallidioribus; conidiis fusoideo-bacillaribus, 110-120 = 5, 5-6-septatis, sursum attenuatis, leniter curvulis, hyalinis. 2102

Hab. in pagina inferiore foliorum languidorum Trifolii alpestris, Selva (Treviso) Ital. bor. — Cæspituli e nodulo stromatico oriuntur. Forte non satis distincta a sequente.

31. **Cercospora zebrina** Pass. Hedw. 1877, p. 124. — Maculis atris ut plurimum elongatis, nervis venisque limitatis; hyphis simplicibus, continuis, apicem versus tortuosis, pallide fumosis; conidiis longissimis sursum attenuatis, multiseptatis hyalinis. 2103

Hab. in foliis Trifolii agrarii etc. in Italia bor. (Passerini) et New York Amer. bor. (Peck).

32. **Cercospora Galegæ** Sacc. Mich. I. p. 267, F. ital. t. 661, *Cercosp. radiata* Sacc. Mycol. Ven. p. 181 (p. p. in *Galega*). — Maculis oblongis, arescendo dealbatis, fusco-cinctis; hyphis cæspitulosis cylindraceis, hinc inde gibbosis, 30-35 = 3¾-4, remote septatis, dilute fuligineis; canidiis bacillari-fusoideis, 60-90 = 4, curvulis, apice obtuse attenuatis, pluriseptatis, hyalinis. 2104

Hab. in pagina superiore foliorum Galega officinalis, Selva Ital. bor. — A *Cercosp. radiata* maculis dealbatis, conidiisque non radiatim aggregatis recedit.

33. **Cercospora zonata** Wint. Contr. Fl. Myc. Lus. p. 22, n. 774. — Cæspitulis gregariis, in macula magna, usque 12 mm. lata, fusco-purpurea, concentrice zonata, centro pallidiore, plerumque epiphyllis; hyphis vulgo brevibus, simplicibus, torulosis, fuscis, 26-44 = 6-8; conidiis filiformi-clavatis, apice parum attenuatis, plerumque 4-septatis, 40-65 = 4-6, hyalinis. 2105

Hab. folia viva ad Viciæ Fabæ prope Coimbra (Moller).

34. **Cercospora condensata** Ell. et Kell. in Journ. Myc. 1886, p. 2. — Maculis amphigenis, minutis, 1-2 mm. d., centro albicantibus, præcipue supra, margine saturiore; hyphis simplicibus continuis brunneis sursum nodulosis et subdentatis, 30-50 = 4, in cæspitulos minutos densos præcipue hypophyllos collectis; conidiis tenuibus, obclavatis, multiseptatis, brunneis, 6-12-septatis, 60-115 = 3-4. 2106

Hab. in foliis Gleditschiæ Triacanthi. Manhattan Kansas Amer. bor. (Kellerman). — A *C. olivacea* crescendi modo statim distinguitur.

35. **Cercospora Viciæ** Ell. et Hol. Journ. of Mycol. I. p. 5. — Maculis pallide brunneis, purpureo-marginatis, irregularibus; hyphis dense cæspitosis, continuis, brunneis integris vel leviter sursum denticulatis, brevibus, 25-30 = 3-4; conidiis cylindraceis, granulosis, demum 3-septatis, 30-40 = 3-3,5. 2107

Hab. in foliis Viciæ sativæ, Jowa Amer. bor. (Holway). — Affinis *Cerc. Lupini* et *Cerc. Phaseolorum* sed maculæ definite limitatæ.

36. **Cercospora brevipes** Penz. et Sacc. Funghi Monte Gen. n. 152. — Cæspitulis epiphyllis, minutis, maculis brunneis foliorum vivorum insidentibus, fuscidulis; hyphis fertilibus fasciculatis, brevissimis, continuis, simplicibus, cylindricis, 10-12 = 7-8, dilute fuligineis; conidiis elongatis, obclavatis vel flagelliformibus, septatis, 65-70 = 4-4.5, rectis vel paullum flexuosis, hyalinis. 2108

Hab. in foliis vivis Antyllidis Vulnerariæ in Monte Generoso Ital. bor. (O. Penzig). — An forma sequentis?

37 **Cercospora radiata** Fuck. Symb. myc. p. 354. — Cæspitibus in maculis fuscis, laxis, fuscis; hyphis fasciculatis, simplicibus, septatis, fuscis; conidiis hyphis duplo longioribus, linearibus, medio parum latioribus, 3-5-septatis, stellatim divergentibus, hyalinis. 2109

Hab. in foliis Anthyllidis Vulnerariæ, Budenheim Germaniæ.

38. **Cercospora monoica** Ell. et Hol. Journ. of Myc. I. pag. 6. — Epiphylla; maculis brunneis lutescente-marginatis; cæspitulis minutis tabacino-brunneis; maculicolis v. subinde initio in areis adhuc viridibus nascentibus; hyphis, dense aggregatis, pallide brunneis, continuis; sursum abrupte undulatis vel denticulatis, 35 = $2^1/_2$, conidiis tenuibus, leniter constrictis, luteolis, granularibus, indistincte 3-8-septatis. 2110

Hab. in foliis Amphicarpææ monoicæ, Jowa Amer. bor. (Holway).

39. **Cercospora velutina** Ell. et Kell. Bull. Torr. Bot. Club. XI, p. 122. — Amphigena; hyphis pallide olivaceis, simplicibus, continuis, plus minus sursum denticulatis et curvulis, stratum deusum velutinum in superficie tuberculi atri vix 1 mm. diam., formantibus: cæspitulis aggregatis v. inæqualiter sparsis; conidiis pallide livaceo-brunneis, subæqualibus vel sursum attenuatis, curvulis, 75-100 = 3, parce septatis. 2111

Hab. in foliis Baptisiæ, Kansas Amer. bor. (Kellerman).

Cercospora Desmodii Ell. et Kell. Bull. Torr. Bot. Cl. XI, p. 121. — Maculis rufo-brunneis, subcircularibus v. irregularibus, subinbefinite limitatis, 2-3 mm. latis; hyphis plerumque hypophyllis, 70-80 = 3-4 brunneis 1-3-septatis, undulatis vel sursum abrupte flexis, 6-8 e basi minuta tuberculosa laxe expansis; conidiis oblongo-cylindraceis, nucleatis, demum obclavato-cylindricis, sæpius 3-septatis, 30-50 = 3,5-4. 2112

Hab. in foliis Desmodii acuminati, Kansas Amer. bor. — Maculæ dein confluunt et tunc folia rufo-brunnea evadunt.

41. **Cercospora Demetriana** Wint. in Hedw. 1884, p. 171. — Maculis magnis, sæpe rotundatis, interdum confluentibus pallide fuscis, subtus griseis, plerumque concentrice zonatis; cæspitulis amphigenis, minutissimis, sparsis: hyphis fasciculatis, non vel parum torulosis, parce remoteque septatis, fuscis, plerumque, 110-130 = 5-6, interdum valde elongatis, usque 1 mm. longis; conidiis filiformi-subclavatis, i. e., e basi parum incrassatis, sursum paullatim longissimeque attenuatis, hyalinis, multiseptatis, fuscidulis, 170 = 5-5½ 2113

Hab. ad folia viva Crotalariæ sagittalis prope Perryville, Missouri, Amer. bor.

42. **Cercospora personata** (B. et C.) Ellis Journ. Mycol. 1885. *Cladosporium personatum* B. et Curt. in Grev. III, p. 106. — Maculis minutis subcircularibus, 2-4 mm. diam., hypophyllis brunneis; hyphis dense cæspitulosis brevibus, brunneis, continuis; conidiis plerumque clavatis, pallide brunneis, sub-3-septatis, 30-50 = 5-6. 2114

Hab. in foliis Arachidis hypogeæ, Carolina et Alabama Amer. bor. — Var. **Cassiæ occidentalis** B. et C. l. c.: hyphis aliis normalibus aliis tenuioribus, septatis conidia longiora oblonga 1-septata gignentibus. In Amer. bor. prope Aiken (Ravenel).

43. **Cercospora tuberosa** Ell. et Kell. Bull. Torr. Bot. Club. XI, p. 116. *Cerc. glaucescens* Wint. Hedw. 1881, p. 171. — Hypophylla; maculis 5-7,5 mm. latis, primo griseis et imperfecte limitatis, 2115

demum, obscure brunneis, irregularibus, angulatis, elongatis parum internerviis; hyphis e basi minuta, tuberculari exurgentibus, subrectis vel sursum plus minus curvatis, septatis, 35–45 ≈ 4, brunneis; conidiis subcylindraceis sursum subconicis, 5–10-septatis, 80–110 ≈ 3.5–4, fuscescentibus.

Hab. in foliis Apios tuberosæ Kansas Amer. bor. (Kellerman), Missouri (Demetrio). — Conidia, teste Winter, 170 ≈ 5 parce septata.

44. **Cercospora Campi-Silii** Speg. in Mich. II, p. 171. — Hypophylla; maculis foliorum anguloso-circularibus, superne expallentibus, inferne brunnescentibus, hyphis simplicibus in cæspitulos densiuscule gregarios congestis, dilute olivaceis, rectis vel tortuosis, 60 ≈ 3–4, denticulatis; conidiis cylindraceo-fusoideis, crassiuscule tunicatis, 2–3-septatis, ad septa non vel vix constrictis, 20–35 ≈ 4–5 pallide fumosis. 2116

Hab. in foliis vivis vel languidis Impatientis Nolitangere in silva Cansiglio Ital. bor. (Spegazzini).

45. **Cercospora Comari** Peck 35 Rep. Nat. II. St. Mus. — Amphigena, sed perfectior epiphylla; hyphis elongatis, 150–200 ≈ 3–4, continuis vel 1-septatis, sursum geniculatis et flexis, rufo-brunneis, minute fasciculatis; conidus clavatis, atro-brunneis, sub-5-septatis, ad septa subinde constrictis, 40–60 ≈ 6–8. 2117

Hab. in foliis Potentillæ (Comari) palustris, New York Amer. bor. — Folia fungillo occupata denique fere tota nigrescunt.

46. **Cercospora Malvarum** Sacc. Mich. II, p. 365, F. ital. t. 682. — Maculis amphigenis olivaceis, nervis limitatis; hyphis in cæspitulos gregarios punctiformes, olivaceos collectis, filiformibus, septatis, 180–220 ≈ 4–5, parce nodulosis, olivaceis; conidiis filiformibus, sursum acutioribus, 3–5-septulatis, leniter curvis, 120–130 ≈ $3^1/_3$–4, acro-pleurogenis, prorsus hyalinis. 2118

Hab. in foliis nondum emortuis Malvæ moschatæ, prope Rouen Galliæ (Letendre). — Maculis angulatis olivaceis a *Cerc. althæina* Sacc. in primis dignoscenda.

47. **Cercospora althæina** Sacc. Mich. I, pag. 260, F. Ital. t. 652, *C. malvicola* Ell. et Mart. Am. Nat. 1882, p. 810. — Maculis amphigenis ungulosis, brunneis, 2–4 mm. latis; hyphis fasciculatis filiformibus, 40 ≈ 5 (rarius usque 100 long.) panciseptatis, fusco-olivaceis; conidiis in hypharum apicibus cylindraceo-obclavatis, vel anguste fusoideis, rectiusculis, 40–60 ≈ 5, 2–5-septatis, apice obtusiusculis, hyalinis. 2119

Hab. in foliis Althææ roseæ in Italia bor. et Mass. et Texas Amer. bor. — A *Cercop. nebulosa* Sacc. hyphis olivaceis nec rufis, conidiis multo brevioribus, parcius septatis, præterea habitu et loco alieno recedit. — Adsunt varietates boreali-americanæ lectæ in Callirhoe et Abutilo Avicennæ.

48. **Cercospora nebulosa** Sacc. F. Ven. Ser. V. p. 189, F. ital. t. 650. — Maculicola, caulogena: maculis oblongis cæsiis; hyphis dense fasciculatis, brevibus, fuligineis, subcontinuis apice nodulosis; conidiis bacillaribus rectiusculis, obtusiusculis. 120 = 4½-5. 5-6-septatis, hyalinis. 2120

Hab. in caulibus languidis Altheæ roseæ, ubi plagulas cæsias sistit, Selva (Treviso) Ital. bor.

49. **Cercospora brachypoda** Speg. F. Arg. Pug. IV. n. 338. — Maculis magnitudine ludentibus, 2-10 mm. diam., angulosis, nervis determinatis, amphigenis, ochraceo-fuscis: cæspitulis hypophyllis, dense gregariis, totam maculam obtegentibus; hyphis brevissimis 5-10 = 3, noduloso-contortis, dilute olivaceis; conidiis bacillaribus, vel bacillari-clavulatis, 30-50 = 2-2.5, 2-4-septatis, ad septa plus minusve constrictis, rectis vel leniter curvulis, hyalinis vel vix chlorino-fumosis. 2121

Hab. ad folia viva vel languida Hybisci sp. in uliginosis prope la Recoleta Argentinæ.

50. **Cercospora gossypina** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 585 et Grev. XII. p. 31. — Epiphylla: maculis effusis, indeterminatis, fuscis; hyphis soblascicutatis, elongatis, flexuosis, fuscis, 120-150 μ.; conidiis elongatis, superne attenuatis, flexuosis, 5-7-septatis, hyalinis. 70-100 = 3. 2122

Hab. in foliis Gossypii in Carolina infer. Amer. bor.

51. **Cercospora Galii** Ell. et Hol. Journ. of Mycol. I, p. 5. — Plerumque hypophylla: maculis sordide griseo-brunneis, definite limitatis; hyphis simplicibus, continuis, brunneis, sursum undulatis et geniculatis, 35-50 = 3-4, cæspitulos densos, exertos e basi tuberculari exsurgentes formantibus; conidiis cylindraceis, continuis, demum septatis, brunneis, hucleatis, 30-40 = 3.5-4, subrectis. 2123

Hab. in foliis Galii Aparines, Jowa Amer. bor. (Holway).

52. **Cercospora Diodiæ** Cooke Grev. 1878, pag. 31. Sacc Mich. II, p. 148, F. ital. t. 684. — Cæspitulis hypophyllis, 2-3 mm. effusis olivaceo-fuscis; hyphis fasciculatis septulato-guttulatis, 60-80 μ. long. obscure fuligineis; conidiis bacillari-obclavatis, 60 = 4, 4-5-septatis, dilutissime fuligineis. 2124

Hab. in foliis Diodiæ teretis in Carolina infer. Amer bor. — Sec. Cooke maculæ subrotundæ ochraceo-fuscæ; conidia 50 = 3: hinc forma a mea aliquid diversa, an ab ætate?

53. **Cercospora Apii** Fres. Beitr. p. 91, t XI, fig. 46-54. Sacc. F. ital. t. 667. — Maculis amphigenis subcircularibus, pallide brunneis. 4-6 mm. diam., plus minus definite anguste subelevato-marginatis; hyphis plerumque hypophyllis, in cæspitulos minuto- brunneos, gregarios collectis, continuis v. 1-2-septulatis, subundulatis 40-60 = 4-5; conidiis tenuibus obclavatis, tenuiter 3-10-septatis, 50-80 = 4, subhyalinis. 2125

154. **Cercospora sphæroidea** Speg. F. Arg. Pug. II, n. 148. — Maculis epiphyllis vel amphigenis determinatis, coriaceo-arescentibus, fulvo-fuligineis 1-4 mm. diam.; acervulis centralibus, epiphyllis, ex hyphis in glomerulum sphæroideum congestis compositis; hyphis cylindraceo-clavatis, non vel 1-2-septatis, rectis vel curvulis parvulis 25-30 = 5, olivaceis; conidiis acrogenis elliptico-elongatis vel cylindraceo-fusoideis, 20-25 = 5, non vel 1-septatis ad septa leniter constrictis, hyalinis. 2226

Hab. in foliis vivis vel languidis Cassiæ corymbosæ, San Jose de Flores, Argentinæ.

155. **Cercospora passaloroides** Wint. Hedw. 1882, p. 71. — Maculis amphigenis, indeterminatis, fulvescentibus vel pallide fuscescentibus, demum sæpe totum foliolum occupantibus; hyphis fasciculatis, simplicibus vel parcissime ramosis, præcipue apicem versus torulosis, remote septatis, pallidissime fuscidulis, 50-70 = 5; conidiis subclavatis, sursum parum attenuatis, uni-vel biseptatis, ad septum inferum subconstrictis, pallide fuscidulis, 23-65 = 5-6. 2227

Hab. ad folia viva Amorphæ canescentis, Illinois Amer. bor. (SEYMOUR).

156. **Cercospora cercidicola** Ell. Amer. Nat. 1882, p. 810. — Maculis initio minutis 1 mm., et subnigricantibus, dein expansis 3-4 2228

mm., denique supra griseo-albidis, infra vero rubiginosis, linea nigro-brunnea subelevata circumcirca rufo-zonata cinctis; hyphis amphigenis fasciculatis, brunneis, 90-114 = 3,5-4, subgeniculatis v. sursum subundulatis; conidiis oblongo-clavatis, tenuiter 3-septatis, 30-40 = 5-7.

Hab. in foliis vivis Cercidis Canadensis, Kansas Amer. bor. (KELLERMAN).

157. **Cercospora Gymnocladii** E. et K. Bull. Torr. Bot. Club. XI, p. 115. — Plerumque epiphylla: maculis suborbicularibus, griseo-brunneis, 3-4 mm. diam., discolori-marginatis; hyphis in minutos cæspitulos punctiformes congestis, simplicibus, continuis, 18-25 = 4, brunneis; conidiis subclavato-cylindraceis, 3-6-septatis brunneis, 45-60 = 5-6, sæpe vero brevibus, 25-35 μ. longis, 2-3-septatis, quandoque ad septa constrictis. 2229

Hab. in foliis Gymnocladii Canadensis, Kansas Amer. bor. (KELLERMAN).

158. **Cercospora unicolor** Sacc. et Penz. Mich. II, p. 642. — Hypophylla, subeffusa, olivaceo-virens; maculis subnullis; hyphis fasciculatis, filiformibus, flexuosis longeque ramosis, 100-120 = 4-5, subcontinuis olivascentibus; conidiis bacillari-fusoideis, utrinque obtusiusculis, leniter curvulis, 72-100 = 4-5, 3-5-septulatis guttulatisque, dilute olivaceis. 2230

Hab. in pag. inf. foliorum languidorum Lauri nobilis in hortis Grenoble (Isère) Galliæ (THERRY). — Hyphis longe ramosis, conidiis hyphisque unicoloribus mox dignoscenda species.

159. **Cercospora purpurea** Cooke Grev. VII, p. 34. *C. Perseæ* E. et M. Am. Nat. 1884, p. 189. — Epiphylla; maculis latis, variis, purpureo-brunneis, 1/4-1 cm. latis; cæspitulis erumpentibus; hyphis cæspitosis, fuligineis, tenuiter septatis, sursum subdenticulatis, 50-70 = 4-6; conidiis obclavato-cylindraceis, 2-3-septatis, pallide fuscis, 60-100 = 6-8. 2231

Hab. in foliis Perseæ palustris in Georgia et Florida Americæ borealis.

160. **Cercospora Iteodaphnes** (Thüm.) Sacc. *Helminthosporium Iteodaphnes* Thüm. Fungi exot. n. XIX. — Cæspitibus hypophyllis, sparsis, orbiculatis, nigris, elevatis, laxe velutinis mollissimis; hyphis tenuibus longissimis, subrectis, intricatis, simplicibus, longe articulatis, spadiceis, æqualibus; conidiis clavulatis, vertice acutato-obtusatis, basi in pseudopedicellum angustatis, triseptatis, ad 2232

septa non constrictis, dilute fuscidulis, impellucidis, subarcuatis, 30–32 = 5–6,5.

Hab. ad folia viva Tetrantheriæ Iteodaphnes in Insula Ceylon (Thwaites).

161. **Cercospora Inquinans** Cooke Grev. VII. p. 12. — Amphigena, atra, hyphis fasciculatis, brevibus fuligineis; conidiis abbreviatis, obclavatis, robustis, 1–3-septatis, fuligineis, 30–70 = 6. 2233

Hab. in foliis vivis Gymnocarpi in California (Harkness).

162. **Cercospora acerina** Hartig Baumkrank. p. 113, t. XI, f. 1–9. — Effusa, atro-maculosa; hyphis subfasciculatis brevibus, simplicibus, continuis vel parce septatis, apice denticulatis, 35–40 = 6–8; conidiis aciculari-obclavatis, sursum acutissimis, 8–10-septatis, 120–150 = 7–8, dilute olivaceis. 2234

Hab. in foliis cotyledoneis Aceris Pseudoplatani, quæ maxime vexat, in Carniolia et Bavaria.

163. **Cercospora Pteleæ** Wint. in Hedw. 1885, pag. 205. — Maculis sparsis, minutis, rotundato-angulatis, centro arescendo albidis, late et indeterminate fusco-atro cinctis, area lata luteola circumdatis, 2–3 mm. circit. tsine area) latis; cæspitulis hypophyllis, dense stipatis, demum sæpe confluentibus, olivaceis; hyphis cæspitosis, erectis, simplicibus vel apicem versus parce ramulosis, flexuosis et parum torulosis, olivaceis, plurisentatis, 130 = 5; conidiis obclavato-cylindraceis, sursum longe sed parum attenuatis, 3–4-septatis ad septa sæpe constrictis, olivaceis 90 = 6. 2235

Hab. in foliis vivis Pteleæ trifoliatæ, Missouri Americæ borealis (Demetrio).

164. **Cercospora afflata** Wint. in Hedw. 1885, p. 201. — Sine macula; cæspitulis tenuissimis, olivaceo-viridulis, effusis, plerumque hypophyllis, maculiformiter limitatis, rarius confluentibus, partes majores foliorum obducentibus; hyphis fasciculatis erectis, simplicibus, valde torulosis et dentatis, fuscis, parce septatis, 160 = 3,5; conidiis longissime cylindricis, sursum perparum (interdum vix) attenuatis, pallidissime olivaceis, pluriseptatis, multiguttulatis, 110 = 5. 2236

Hab. ad folia viva Pteleæ trifoliatæ, Missouri Amer. bor (Demetrio).

165. **Cercospora Xanthoxyli** Cooke in Rav. Am. Fungi n. 780. Grev. XII. p. 30. — Epiphylla; maculis irregulariter ellipticis, pallidis, determinatis 5–10 mm. diam.; hyphis brevissimis, dense fascicu- 2237

latis fuscis 10-12 = 4; conidiis cylindraceis, 1-3-septatis, hyalinis, 25-30 = 3.

Hab. in foliis Xanthoxyli carolinienſis, Darien Georgia Amer. bor. (MARTIN).

166 **Cercospora Cephalanthi** Ell. et Kell. Bull. Torr. Cl. XI, p. 121. 2238
— Maculis subcircularibus, 1-4 mm. diam., rufo-brunneis, zona angusta, atra, subelevata cinctis; hyphis plerumque epiphyllis cæspitulosis, brunneis, continuis vel tenuiter eptatis, 24-30 = 3-4, denique elongatis, usque 40-56 μ., sursum undulatis vel curvis; conidiis (maturis?) subfuscis, oblongo-cylindraceis, 20-30 = 3-4, 1-3-septatis (parcis).

Hab. in foliis Cephalanthi occidentalis, Kansas Amer. bor. 2239

167. **Cercospora æruginosa** Cooke Hedw. 1878, p. 39. — Maculis irregularibus, subcircularibus, 2-3 mm., parum conspicuis et indefinite limitatis, brunneolis; hyphis dense fasciculatis, chlorinis, brevibus, 35 μ. longis; conidiis cylindraceis, sursum attenuatis, 3-5-septatis, 60 = 3.5.

Hab. in foliis Rhamni in Carolina infer. Amer. bor.

168. **Cercospora Rhamni** Fuck. Symb. myc. pag. 354, Sacc. F. ital. 2240
t. 657. — Cæspitulis tenuissimis, olivaceis, in maculis subfuscis vel obsoletis: hyphis flexuosis, septatis, subsimplicibus, brevibus 30-40 = 4, olivaceis; conidiis filiformi-obclavatis, 3-5-septatis, rectis vel leniter curvis, 120-130 = 4, olivaceo-fuscellis.

Hab. in foliis Rhamni catharticæ prope Darmstadt Germaniæ et Treviso Ital. bor.

169. **Cercospora Evonymi** Ell. Amer. Nat. 1882, p. 810. — Amphi 2241
gena; maculis minutis albis, 1-2 mm. diam., atro-purpureo-marginatis; hyphis fasciculatis, subnodulosis, brunneis, 60 μ. longis; conidiis cylindraceo-obclavatis, 3-5-septatis, hyalinis, 50-65 = 7-8.

Hab. in foliis Evonymi americani et E. europæi, Kentucky Amer. bor. (KELLERMAN).

170. **Cercospora fumosa** Penz. in Mich. II, pag. 476, et in F. ital. 2242
t. 1205. — Cæspitulis minimis, hypophyllis, dense aggregatis in macula arescente albida, fuscis: hyphis fasciculatis simplicibus, sinuosis, continuis, fusco-olivaceis, 18-36 μ. long., 5-5,5 μ. crass.: conidiis elongatis, obclavatis, hyalinis, 4-5-septatis, eguttulatis, varia longitudine, 57-118 = 4-5 basi rotundatis.

Hab. in pag inferiore foliorum Citri Limonum in R Horto Agrario Patavino in Italia bor. (O. PENZIG). — Nebulas fumosus in foliis gignit.

171. **Cercospora Diospyri** (Thüm.) Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 588. 2243
Helminthosporium Diospyri Thüm. M. U. n. 1273. — Hypophylla: maculis epiphyllis indeterminatis pallide fuligineis; hyphis fasciculatis, rectiusculis vel flexuosis, continuis, olivaceis, cæspitulosis strataque circularia 3–4 mm. diam. formantibus: conidiis obclavatis, 4–7-septatis, cellulis abbreviatis, ad dissepimenta subconstrictis, hyalinis, 30–45 ≈ 4.

Hab. in foliis vivis Diospyri virginianæ in Carolina inferiore Amer. bor. (Ravenel).

172. **Cercospora Ilicis** Ellis Bull. Torr. Cl. 1881, p. 65. — Maculis 2244
parvis, 2–3 mm., brunneis, margine angusto, elevato cinctis; hyphis amphigenis, cæspitosis, septatis, subnodulosis, 50–70 μ. longis; conidiis terminalibus, obclavato-cylindraceis, hyalinis, nucleatis, dein 1–3-septatis, 35–50 μ. longis

Hab. in foliis vivis Ilicis glabræ, Newfield, N. J. Americæ borealis.

173. **Cercospora Pulvinulus** C. et E. Grev. VII. p. 40. — Punctiformis 2245
hypophylla; hyphis brevissimis, in cæspitulos dense congestis, subolivaceis: conidiis cylindricis, tenuiter 1–2-septatis, hyalinis 35 μ. long.

Hab. in foliis Ilicis opacæ. Newfield N. J Amer. bor

174. **Cercospora glandulosa** Ell. et Kell. Journ. of Mycol. I. (1885). 2246
— Hypophylla; maculis 1.5–2.5 mm. diam., brunneo rufis, demum margine elevato limitatis: hyphis cæspitosis, brunneis validis sursum subundulatis, 50–70 ≈ 4–5: conidiis hyalinis, gracilibus, 3–5 septatis 70–100 ≈ 3–3.5 sensim sursum angustatis.

Hab. in foliis Ailanthi glandulosæ. Manhattan Americæ borealis. — Maculæ denique in pag. sup. sordide albescunt.

175. **Cercospora Toxicodendri** Ell. Amer. Nat. 1882, p. 811. — Cæspitulis floccosis, niveis; maculis 1–2 mm. latis, atris; hyphis brevibus, 25–30 ≈ 5.5, pallide brunneis: conidiis gracilibus, obclavatis vix distincte multiseptatis, sursum attenuatis, 50–60 ≈ 5–6 hyalinis.

Hab. in foliis Rhois Toxicodendri. Newfield N. J. Americæ borealis.

176. **Cercospora rhoina** C. et E. Grev VI. p. 89 — Maculis, rufo- 2248
brunneis, suborbicularibus, amphigenis anguste elevato-marginatis hyphis simplicibus vel furcatis, hyalinis, brevibus 40–66 ≈ 3 minute fasciculatis; conidiis cylindraceis, sursum attenuatis, tenuiter 4–5 septatis, hyalinis 40–70 ≈ 3.

Hab. in foliis languidis Rhois copallinæ et R. glabræ, a New Jersey ad Kansas Amer. bor., frequens.

177. **Cercospora copallina** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 586, et Grev. XII, p. 31. — Amphigena; maculis suborbicularibus, rubro-fuscis; hyphis dense fasciculatis, fuscis, deorsum nigricantibus; conidiis cylindraceis, flexuosis, nucleatis, hyalinis 35-50 ≈ 4. 2249

Hab. in foliis Rhois copallinæ in Carolina austr. Amer. bor. — A *Cercosp. rhoina* diversa est teste Cooke, negante Ellisio.

178. **Cercospora tinea** Sacc. Mich. I, p. 268. F. ital. t. 656. — Maculis amphigenis, fuligineis; cæspitulis sparsis, punctiformibus, e basi stromatica pulvinata cellulosa, intense fuliginea oriundis; hyphis filiformibus dense fasciculatis, strictis, continuis, 20-50 ≈ 3, hyalino-fuscidulis; conidiis bacillaribus, curvulis, 50 ≈ 3-3½, apice obtusiusculis, pluriguttulatis, fumose hyalinis. 2250

Hab. in foliis languidis Viburni Tini, Padova Italiæ borealis (Bizzozero) et pr. Coimbra Lusitaniæ (Moller).

179. **Cercospora penicillata** Fuck. Symb. p. 354. — Epiphylla; maculis rotundatis, albidis, 1-5 mm. latis, fusco-purpureo-marginatis; hyphis fasciculatis, cæspitulos punctiformes sistentibus, 20-30 μ. longis, pallide coloratis; conidiis fusoideo-linearibus, 40-60 ≈ 5, 3-5-septatis subhyalinis. 2251

Hab. in foliis Viburni Opuli in Germania, Italia, Lusitania, Sibiria asiatica. — *Cercospora penicillata* (Cesati) Fres Beitr. p. 93 (in Sambuco) est *C. depazeoides*.

180. **Cercospora varia** Peck Rep. St. Mus. 35. p. 141. — Maculis suborbicularibus, sæpe amplis et irregularibus, brunneo-rufis, margine obscuro, rubro-griseo cinctis; hyphis paucis, hypophyllis, cæspitosis, brevibus, pallide coloratis; conidiis subcylindraceis, 1-5-septatis, sæpe multinucleatis, 40-70 μ. longis. 2252

Hab. in foliis vivis Viburni acerifolii et V. Lentaginis, New York Amer. bor. (Peck). — Affinis *C. tineæ*.

181. **Cercospora Periclymeni** Wint. Contr. Flor. Myc. Lus. p. 21. n. 771. — Maculis amphigenis, fuscis, in pagina foliorum superiore sæpe parum tuberculosis, centro pallescentibus, griseis, determinatis, parum rotundatis vel angulatis, 2-4 mm. latis; hyphis fasciculatis, hypophyllis, brevibus, apicem versus parum torulosis non vel uni-rarius biseptatis, flavo-fuscis, 30-35 ≈ 3-5; conidiis elongato-cylindricis, initio utrinque rotundatis, demum sursum attenuatis, plerumque subcurvatis, pallide griseis, 1-2 septis transversis præditis, 20-40 ≈ 3-5. 2253

Hab. in foliis vivis Loniceræ Periclymeni pr. Vidoeiro Lusitaniæ.

182. **Cercospora antipus** Ell. et Hol. Journ. of Myc. I, p. 5. — Amphigena sed plerumque hypophylla: maculis subcircularibus, 3-4 mm. diam., supra sordide griseis, infra ferrugineo-brunneis, latiuscule atro-elevato-marginatis; hyphis fasciculatis, brunneis, undulatis et subgeniculatis, apice imperfecte denticulatis; conidiis cylindraceis v. clavato-cylindraceis, pallide luteolis, demum tenuiter 3-5-septatis, 30-40 ≈ 2,5-3. 2254

Hab. in foliis Loniceræ flavæ, in cujus pag. sup. occurrit *Sphærella Clymenia*, Jowa Amer. bor. (Holway).

183. **Cercospora depazeoides** (Desm.) Sacc. Fungi Veneti nov. vel. crit. V, p. 187, F. ital. tab. 645, *Exosporium depazeoides* Desm. XVII. Not. p. 38. *Passalora penicillata* Ces. — Maculis subcircularibus v. angulosis mox candidis rufo v. ochraceo-marginatis, 4-6 mm. diam. dein confluentibus; hyphis dense cæspitosis epiphyllis ochraceo-brunneis, 90-100 ≈ 4-5, plerumque continuis; conidiis cylindrico-clavatis sursum acutis, curvulis, 4-9-septatis, dilute ochraceis, guttulatis, 70 ≈ 5. 2255

Hab. in foliis vivis Sambuci nigræ, in Gallia, Italia bor. Austria, Belgio. — * **C. sambucina** E. et K. Amer. Nat. 1883. p. 1166: maculis rufo-brunneis, 2-3 mm. diam.; hyphis flexuosis 100-150 ≈ 3-4; conidiis 3-7-septatis, 55-75 ≈ 3-4. In foliis Sambuci canadensis, Kansas, New York Amer. bor.

184. **Cercospora Cassinopsidis** Winter Exot. Pilze II, p. 14. — Cæspitulis longe lateque effusis, tomentum tennissimum, laxum, pallide fuligineum efformantibus, sine macula, sed foliorum partes occupatas sæpe decolorantibus; hyphis densissime stipatis, sed non fasciculatis, erectis, sæpe flexuosis, apicem versus parum torulosis, plerumque simplicibus, septatis, fuscis, apice pallidioribus, usque 150 μ. longis 4-4,5 μ. crassis; conidiis elongato-subclavatis, parce remoteque septatis, pallidissime flavido-brunneis, 50 ≈ 3,5. 2256

Hab. in foliis vivis Cassinopsidis capensis prope Somerset-East, Promont. Bonæ Spei (Mac-Owan).

185. **Cercospora capensis** (Thüm.) Sacc. *Helminthosporium capense* Thüm. F. Austro-afr. n. 63. — Maculas amphigenas, plus minusve orbiculatas, velutinas, nigras, adpressas, non limitatas, radiantes formans; hyphis simplicibus, brunneis, septatis, 7 μ. crass., continuis: conidiis longo-clavatis, apice subacutato, basi angustatis. 2257

quadriloculatis, ad septa non constrictis, loculis terminalibus dilutis, fuscescentibus, 35–45 = 6–9.

Hab. ad folia adhuc viva Cunoniæ capensis et Osyridis compressæ prope Grahamstown ad Promontorium Bonæ Spei in Africa (Mac-Owan).

186. **Cercospora sordida** Sacc. Mich. II, p. 149. F. ital. t. 683. — Cæspitulis hypophyllis, effusis, sordide olivaceis; hyphis laxe fasciculatis subseptatis, brevibus, rufescentibus; conidiis acrogenis, aciculari-obclavatis, 80–110 = 4, apice acutis, 4–6-septatis, olivaceis. 2258

Hab. in pag. inf. foliorum Tecomæ radicantis in Georgia (Ravenel), Newfield N. J. (Ellis).

187. **Cercospora Catalpæ** Wint. in Hedw. 1885, p. 203. — Maculis rotundatis vel angulatis, demum irregularibus in pagina foliorum superiore arescendo griseis vel albidis, fusco-cinctis, in pagina inferiore griseis v. centro pallescente albidis, usque 4 m. latis; cæspitulis hypophyllis, sparsis, oculo armato vix conspicuis; hyphis fasciculatis e stromate pulviniformi, fusco, minuto ortis, erectis, torulosis, interdum parce ramosis, fuscis, sursum pallidioribus vel hyalinis, remote septatis, usque 70 μ. longis; conidiis longissime obclavatis, i. e. infra medium latissimis (usque 5 μ.), basim versus perparum, sursum vero maxime attenuatis, saepe curvatis, septatis, hyalinis, usque 25 μ. longis. 2259

Hab. ad folia viva Catalpæ bignonioidis, Missouri Amer. bor. (Demetrio).

188. **Cercospora Callicarpæ** Cooke Grev. VI, pag. 140, Rav. Fung. Amer. n. 64. — Epiphylla; maculis vix determinatis, fuscis; hyphis brevibus, fuscis, subsimplicibus, septatis; conidiis cylindraceis, vix attenuatis, 4–5-septatis, 60–70 μ. longis. 2260

Hab. in foliis Callicarpæ, Florida Amer. bor. (Ravenel).

189. **Cercospora consociata** Wint. Hedw. 1883, p. 73. — Cæspitulis hypophyllis, dense gregariis, maculas magnas, plerumque foliorum nervis delimitas, fuscidulas, in folii pagina superiore concolores v. æruginosas formantibus, interdum demum totum folium occupantibus; hyphis fasciculatis, brevibus, 35–50 = 5, nodulosis, fuscis, septatis; conidiis angustissime subclavato-filiformibus, deorsum parum incrassatis, remote pluri-septatis, pallidissime fuscidulis, usque 125 μ. longis, inferne $3^1/_2$ μ. crassis. 2261

Hab. ad folia viva Dipteracanthi ciliosi, Illinois Amer. bor. (A. B. Seymour).

190. **Cercospora Leonotidis** Cooke in Grevillea. — Hypophylla; ma- 2262

culis fuscis; hyphis brevibus, tenuibus, hyalinis, sparsis, simplicibus; conidiis cylindraceis, superne attenuatis, hyalinis, 3-septatis 40-50 ≂ 3.

Hab. in foliis Leonotidis ovatæ, Natal Africæ.

191. **Cercospora cladosporioides** Sacc. Mich. II. pag. 556 et F. ital. t. 672. — Hypophylla, hinc inde effusa, olivaceo-fusca, subvelutina; hyphis fasciculatis filiformibus, parce ramosis, 200-300 ≂ 4, apicem versus parce nodulosis, pallide olivaceis; conidiis teretifusoideis, 28-30-(rarius 40) ≂ 5, 3-5-septatis, ad septa denique constrictis, guttulatis, olivascentibus. 2266

Hab. in foliis languidis Oleæ europææ in Euganeis Italiæ bor. — Habitus fere *Cladosporii herbarum*. Maculæ in foliis arescentes nullæ v. obsoletæ.

192. **Cercospora Lilacis** (Desm.) Sacc. Mich. II, p. 128. *Exosporium Lilacis* Desm. XVII Not. p. 38. — Maculis amphigenis, exaridis, griseis v. rufis, oblongis utrinque conspicuis; hyphis subolivaceis e tuberculo punctiformi nigro divergentibus; conidiis numerosis clavatis vel oblongis 3-4-septatis, olivaceis, 15-25 μ. longis. 2264

Hab. in foliis vivis Syringæ vulgaris in Galliia, Italia, Austria, Belgio.

193. **Cercospora Fraxini** (DC.) Sacc. *Asteroma Fraxini* DC. Fl. fr. VI, p. 163 (1815), *Sphæria Echinus* Biv. (1815), *Dothidra Fraxini* Fr. S. M. II. p. 561. *Septoria Fraxini* Fr. Elench. II. p. 119, *Exosporiam Fraxini* (Fr.) Niessl Mähr. p. 24. - Maculis hypophyllis fusco-aigris, sparsis, sæpe confluentibus, angulosis e stromatibus minutis compositis: hyphis brevibus haud divergentibus, subrectis, fusco-olivaceis, apice hyalinis, subflexuosis; conidiis paucis cylindrico-clavatis, septatis, hyalinis. 2265

Hab. in foliis vivis v. languidis Fraxini excelsioris in Gallia, Suecia, Moravia, Italia, Arduennis.

194. **Cercospora superflua** Ell. et Holw. in Journ. Mycol. II, pag. 2 (1886). — Maculis amphigenis, subcircularibus, pallide brunneis, 3-6 mm. diam., definitis margine paullo saturatiore; hyphis brunneis, continuis, simplicibus, integris vel parce sursum denticulatis, 12-25 ≂ 4-5, in cæspitulos minutos dense sparsos collectis; conidiis clavatis, 3-6-septatis, dilute brunneis, 40-60 ≂ 5-6. 2266

Hab. in foliis vivis fruticis, cujusdam verisim. Fraxini, Decorah, Jowa Amer. bor.

195. **Cercospora Ligustri** Roum Rev. V. p. 177. — Maculis epiphyllis, rotundatis vel ovatis, numerosissimis, demum irregularibus 2267

luteolis, lucentibus, anguste purpureo-marginatis; hyphis breviter fasciculatis, brunneis, 35-55 = 5-6; conidiis cylindricis, rectis, pluriseptatis, 36-40 = 3-3.5, luteolis.

Hab. in foliis Ligustri vulgaris prope Capeudu (Aude) Galliæ.

196. **Cercospora coffeicola** Berk. et C. in Grevillea, 1881, p. 99. — 2268
Hypophylla: maculis amphigenis, orbicularibus, albidis, purpureo-cinctis: hyphis brevibus, fasciculatis, olivaceis; conidiis subcylindricis, hyalinis, 2-3-septatis, paucis 40-60 = 3.5.

Hab. in foliis Coffeæ arabicæ in Jamaica.

197. **Cercospora Molleriana** Wint. Contr. Fl. Myc. Lus. p. 21, n. 770. 2269
— Maculis amphigenis, fuscis, rotundatis seu irregularibus, sæpe confluentibus, non raro marginalibus et totum marginem occupantibus, exaridis et demum in centro expallescentibus, griseis 4-20 et ultra mm. latis: cæspitulis amphigenis, dense sparsis, minutis erumpentibus; hyphis e stromate pulvinato, minuto, fusco-atro ortis, brevissimis, simplicibus vel semel ramosis, torulosis, fuscis, vix septatis, 26 = 3-4; conidiis cylindraceis, apicem versus longe attenuatis, multiseptatis guttulatisque, sæpe curvatis, 95 = 3.5, subolivaceis.

Hab. ad folia viva Arbuti longifoliæ, Coimbra Lusitaniæ, et ad folia viva languidave A. Unedonis prope Caldas do Gerez (Moller).

198. **Cercospora Gaultheriæ** Ell. et Ev. in Journ. Mycol. 1886, p. 2. 2270
— Maculis latis 50-100 mm. diam., sæpe marginalibus vel terminalibus, supra griseis, subtus brunneo-ferrugineis, utrinque margine angusto purpurascente limitatis; hyphis simplicibus v. parce ramosis atris, continuis v. 1-3-septatis, sursum denticulato-undulatis e basi tuberculari 100-120 μ. diam. oriundis; conidiis cylindraceis continuis v. nucleatis, 25-40 = 2-2.5, tandem usque 75 μ. longis et 3-4-septatis.

Hab. in foliis vivis Gaultheriæ procumbentis, Newfield N. J. Amer. bor.

199. **Cercospora sparsa** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 590 et Grev. 2271
XII. p. 31. — Hypophylla; maculis indeterminatis, fuscis; hyphis sparsis, abbreviatis; conidiis superne attenuatis, 2-3-septatis, hyalinis 50-70 = 3.

Hab. in foliis Kalmiæ latifoliæ in Carolina inferiore Americæ borealis.

200. **Cercospora glomerata** Harkn. Bull. Acad. Cal. 1885, III. p. 164.

— Hyphis brevibus, e basi tuberculari stromatica orientibus et foliorum areas arescentes occupantibus; conidiis brunneis, sursum leviter attenuatis, 3-5-septatis, 60-70 = 10-12.

Hab. in foliis vivis Garryæ ellipticæ, Tamalpais Californiæ (HARKNESS).

201. **Cercospora Protearum** Cooke in Grevillea. — Epiphylla v. amphigena; maculis orbicularibus, fuscis; fasciculis hypharum dense congestis, ærugineo-fuscescentibus, conidiorum magnitudine, vix septatis, conidiis cylindraceis, obtusis, 3-5-septatis, rectis, curvulis flexuosisve, ærugineis, 35-60 = 7-8. 2273

Hab. in foliis Leucospermi conocarpi (conidiis 50-60 = 8) et Leucodendri argentei (maculis obscurioribus; conidiis 3-septatis, 35 = 7) ad Caput Bonæ Spei in Africa (MAC-OWAN).

202. **Cercospora Gillesii** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 340. — Maculis nullis v. pallescentibus, indeterminatis; cæspitulis hypophyllis, parvulis dense gregariis, velutino-aggregatis, olivascentibus; hyphis brevibus, cylindraceis vel cylindraceo-subclavulatis 25-50 = 5-6, continuis v. 1-2-septatis et plus minusve constrictis, dilute chlorino-olivaceis; conidiis clavulato-bacillaribus, pluriseptatis, ad septa plus minusve constrictis, articulis sæpe secedentibus, antice obtuse rotundatis, postice attenuato-acutis 80-120 = 5, dilute olivaceo-fuscis. 2274

Hab. in foliis languidis Philibertiæ Gillesii in sepibus prope Ajo Argentinæ.

203. **Cercospora neriella** Sacc. Mich. II, F. ital. t. 678 — Cæspitulis amphigenis, in maculis foliorum arescentibus, gregariis, punctiformibus; hyphis fasciculatis brevibus teretibus, subseptatis, e fusco subhyalinis; conidiis acrogenis cylindraceis, utrinque obtusiusculis, 24-27 = 3-5, flexuosis, 1-3-septatis, hyalinis. 2275

Hab. in foliis nondum emortuis Nerii Oleandri, Padova Ital. bor. (O. PENZIG).

204. **Cercospora crotonifolia** Cooke Grev. XII, pag. 31, et in Rav. Amer. Fungi n. 593. — Epiphylla; maculis orbicularibus, albidis 3-4 mm. diam.; hyphis abbreviatis vel obsoletis, subfasciculatis; conidiis cylindraceis, rectis obtusiusculis, 1-3-septatis, hyalinis, 28-40 = 3. 2276

Hab. in foliis Crotonis glandulosi in Carolina inf. Amer. bor. (RAVENEL). — Habitus *C. Chenopodii.*

205. **Cercospora Cluytiæ** Kalch. et C. in Grevillea 1880, p. 24. — Maculis irregularibus fuscis; hyphis brevibus, dense fasciculatis. 2277

hyalinis; conidiis obclavatis, curvulis, 3-5-septatis, apice acuto 30-70 = 3,5-4.

Hab. in foliis languidis Cluytiæ pulchellæ in Africa australi.

206. **Cercospora Garryæ** Harkn. F. Calif. pag. 18. — Hypophylla; maculis irregularibus pallidis; hyphis pallide brunneis, tenuibus; conidiis sublinearibus, leniter attenuatis, hyalinis, 7-12-septatis, 110 = 10. 2278

Hab. in foliis vivis Garryæ ellipticæ in California.

207. **Cercospora sphæriæformis** Cooke Rav. Fung. Amer. n. 63. et in Grev. VI, p. 140. — Amphigena; maculis fuligineis Thyphis in cæspitulos sphæriæformes fasciculatis, brevibus, fuligineis, simplicibus; conidiis linearibus, supra attenuatis, multiseptatis 60-80 μ. longis. 2279

Hab. in foliis Ulmi (?), Gainesville Florida Amer. bor.

208. **Cercospora pulvinulata** Sacc. et Wint. Misc. mycol. II. p. 18. — Maculis amphigenis suborbicularibus rufo-ferrugineis; cæspitulis hypophyllis, punctiformibus, basi stromatica hemisphærica opace olivacea cellulosa sulfultis; hyphis brevibus continuis subdenticulatis, simplicibus pallide olivaceis; conidiis bacillaribus, obtusiusculis, obsolete 3 septatis, 40-50 = 3,5, dilute olivascentibus. 2280

Hab. in foliis languidis Mori rubræ, Missouri Amer. bor. (Demetrio). — A sequente conidiis brevioribus differre videtur. An satis? *).

---

*) Doct. Winter, qui *Nitrschia* simul et *Nitschkia* libenter admittit, in Hedw. 1885, p. 288 nomen speciei præsentis mutavit in «*missouriensis*» sed omnino immerito, adest enim *C. Pulvinula* (lege *Pulvinulus*) nec homonyma «*pulvinulata*». Quoad nomenclaturam, liceat hic mycologos immo botanicos monitos facere de methodo fallaci auctoritatis specierum citandæ, a Doct. Winter potissimum adhibita. Hac methodo factum est ut citate tantum auctore speciei originali, nec illo qui hanc ad genus aliud transtulit, permultæ species Wintero ipsi sint jam adscriptæ ab illis præsertim qui omittent auctoris originalis notationem inter parentheses. Unum e permultis affero exemplum ex *Hedwigia* l. c. Ibi inscribitur «*Sphærella convexula* (Schw.) Syn. *Sphæria convexula* Schw. Syn. F. Amer. p. 224». Ex hujusmodi notatione legitime oriri possunt, secundum genium mycologorum, sequentes notationes:

1. *Sphærella convexula* (Schw.) Winter.
2. *Sphærella convexula* Winter.

Sed utraque notatio falsa est, nam auctor reductionis est Thümen, hinc legendum est vel *Sphærella convexula* (Schw.) Thüm. v. (meo sensu minus apte) *Sphærella convexula* Thüm. Nec profecto doct. Winter cogere velit mycologos pro omni et singula specie hujusmodi fontes nominum serutare! Neque sincere poterit sibi gaudere quod nomen suum loco legitimi sumatur!

209. **Cercospora moricola** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 587. et Grevillea XII, p. 30. — Hypophylla; maculis orbicularibus, rufo-fuscis; hyphis fasciculatis, abbreviatis, olivaceis; conidiis superne attenuatis 3-4-septatis, hyalinis 70 = 3. 2281

Hab. in foliis Mori rubræ et M. albæ in Carolina inf. et Clevedon Britanniæ.

210. **Cercospora annulata** Cooke in Grevillea. — Amphigena; maculis orbicularibus, pallidis, concentrice zonatis; conidiis subcylindricis, tenuibus, vix distincte septatis, sparsis, 60 μ. longis; hyphis repentibus. 2282

Hab. in foliis Fici hispidæ, Calcutta Indiæ (J. Scott). — Conidia mox decidua. Species suo loco copiosa et Ficis valde noxia.

211. **Cercospora Bolleana** (Thüm.) Speg. in Mich. I, p. 475. *Septosporium Bolleanum* Thüm. Contr. Funghi Litor. n. 31. t. I. f. 22, *Cercospora sycina* Sacc. Myc. Ven. 1564. — Hypophylla, subeffusa, olivaceo-fuscescens; hyphis fasciculatis, filiformibus, 50-80 = 5-6, obsolete septatis, fuscellis; conidiis tereti-fusoideis, 35-40 = 7-8, 1-5-septatis, apice obtusioribus, medio subinde constrictis, chlorino-olivaceis. 2283

Hab. in pag. inf. foliorum v. languidorum Fici Caricæ, Belluno Ital. bor. (Spegazzini), Gorizia (Bolle), Coimbra Lusitaniæ (Moller), Argentina (Spegazzini). — *Ascochyta Caricæ* Rabenh. (Bot. Zeit. 1851, pag. 455) in Italia merid. lecta, forte eamdem speciem sistit, sed diagnosis obscurissima.

212. **Cercospora Spegazzinii** Sacc. *Cercospora dubia* Speg. F. Arg. Pug. I. p. 191 nec Riess. — Maculis difformibus amphigenis, superne griseo-arescentibus, inferne submelleis indeterminatis; cæspitulis hypophyllis, erumpentibus, dense gregariis, nunquam confluentibus, fere totam maculam occupantibus, pruinosis, fusco-olivaceis; hyphis cylindraceis, continuis, crassiuscule tunicatis, fumose olivaceis 15 = 5; conidiis apicalibus cylindraceis vel vix clavulatis 25-45 = 5, hyalinis, primo continuis, dein 1-2-septatis non vel granuloso farctis. 2284

Hab. ad folia viva vel languida Celtidis Talæ, Barracas del Sur Argentinæ.

213. **Cercospora polytricha** Cooke Grev. VII, p. 35. — Hypophylla formans strata extensa fuligineo; hyphis erectis, sparsis, ex tuberculo minute oriundis, multi-septatis, articulis subquadratis, toruloideis, brunneis; conidiis obclavatis, biseptatis, 30-50 μ. longis. 2285

Hab. in foliis Quercus virentis in Carolina infer. Amer. bor. — Forma aberrans, *subeopnodiacea*.

II. In Monocotyledoneis.

214. **Cercospora Smilacis** Thüm. Contr. Myc. Lusitan. n. 214. — Cæspitibus minutis, amphigenis, nigro-fuscis, gregariis in macula orbiculata, disciformi, ferruginea, pallide cincta, subarescente; hyphis brevibus, griseo-fuligineis, rectis, longe septatis, 6-8 μ. crass.: conidiis bacillari-cylindraceis, subrectis, utrinque angustatis acutatisve, 8-10-septatis, achrois, 60 = 4. 2286

Hab. ad folia viva Smilacis mauritanicæ prope Coimbra Lusitaniæ et Pola Istriæ.

215. **Cercospora smilacina** Sacc. Mich. II. pag. 364, F. ital. t. 681, *Cercospora Smilacis* Peck 33 Rep. St. Mus. p. 29, t. II. — Maculis amphigenis, subcircularibus, rubellis, fusco-marginatis; hyphis in cæspitulos gregarios punctiformes atros collectis, filiformibus, 40 = 3½, subdenticulatis, parcissime septatis, fuligineis; conidiis acro-pleurogenis, anguste fusoideis, sursum acutioribus, 50-70 = 5, spurie 2-3-septatis, olivaceis. 2287

Hab. in foliis languidis Smilacis asperæ, Collioure Galliæ. (O. Debeaux), in foliis variarum Smilacum, New York, Florida, Carolina etc. Amer. bor. — *Cerc. Smilacis* Thüm. hyphis crassis, conidiis hyalinis pluriseptatis differre videtur.

216. **Cercospora scandens** Sacc. et Wint. Hedw. 1883, pag. 14. — Maculis amphigenis, subrotundo-angulosis, deustis; cæspitulis gregariis; hyphis fasciculatis, teretibus, continuis, simplicibus, 21-28 = 4-5, fuligineis; conidiis bacillaribus, rectiusculis, utrinque rotundatis, 4-5-septatis, 54-60 = 3-4, non constrictis, subhyalinis. 2288

Hab. ad folia viva Tami communis, Zürichberg prope Zürich Helvetiæ.

217. **Cercospora Paridis** Eriks. in Hedw. 1883, p. 158. — Hypophylla; maculis fuscis, ut plurimum fasciatis, nervis limitatis, 3-20 mm. diam.: cæspitulis punctiformibus, aggregatis, subnigris; hyphis fasciculatis, diiute fuligineis, tortuosis, nodulosis, septatis; conidiis hyalinis, rectis vel curvulis versus apicem attenuatis, 30-70 = 4-6, 4-7-septatis. 2289

Hab. in foliis Paridis, Stockholm in Scandinavia.

218. **Cercospora Majanthemi** Fuck. Symb. myc. p. 353, Sacc. F. Ital. t. 676. — Cæspitibus in maculis exaridis, punctiformibus, dense gregariis, cinereo-viridibus; hyphis erectis, continuis v. septulatis, 80 = 5, simplicibus, flexuosis, crassis multiguttulatis, fuscis; coni- 2290

diis linearibus, 4-6-septatis, olivascenti-fuscescentibus, sæpe curvatis, 45-55 ≈ 6.

Hab. in pag. infer. foliorum Majanthemi bifolii in Italia bor., Germania et Sibiria asiatica.

219. **Cercospora Asparagi** Sacc. Mich. I, pag. 88, F. ital. t. 646. — Maculis sordide albis v. griseis in cladodiis ramisque diffusis; hyphis hinc inde dense fasciculatis, filiformibus, tortuosis, nodulosis, prælongis, 150 ≈ 5-6, septatis, fuligineo-ferrugineis; conidiis ex hypharum apice lateribusque obclavato-acicularibus, cuspidatis, curvulis, 120-130 ≈ 4-5, 7-8-tenuiseptatis, perfecte hyalinis. 2291

Hab. in cladodiis ramisque Asparagi officinalis, Selva Ital. bor. — A sequente hyphis conidiisque triplo fere longioribus differt.

220. **Cercospora caulicola** Wint. in Hedw. 1885, p. 203. — Caulicola; maculis plus minusve elongatis, non raro caulem ambientibus, sæpe confluentibus, centro sordide luteolis vel griseis, margine lato fusco vel fusco-atro et area indeterminata, latissima, luteola circumdatis 1-3 mm. longis; cæspitulis in centro macularum gregariis minutis, erumpentibus, atris; hyphis cæspitosis, e tuberculo magno, fere globoso, sphæriæformi, pseudoparenchymatico, fusco oriundis, erectis, torulosis, simplicibus, paraissime septatis, fuscis, 52 ≈ 4-5; conidiis fere acicularibus, sursum attenuatis, deorsum perparum incrassatis, basi truncatis, triseptatis, hyalinis 45 ≈ 2,5. 2292

Hab. ad caules ramulosque vivos Asparagi officinalis, Missouri Amer. bor. (Demetrio).

221. **Cercospora Victorialis** Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 659. — Cæspitibus dense gregariis, amphigenis, punctiformibus, viridi-nigris, maculas suborbiculatas magnas, vix exaridas efficientibus; hyphis brevibus, erectis, ramosis, dilute fuscis, longiseptatis, subcrassis; conidiis late fusiformibus, curvulatis, utrinque acutatis, tri-quinquecellularibus, enucleatis, dilute fuscescentibus, 40 ≈ 7. 2293

Hab. ad folia viva Allii Victorialis in silvis alpinis montis «Kerlygan» Sibiriæ Asiaticæ.

222. **Cercospora Hæmanthi** Kalch. in Grevillea 1880, p. 24. — Maculis ellipticis, magnis, pallidis, rubro-marginatis; cæspitulis sparsis; hyphis fasciculatis, flexuosis, simplicibus; conidiis cylindricis, curvulis vel flexuosis, nucleatis, dein 3-5-septatis, 100 ≈ 4. 2294

Hab. in foliis Hæmanthi punicei in Africa australi.

223. **Cercospora Symclecarni** Peck in Myc. univ. n. 669. — Macu- 2295

lis definitis, suborbicularibus, brunneis $^1/_4$-$^1/_2$ cm. latis atro-limbatis: hyphis amphigenis brevibus, coloratis, cæspitulosis: conidiis longissimis, sursum angustatis, obclavatis, 3-5-septatis, pallidioribus, 75-125 μ. longis.

Hab. in foliis vivis Symplocarpi fœtidi, West Albany, Center et Pensylvania Amer. bor.

224. **Cercospora Callæ** Peck et Clinton 29 Rep. St. Mus. N. Y. p. 52. 2296
— Maculis definitis oblongis, pallidis, rufo-brunneo-marginatis, $^1/_2$-1 ≃ $^1/_4$ cm.; hyphis amphigenis, brevibus, flexuosis, nodulosis, continuis v. obsolete septatis, leniter coloratis, coacervatis cinereis v. subolivaceis, in cæspitulos minutos sparsos collectis; conidiis cylindraceis w. obclavatis, initio continuis, denique elongatis 1-5-septatis, rectiusculis, 30-75 μ. longis.

Hab. in foliis vivis Callæ palustris, Buffalo N. Y. Amer. bor. — Affinis *C. nymphæaceæ* sed cæspitulis sparsis distincta.

225. **Cercospora Caladii** Cooke in Grevillea. — Maculis orbicularibus, fuscis: hyphis paucis, rectis, simplicibus, in cæspitulos minimos collectis: conidiis subcylindricis, supra attenuatis, hyalinis, 5-7-septatis, 60-90 ≃ 3. 2297

Hab. in foliis langnidis Caladii, Belgaum Indiæ (J. Hobson).
— Conidia in tertia superiori parte septis carentia.

226. **Cercospora Angreci** Feuill. et Roum. Rev. V. p. 177. — Maculis subcircularibus epiphyllis brunneis dein nigricantibus, nitidulis, margine concolori subelevato: hyphis fasciculatis, filiformibus, continuis, 30-40 ≃ 3, apice obtusiusculis: conidiis cylindricis v. subclavatis, rectis, 2-septatis, brunneis, 25-30 ≃ 2-4. 2298

Hab. in foliis Angreci fragrantis in insula Bourbon (Fr. Zetiques).

227 **Cercospora Commelynæ** Kalch. et Cooke Grev 1880. p. 24 — Maculis orbicularibus, fuliginosis: hyphis brevissimis, simplicibus, hyalinis: conidiis tenuibus, linearibus, flexuosis, indistincte septatis 50-70 longis 2299

Hab. in foliis vivis Commelynæ bengalensis in Africa australi.

228. **Cercospora Alismatis** Ell. et Holw. Journ. Myc. 1885. pag. 63 2300
— Maculis indefinite limitatis brunneis centro demum pallidis v. cinereis irregularibus, $^1/_4$-1 cm. latis: hyphis cæspitulosis epiphyllis atro-brunneis, continuis, sursum abrupte flexis subnodulosis et subcentatis, 50-75 ≃ 5-6: conidiis tenuibus sursum sensim attenuatis 5-9-septatis, 60-120 ≃ 3-4.

Hab. in foliis Alismatis Plantaginis. Jowa Amer. bor. (Holway).

229. **Cercospora Dioscoreæ** Ell. et Mart. Amer. Nat. 1882. p. 1003. 2301
— Hyphis cæspitosis brunneis, parce septatis, 30 = 3,5, strata indefinita, sordide brunnea, $^1/_4$–1 cm. lata hypophylla formantibus et supra maculas brunneo-flavidas gignentibus; conidiis subcylindricis, leniter sursum attenuatis, 3–8-septatis, 50–90 = 4–5 e hyalino flavidis.

Hab. in foliis Dioscoreæ villosæ in Pensylvania (Martin).

230. **Cercospora concentrica** C. et E. Grev. V, pag. 90. *C. Yuccæ* 2302
Cooke Grev. VII. p. 35. — Maculis amplis subcircularibus v. ellipticis ferrugineis demum griseis; hyphis fasciculatis, in pustulas circinantibus congestis, flexuosis, simplicibus, continuis v. septatis 12–20 = 4; conidiis cylindraceis, sursum attenuatis rectis vel curvulis, 3–5-septatis, 40–70 = 3–4, denique fusco-rubentibus.

Hab. in foliis subvivis Yuccæ filamentosæ et Y. gloriosæ. New Jersey et Georgia Amer. bor. — Teste Ellis pustulæ e quibus hyphæ oriuntur, *Diaporthem* quamdam *D. gloriosæ* affinem obtegunt.

231. **Cercospora Yuccæ** Cooke in Grev. — Maculis ellipticis, brun- 2303
neis; cæspitulis erumpentibus; hyphis brevissimis, fasciculatis, fuligineis; conidiis cylindricis, sursum attenuatis, fuscis, 1–3-septatis 60–80 μ. longis.

Hab. in foliis Yuccæ, Darien Georgia Amer. bor. (Ravenel).

232. **Cercospora Boussingaultiæ** Roum. Fung. Gall. n. 60. Mich. II 2304
p. 128.

Hab. in foliis languidis Boussingàultiæ baselloidis, Perpignam Galliæ (Roumeguère). — «Hyphas Cercosporæ, sed conidia non vidi».

233. **Cercospora Sagittariæ** Ell. et Kell. Journ. Mycol. 1886. p. 1. 2305
— Maculis amphigenis, circularibus, 25–50 mm. diam., ferrugineo-brunneis, centro plerumque albicantibus, subinde confluentibus margine subindefinito; cæspitulis amphigenis, supra copiosioribus, minutis, sparsis; hyphis brunneis, continuis v. parce septatis, simplicibus ad apicem denticulatis; conidiis tenuibus lanceolatis hyalinis 4–6-septatis, 60–80 = 3–4.

Hab. in foliis Sagittariæ variabilis, Kansas Amer. bor. (Kellerman). — Affinis *C. Callæ* P. et C., differt vero maculis circularibus, conidiis angustioribus etc.

HETEROSPORIUM Klotzsch Herb. Myc. I, n. 67 (1832). Cooke Grev. V, p. 122 (Etym. *heteros* diversus et *spora*). — Hyphæ molliusculæ, subcæspitosæ, sæpe ramulosæ, phyllo-caulogenæ; conidia oblongata, 2-pluriseptata, molliuscula, extus echinulata vel granulata (rarius subcateanulata).

1. **Heterosporium Ornithogali** Klotzsch Herb. Myc. I, n. 69. Cooke Grev. V, p. 123 et Black Moulds t. 25, f. 13. *Helminth. echinulatum* Cooke Grev. IV, t. 63, f. 8. — Epiphyllum, effusum; hyphis flexuosis, nodulosis, robustis; conidiis 1-5-septatis, cylindraceis, extus echinulatis, 30-80 μ. longis. 2306

Hab. in foliis Ornithogali in Germania et Britannia.

2. **Heterosporium Allii** E. et M. Journ. Mycol. I (1885). — Hyphis erectis subcontinuis, nodulosis, olivaceo-fuscis, ca. 50 ≈ 5; conidiis oblongis, fuscis, papillosis, 1-3-septatis, 20-33 ≈ 9. 2307

Hab. in foliis languidis Allii vinealis, Newfield, New Jersey, — Ab *H. Ornithogali* Klotzsch colore olivaceo conidiisque minoribus distinctum. — Var. **Allii-Porri** Sacc. et Br. Champ. Aube II, p. 3: hyphis toruloso-septatis, longioribus, 80-120 ≈ 8-10; conidiis oblongis, obtusis, 1-3-septatis, echinulatis, brunnec-olivaceis, 28-44 ≈ 12-16. In foliis languidis v. emortuis Allii Porri, Aube Gallia.

3. **Heterosporium gracile** (Wallr.?) Sacc. *Helminthosporium gracile* Wallr. Fl. crypt. n. 1503(?). *Heterosp. echinulatum* Sacc. Mich. II, p. 364, F. ital. t. 834, nec Berk. — Hyphis in areolis foliorum arescentibus, fusco-cinctis enascentibus, crassis, septulatis, 70 ≈ 10-11, sursum nodulosis subolivaceis; conidiis tereti-oblongis, 40-60 ≈ 18-20, sæpius 2-3-septatis atque constrictis, distincte muriculatis, pallide olivaceis. 2308

Hab. in foliis Iridis germanicæ in Italia bor. et in Arduennis.

4. **Heterosporium Phragmitis** (Opiz?) Sacc. Reliq. Libert. III, n. 201. *Cladosporium Phragmitis* Opiz Sezn. p. 117(?). — Hyphis tortuosis, subcontinuis fasciculatis, rufo-fuligineis; conidiis acro-pleurogenis, oblongis, 1-2-septatis, 16-20 ≈ 8-10, extus granulosis, rufo-fuligineis. 2309

Hab. in foliis languidis Phragmitis communis in Arduennis.

5. **Heterosporium variabile** Cooke Grevill. V, p. 123, Black Moulds t. 25, f. 15. — Epiphyllum, erumpens, maculis definitis subcircularibus vel irregularibus: hyphis elongatis, fasciculatis, flexuosis, nodosis, tenuibus; conidiis 1-3-septatis, echinulatis, 20-50 ≈ 7-10. 2310

Hab. in foliis languidis Spinaciæ, Forden Britanniæ (Vize). — Affine *H. echinulato.*

6. **Heterosporium echinulatum** (Berk.) Cooke Grev. V, p. 123, *Helminthosporium echinulatum* Berk. Gard. Chron. 1870. p. 382. *Helm. exasperatum* B. et Br. Ann. N. H. n. 1380. t VII, f. 4, *Heterosporium Dianthi* Sacc. et Roum. Mich. II, p. 559 et 643. — Cæspitulis gregariis in maculis fuscis insidentibus; hyphis fasciculatis ex basi stromatica cellulosa ortis, 150-200 ≃ 8, rarius brevioribus, sursum flexuoso-nodulosis, fuligineis; conidiis e quoque nodulo oriundis cylindraceo-oblongis utrinque rotundatis, 2-3-septatis, 40-45 ≃ 15-16, leniter constrictis, asperulis, fuligineis. 2311

Hab. in foliis Dianthi barbati et D. Caryophylli sæpe ex stromatibus exsiliens, in Arduennis, in Helvetia et Britannia.

7. **Heterosporium Abroniæ** Harkn. F. Calif. p. 18. — Epiphyllum; cæspitulis sparsis, orbicularibus, pallidis, depressis; hyphis longitudine conidia æquantibus, septatis, brunneis; conidiis oblongis, flavo-brunneis, subechinulatis, 1-4-septatis, apice attenuatis, 14-20 ≃ 7. 2312

Hab. in foliis vivis Abroniæ latifoliæ, San Francisco Californiæ.

8. **Heterosporium Eschscholtziæ** Harkn. F. Calif. p. 18. — Maculis indeterminatis, brunneis; hyphis brevissimis, brunneis, sparsis; conidiis oblongis, flavo-brunneis, minute echinulatis, 3-7-septatis, articulo uno alterove subinde longitrorsum diviso, 50-60 ≃ 14-16. 2313

Hab. in foliis vivis Eschscholtziæ Californicæ, San Francisco Californiæ.

9. **Heterosporium granulatum** (B. et C.) Cooke Grevill. V, pag. 123, *Helminthosporium granulatum* Berk et Curt. Cuban Fungi n. 631. — Hyphis levibus hinc inde furcatis, vinosis; conidiis magnis, oblongis, triseptatis, conspicue granulatis, 45 μ. longis. 2314

Hab. in caulibus herbaceis in insula Cuba.

NAPICLADIUM Thüm. Helw. 1875, p. 3 em. Sacc. (Etym. *napus* et *cladon* ramus). — Hyphæ fertiles breves, molliusculæ, subfasciculatæ (phyllogenæ). Conidia acrogena solitaria majuscula, oblonga, 2-pluriseptata, molliuscula, levia. — A genere *Brachysporio* et *Helminthosporio* rigiditate multo minore, vita etc. diversum; sed species typica Thümeniana, præeuntibus Winter et Soræ er, est forma fructicola *Fusicladii dendritici.*

1. **Napicladium Brunaudii** Sacc. Mich. I, p. 537, F. ital. t. 787. — Maculis epiphyllis, vagis, expallentibus, rufo-cinctis; cæspitulis punctiformibus, subolivaceis; basidiis fasciculatis brevibus, 30 = 6-7, simplicibus, apice subincrassatis olivaceis; conidiis ex ovato fusoideis, 38-42 = 15-17, 3- raro 1-2-septatis, vix constrictis, olivaceis. 2315

Hab. in foliis nondum emortuis Pruni Laurocerasi, Saintes Galliæ.

2. **Napicladium Tremulæ** (Frank) Sacc. *Fusicladium Tremulæ* Frank in Hedw. 1883, pag. 127. — Effusum brunneo-olivaceum; hyphis dense fasciculatis, brevibus, simplicibus; conidiis fusoideis, brunneis, 2-septatis. 2316

Hab. in foliis juvenilibus Populi Tremulæ, quæ inde decolorantur et arescunt in Germania. — «An *Cladosporio Asteromati* affine?».

3. **Napicladium arundinaceum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium arundinaceum* Corda Ic. fung. III, p. 10, f. 25. — Effusum valde extensum velutinum, atro-olivaceum; hyphis brevibus, fasciculatis, teretibus basi incrassatis, 1-2-septatis, 50-60 = 8, olivaceis; conidiis obclavatis, 40-45 = 18, plerumque biseptatis, e hyalino olivaceis. 2317

Hab. in foliis subvivis Phragmitis communis in Bohemia, Italia, Austria, Germania, Gallia, Belgio, Britannia.

CAMPOSPORIUM Harkn. Fungi Calif. p. 17 (Etym. *campe* eruca, ob conidia erucam (e. g. *Danaidis Archippi*) imitantia). — Hyphæ fertiles flexuosæ, simplices, septatæ, brunneæ. Conidia in hyphæ apice subpedicellata solitaria vel bina, cylindracea, pluriseptata, olivaceo-brunnea, apice longe 1-3-ciliata. — A genere *Helminthosporio* pedicellis conidiorum setigerorum abunde differt.

1. **Camposporium antennatum** Harkn. l. c. — Hyphis flexuosis septatis, brunneis; conidiis 1-2, acrogenis cylindraceis, 7-13-septatis, angulis hyphæ apicis pedicello spirali filiformi insertis, olivaceo-brunneis, articulis ultimis hyalinis, 70-90 = 10, apice setulis binis, rarius 1 vel 3, conidii tertiam vel dimidiam partem æquantibus ornatis. 2318

Hab. in cortice dejecto Eucalypti Globuli, S. Francisco Californiæ.

Tribus A. **Acrothecieæ** Sacc.

SPONDYLOCLADIUM Martius Erl. p. 355, Sacc. Mich. II, p. 28 (Etym. *spondylos* vertebra et *clados* ramus). — Hyphæ steriles repentes

septatæ; fertiles erectæ, simplices, rigidulæ. Conidia verticillato-pleurogena, fusoidea, typice 2-septata, fusca. — Genus *Dematium* huc forte pro quadam parte spectat, sed *Sporodo* Cordæ aptius respondet, hinc pro hoc servandum censeo.

1. **Spondylocladium fumosum** Mart. Erl. p. 355, sec. Preuss in Sturm D. C. F. t. 53. B. et Br. Ann. N. H. n. 1314, t XVIII, f. 7. — Cæspitulis effusis, nigricantibus; mycelio ramoso septato; hyphis fertilibus, erectis, simplicibus, pellucido-brunneis, septatis: conidiis ex hypharum septis superioribus verticillatim oriundis, terno-quaternis, brunneis, 25 = 10-12, fusoideis, plasmate bi-tripartito, dein 2-septatis; leniter constrictis. 2319

Hab. in ramis putrescentibus in Germania et Britannia. — *Dematium verticillatum* G. H. Hoffm. Fl. Germ. t. XIII, f. 1 huc spectat secundum Link et Harz, quod non negarem, si icon Hoffmanni evidentior esset.

2. **Spondylocladium atro-virens** Harz Hyph. p. 42, t. II, f. 6, *Dematium atro-virens* Harz l. c. — Gregarium, effusum, atro-olivaceum; hyphis erectis, rigidulis, septatis, simplicibus, 500 μ. longis, atro-virentibus e mycelio repente oriundis; conidiis ab infra medium ad apicem subverticillato-spicatis, sessilibus binato-quaternatis, obclavatis, apice acutis, 5-6-septatis, non constrictis, minute guttulatis, 60 μ. longis, atro-viridibus, opacis. 2320

Hab. in tuberculis cæsis Solani tuberosi, Wien Austriæ.

ACROTHECIUM Preuss F. Hoyersw. n. 99 em. Sacc. Mich. II, p. 29, nec Corda (Etym. *acros* summus et *thece* pro spora), *Cacumisporium* Preuss. — Hyphæ steriles repentes, parcæ vel obsoletæ; fertiles erectæ, simplices apice indiviso. Conidia oblonga vel fusoidea 2-pluriseptata colorata vel subhyalina in capitulum apicale congesta. — Nomen generis a Corda primitus conditum fuit sed Mucedineas sistebat: sensim mutavit significationem, ut hodiernum a primitivo omnino diversum sit. Curiosa at non rara nominum sors!

I. *Eu-Acrothecium.*

Conidia subfuliginea.

1. **Acrothecium bulbosum** Sacc. Mich. I, p. 74, F. ital. t. 6, fig. *B.* *Graphium macrocarpum* Sacc. Mycol. Veneta p. 187. non Corda. — Hyphis erectis, gregariis, filiformibus e basi maxime incrassata cellulosa orientibus, simplicibus (non fasciculatis), pluriseptatis, fuligineis; conidiis capitatis, in ramulis cylindraceis erectiusculis pal- 2321

lidis prope hypharum apicem nascentibus, acrogenis, oblongis vel subfalcatis, 20–25 ≈ 7–8, 2–3-septatis, hyalinis denique dilute fuligineis.

Hab. ad truncos dejectos udos, Padova Italiæ bor. — Capitula primitus strato gelatinoso obvoluta. — Affine *Acrothecio tenebroso*, a quo præcieue hyphis basi maxime incrassatis recedit.

2. **Acrothecium obovatum** Cooke Grevill. V, p. 50, t. 80, fig. 13 et Black Moulds pl. 27, fig. 30, Sacc. F. ital. t. 766. — Atrum, effusum, velutinum; hyphis fertilibus simplicibus, septatis, 150 ≈ 5, fuligineis; conidiis ad apicem hypharum 3–5-capitatis, obovatis, 2-septatis, 18–20 ≈ 7–8, ad septa leniter constrictis, fuligineis. 2322

Hab. in ramis Alni, Robiniæ, Magnoliæ, prope Treviso Italiæ bor. et New Jersey Amer. bor.

3. **Acrothecium tenebrosum** (Pr.) Sacc. Mich. I, p. 74, F. ital. t. 6. f. *A. Cacumisporium tenebrosum* Pr. in Sturm D. C. F. Heft 35, t. 11. — Cæspitibus latis atris; hyphis fertilibus gregariis, 200 ≈ 3,5–4, erectis septatis, simplicibus, longis atro-fuscis, basi incrassatis seu dilatatis, supra pallidis; conidiis apice breviter denticulato capitato-insertis, oblongis, utrinque rotundatis, curvatis, subdiaphanis, fuscellis, 3–5-septatis, 20–25 ≈ 5–6. 2323

Hab. in lignis et cortice Betulæ, Fagi etc., Pinka prope Hoyerswerda, et in silva Cansiglio Italiæ bor. — ***A. Marchalii** Sacc. Cfr. March. Champ. copr. Belg. I, p. 23: hyphis aggregatis, 140–160 ≈ 4–5: conidiis crassioribus 4–5-septatis, 21–25 ≈ 9–11, hyalinis. In fimo leporino, Limelette Belgii.

4. **Acrothecium pluriseptatum** (Pr.) Sacc. Mich. I, pag. 75, *Cordana polyseptata* Preuss F. Hoyersw. n. 99. — Cæspitulis effusis confluentibus, olivaceo-atris; hyphis basi dilatatis, atro-fuscis, opacis, septatis, supra diaphanis, subalbis, rotundatis, erectis, apice sporidiferis; capitulis radiantibus; conidiis obovatis, 4–6-septatis, fuscis, basi dilutiore hilo apiculiformi instructis; episporio pellucido, nucleo firmo. 2324

Hab. in ligno putrescente, prope Hoyerswerda, Pinka.

5. **Acrothecium pedunculatum** (Pr.) Sacc. Mich. I, p. 75, *Cordana pedunculata* Preuss F. Hoyersw. n. 101. — Cæspitulis effusis, tenuibus, obscuro-fuscis; hypha fertili basi repente incrassata, subdilatata, atro-fusca septata, supra diaphana, sporidifera, erecta; capitulis radiantibus; conidiis oblongis vel lanciformibus, quadriseptatis, fuscis pellucidis, basi dilutioribus, hilo longo filiformi instructis; episporio diaphano, nucleo firmo. 2325

Hab. in cortice et ramis dejectis Populi tremulæ. Hoyerswerda.

6 **Acrothecium crustaceum** (Schw.) Sacc. *Dactylium crustaceum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2706. — Subcrustaceum tandem devenit, primum hyphis erectis, discretis, fragilibus dense aggregatis, apice 3-4 sporidiferis, nigrescentibus; conidiis concoloribus opacis deciduis. 2326

Hab. in culmis giganteis Arundinariæ ad usum piscatorum redactis, quos plagis latissimis sæpe obtegit, in Carolina austr.

7. **Acrothecium melanopus** (Schw.) Sacc. *Dactylium melanopus* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2705. — Hyphis sparsis quidem sed densis, crassiusculis, nigro-fuligineis septatis, apice conidiis cinereo-fuligineis coronatis; basi sæpe bulboso-incrassata nigriori. 2327

Hab. in scapis Allii Cepæ, Bethlehem Amer. bor.

B. *Acrothecula* Sacc.

Conidia subhyalina.

8. **Acrothecium delicatulum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1055. t. XIV. f. 11. — Effusum, nigrum; hyphis filiformibus, basi leniter bulbillosis, septatis simplicibus rarius apice breviter furcatis; conidiis sublinearibus, curvulis 2-3-septatis, non constrictis, 11-17 μ. longis, hyalinis prope apicem insertis (nec vere apicalibus). 2328

Hab. in ligno putri, verisimiliter Fagi et in sarmentis Rubi Britanniæ. — Forma in Rubo præbet hyphas magis sparsas.

9. **Acrothecium parvisporum** (Pr.) Sacc *cordana parvispora* Preuss F. Hoyersw. n. 13 — Cæspitulis effusis, obscure fuscis; hypha fertili basi repente, atro-fusca septata, sursum erecta diaphana subaliba; capitulis radiantibus; conidiis oblongis triseptatis, subalbis, basi hylo apiculiformi instructis, diametro hypham subæquantibus; episporio pellucido, nucleo firmo. 2329

Hab. ad caules Campanulæ mediæ, Hoyerswerda.

10. **Acrothecium simplex** Berk. et Br. Ann. N. H. n. 950, t. XVI. f. 16. — Effusum, olivaceo-fuscum; hyphis simplicibus, flexuosis, irregularibus, septatis, brunneis; conidiis apicalibus, paucis, oblongis vel subclavatis, 4-5-septatis, e hyalino fuscellis. 2330

Hab. in caulibus Urticæ in Britannia, in foliis Epilobii spicati in Belgio, sociá *Trichosphæriâ Elisæ-Mariæ*. — Teste Grove in litt., in typo, sec. iconem l. c., hyphæ probabiliter circiter 100 μ. alt., specimina vero adsunt hyphis ne 50 μ. quidem altis; conidiis denique 2-3-septatis, leviter fuscescentibus, 13

≂ 5. — Var. **elatum** Grove in litt.: hyphis simplicibus, erectis, sub flexuosis, æqualibus, fuscis, sursum pallidioribus, 240–280 ≂ 6–7; conidiis 3-septatis, subternis, hyalinis, subclavatis, 20–22 ≂ 6. In caule Urticæ dioicæ, Harborne prope Birmingham Britanniæ.

11. **Acrothecium pumilum** Sacc. Mich. I, p. 73, F. ital. t. 5, f. *A*. — 2331
Hyphis fertilibus erectis, gregariis, filiformibus, ima basi leniter incrassatis, 200 ≂ 6–7, pluriseptatis, fuligineis, sursum pallidioribus; conidiis in hypharum apice densiuscule capitato-congestis, oblongo-fusoideis, 20–22 ≂ 5, in basim acutatis, 5–7-septatis, non constrictis, hyalinis.

Hab. in squamis rachidis spicæ Maydis putrescentibus, Selva Italiæ bor. — Ab *A. atro* conidiis crebrioribus et fere uno puncto orientibus differt; ab *A. pluriseptato* conidiis nec obovatis nec fuscis distat.

12. **Acrothecium atrum** Sacc. Mich. I, p. 73, F. ital. t. 5, f. *B*. — 2332
Fuscum, effusum, tenue, velutinum; hyphis filiformibus, simplicibus erectis, septatis, fuligineis, apice breviter denticulatis; conidiis initio oblongo-clavulatis, continuis, tandem 4–8-septatis, 24 ≂ 6, subhyalinis, e denticulis oriundis.

Hab. in ligno salicino nec non in Helotio salicello putri, Selva (Treviso) Ital. bor. — A genere nonnihil desciscens quia conidia non omnia exacte apicalia.

Tribus 5. **Sporoschismeæ** Sacc.

SPOROSCHISMA Berk. et Br. Gard. Chron. 1847, p. 540 (Etym. *spora* et *schisma* scissio). — Hyphæ fertiles erectæ, simplices. Conidia breve cylindracea, utrinque truncata, pluriseptata, fusca, in interiore hypharum catenulatim generata et mox ex apice exsilientia.

1. **Sporoschisma mirabile** Berk. et Br. Gard. Chron. 1847, p. 540, 2333
Fres. Beitr. t. VI, fig. 26–28, Sacc. F. ital. t. 928. — Effusum, atrum, velutino-setulosum; hyphis erectis, simplicibus, basi sæpe abrupte angustatis, continuis, 200–250 ≂ 15, subinde hyphis sterilibus setiformibus, septatis, apice interdum inflatulis intermixtis; conidiis in interiore hypharum catenulatim formatis et dein exsilientibus, cylindraceis utrinque truncatis 3-septatis, non constrictis, fuligineis, utrinque sæpe disculo hyalino auctis, 40–45 ≂ 12.

Hab. in ligno putri Ulmi, Betulæ, Salicis nec non in caule Lythri in Britannia, Germania, Italia, Gallia.

2. **Sporoschisma insigne** Sacc., Rouss. et Bomm. Flor. myc Belg. p. 287. — Effusum, setuloso-velutinum, atrum (ex conidiis) albido-variegatum; hyphis erectis cylindraceis, supra basim vel et prope apicem inflatulis, obscure septatis, 200-300 = 10-12 (ad inflationes), fuligineis basi fibrillosis; conidiis ex interiore hypha continuo exsilientibus subindeque catenulatis, cylindricis, utrinque truncatis, 40-50 = 6-6½, initio granulosis, dein 10-14-guttatis septatisque non constrictis, hyalinis. 2334

Hab. in ligno putri prope Bruxelles Belgii. — Pulcherrima species, a ceteris optime distinguenda.

Tribus 6. **Dendryphieæ** Sacc.

DENDRYPHIUM Wallr. Fl. crypt. II, p. 300 (Etym. *dendryphion* arbuscula). — Hyphæ steriles repentes v. obsoletæ; fertiles erectæ, sursum breviter ramosæ. Conidia cylindracea, 2-pluri-septata, catenulata, fusca, in apicibus ramulorum acrogena, subinde non vel vix catenulata (in Subg. *Brachycladio*). Quod subgenus hinc ad *Helminthosporium* illinc ad *Haplographium* accedit. — *Dendryphium* (Brachycladium) *Thomasianum* Berk. est species fossilis in Borussia reperta.

I. *Eu-Dendryphium.*

Conidia distincte concatenata.

1. **Dendryphium comosum** Wallr. Fl. crypt. n. 1943, Corda Ic. fung. I, p. 21, fig. 279. — Effusum, nigricans; hyphis filiformibus septatis, 10-12 μ. cr., simplicissimis, rigidulis, brevibus, nigris, confertim sparsis, apice conidiorum catenulas simplices vel ramosas in comam stellatam laxe congestas sustinentibus; conidiis tereti-fusoideis, 4-5-septatis leniter constrictis, subinde leniter curvis, luteo-fuscis, 6 μ. cr. 2335

Hab. in caulibus putrescentibus Urticæ in Thuringia, Bohemia, Britannia, Gallia.

2. **Dendryphium atrum** Corda Ic. fung. IV, p. 33, t. VII, fig. 95. — Gregarium, minutissimum, atrum, irregulariter dispersum; hyphis primum simplicibus, dein iterato dichotomo-ramosissimis, septatis, atro-fuscis, nitidis; ramis primum fastigiatis, dein divergentibus; conidiis oblongis, 4-6-septatis, utrinque rotundatis, fuscis, pellucidis, 6 μ. crass. in catenas simplices, breves digestis. 2336

Hab. in fragmentis ligneis dejectis in Germania.

3. **Dendryphium fumosum** (Corda) Fr. Summa Veg. Scand. pag 504, 2337
Dactylium fumosum Corda Anl. t. C. 22, f. 3. — Cæspitulis nigris vel fuscis, plus vel minus effusis: hyphis erectis, brevibus, septatis, atris, sursum pallidioribus, apice ramulos sublyalinos dense articulatos divergentes gerentibus: conidiis cylindraceo-fusoideis, 10-12-septatis, non constrictis, brunneis, utrinque pallidioribus, catenulatis.

Hab. in caulibus herbarum, in primis Umbelliferarum, in Bohemia, Belgio, Britannia, Suecia.

4. **Dendryphium Harknessii** Ellis Torr. bot. Cl. 1881, pag. 27. — Nigro-olivaceum, cæspitosum; hyphis erectis, superne parce ramosis; conidiis cylindraceis 3-6-septatis, 30-38 = 7-8, 3-5 concatenatis. 2338

Hab. in trunco Juniperi virginianæ in silvis Newfield N. J. Americæ bor. — Var. **leptaleum** Ellis l. c.: humilius; conidiis minoribus, 3-septatis. In cortice Vitis, Northampton Mass. Amer. bor. (Harkness).

5. **Dendryphium Arundinariæ** Cooke in Grevill. — Atrum, effusum: hyphis erectis, opacis, simplicibus vel sursum breviter furcatis, ad basin incrassatis, corticatis: conidiis clavatis, concatenatis, brunneis, 4-10-septatis, constrictis, 60-80 = 10-12. 2339

Hab. in Arundinaria in primis ad culmi nodos. Darien Georgiæ Amer. bor.

6. **Dendryphium fasciculare** B. et Rav. North Amer. Fungi n. 618. — Hyphis fasciculatis, septatis sursum ramulos breves paucos gerentibus: conidiis elongato-clavatis, multiseptatis, basi arcte attenuatis. 2340

Hab. in cortice Liquidambaris in Carolina inf. Amer. bor. (Ravenel).

7. **Dendryphium Ellisii** Cooke in Grevillea. — Tenue effusum: hyphis erectis, opacis, supra breviter ramosis; conidiis cylindraceis, 2-5-septatis, 2-3-concatenatis, 30-60 = 10 brunneis. 2341

Hab. in ligno Juniperi virginianæ et Aceris, New Jersey, Amer. bor.

8. **Dendryphium irregulare** Preuss Fung. Hoyersw. n. 273. — Cæspitibus effusis, atro-fuscis; hyphis erectis, fuscis; ramis fuscis, irregulariter divergentibus; conidiis oblongis triseptatis, catenatis, levibus, dilute fuscis. 2342

Hab. in caulibus Campanulæ mediæ, Hoyerswerda.

9. **Dendryphium Arbuscula** (Fr.) Sacc. *Brachycladium arbusculum* Pr. Hoyersw. n. 11. — Cæspitulis effusis, atro-fuscis: hyphis atris, 2343

ramis fuscis, divergentibus; conidiis oblongis, quadrato-septato-catenatis, punctulatis, fuscis.

Hab. in caulibus herbarum majorum, Hoyerswerda.

10. **Dendryphium griseum** B. et Br. Ann. N. H. n. 540, t. VI, f. 11. — Cæspitulis minutis, cyaneo-griseis; hyphis parce subdichotome ramosis, deorsum subcontinuis; conidiis cylindraceis utrinque apiculatis, in catenulas dichotomas digestis, continuis dein 1-septatis, subhyalinis. 2344

Hab. in caule putri Urticæ in Britannia. — «Verisimiliter *Polyscytali* species».

II. *Brachycladium* Corda (ut genus).

Conidia non v. vix concatenata.

11. **Dendryphium penicillatum** (Corda) Fr. Summa V. S. p. 504, Bon. Handb. p. 78, *Brachycladium penicillatum* Corda Ic. I, p. 14, t. X, fig. 63. — Cæspitulis late expansis, tenuibus, atro-fuscis; hyphis sursum ramosis intense fuscis; ramis ramulisque brevibus divergentibus; conidiis oblongis 3-4-septatis utrinque rotundatis, subinde medio angustatis pallidioribus. 2345

Hab. in caule putrescente herbarum e. g. Papaveris, Chelidonii, Malvæ in Bohemia, Germania.

12. **Dendryphium toruloides** (Fres.) Sacc. Mich. II, p. 127, *Periconia toruloides* Fres. Beitr. p. 73, t. VI, fig. 33-36. — Effusum, velutinum, rufo-olivaceum; hyphis filiformibus septulatis, 200-250 ≈ 8-11, fuligineis, apicem versus ramulis brevissimis obtusis instructis; conidiis cylindraceis, 20-25 ≈ 6-7, 4-cellularibus ad septa constrictis olivaceo-fuligineis (concatenatis non visis). 2346

Hab. in caulibus putrescentibus Parietariæ, Verbasci, Galeopsidis, Umbelliferarum, in ramulis Salicis, Xylostei, Spirææ in Germania, Italia, Gallia.

13. **Dendryphium ramosum** Cooke Handb. n. 1690. — Effusum, nigricans; hyphis erectis 12-16 μ, cr. septatis, sursum ramosis; ramis furcatis elongatis laxis; conidiis rectis, cylindraceis, 3-5-septatis, 25 ≈ 6-7 fuligineo-pallidis. 2347

Hab. in caulibus herbaceis e. g. Hesperidis, Papaveris in Britannia, Gallia, Italia. — Rami non radiantes ut in *D. comoso*, multo longiores quam in *D. curto*, congestiores quam in *D. laxo*.

14. **Dendryphium curtum** B. et Br. Ann. N. H. n. 538, tab. VI, f. 9, Sacc. Mich. I, p. 538. — Tenuiter effusum, nigricans; mycelio te- 2348

nul repente; hyphis primariis teretibus, septatis 130-180 = 7-7½, fuligineis apice breviter obtuseque ramulosis pallidioribus; conidiis cylindraceis constricto-3-5-septatis, 20-25 = 5½-7, fuligineis, subinde inæquilateralibus.

Hab. in caulibus Dulcamaræ, Angelicæ, Labiatarum, Urticæ, in ramis lignoque Populi etc. in Britannia, Italia, Helvetia, Gallia. — ***ramosius** Sacc. F. ital. t. 757: hypha primaria tereti 170 = 7-7, septata, fuliginea, apice ramulos longiusculos quandoque bifidos gerente; conidiis 25-30 = 5½-6, constricto-4-5-septatis, fuligineis. In caule Hesperidis etc. Selva Italiæ bor. — *D. ramosum* Cooke differt hypha duplo crassiore nempe 16 μ. diam.

15. **Dendryphium nodulosum** Sacc. Mich. I. pag. 81, Fungi ital. t. 38. — Effusum v. interruptum, atro-ferrugineum; hyphis adscendentibus, vage simpliciter v. iterato ramosis, raro bifidis v. subsimplicibus, remote articulatis, hinc inde præcipue apice incrassato-nodulosis, fuligineo-ferrugineis; conidiis 1-3 in ramulorum apice insertis, oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, plerumque rectis, raro subcurvis, 18-22 = 5-5½, 3-4-septatis, ad septa tandem leniter constrictis, 4-5-guttulatis, concoloribus. 2349

Hab. in caule putrescente herbarum majorum e. g. Humuli Lupuli, Selva Italiæ bor. — A *Dendr. laxo* B. et Br. præcipue conidiis 4-5(non 7-11-)septatis recedit. Forte huc spectat *Helminthosporium interseminatum* B. et Rav., quod cfr.

16. **Dendryphium laxum** B. et Br. Ann. N. H. n. 539, t. VI. f. 10. — Effusum, atrum, velutinum; hyphis brevibus erectis, septatis, laxe sursum ramosis, ramis leniter torulosis; conidiis elongato-linearibus v. obclavatis, 7-11-septatis, ad septa leniter constrictis, sæpe nucleatis, fuscis, ex apice ramorum plerumque oriundis. 2350

Hab. in caule putri Inulæ viscosæ, Klin's Cliffe Britanniæ.

17. **Dendryphium Mac-Owanianum** Thüm. F. Austro-Afr. n. 92. — Caules velo atro, tenui ambiens; cæspitibus confluentibus, effusis, atris, velutinis; hyphis simplicibus, erectis, obsolete septatis, rectis, saturate fuscis; conidiis catenulatis, variis, globosis, depresso-globosis vel clavatis, fuscis, catenulis brevibus, 6-10-sporis, 3-7 μ. d. 2351

Hab. in caulibus emortuis Cuscutæ cassythoidis in monte Boschberg pr. Somerset-East, Promont. Bodæ Spei (Mac-Owan).

18. **Dendryphium Passerinianum** Thüm. Die Pilz. der Weinst. p. 176. — Cæspitulis amphigenis, solitariis, minutissimis, subelevatis, applanatis, atris in partibus amplis irregularibus, exsiccatis, pallide fuscis 2352

foliorum; hyphis plus minus rectis, brevibus, subcrassis, erectis, articulatis; articulis brevibus, fusco-olivaceis, ramosis, ramis subæquilongis, apicalibus; conidiis globoso-ellipticis, catenuliformiter digestis, apicalibus maturis 6 = 3,5-4, coloris hypharum.

Hab. ad folia languida Vitis viniferæ, Gajone pr. Parma Ital. bor. (Passerini). — « An *Haplographium* ? ».

REPERTORIUM

DEMATIEARUM PHRAGMOSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. A. indicat *Acrothecium*. — B. *Brachysporium* — C. *Camposporium*. — Ce. *Ceratophorum*. — Cer. *Cercospora*. — Cl. *Clasterosporium*. — Cr. *Cryptocoryneum*. — D. *Dendryphium*. — F. *Fusariella*. — H. *Helminthosporium*. — He. *Heterosporium*. — N. *Napicladium*. — P. *Polydesmus*. — S. *Septonema*. — Sp. *Spondylocladium*. — Spo. *Sporoschisma*. — St. *Stigmina*.

Numeri 1814-1999 — citantur 814-999
Numeri 2001-2352 — citantur 1-352

Abronia — He. 312.
Abutilon — Cer. 119.
Acacia — H. 934. 952.
Acalypha — Cer. 199.
Acanthus — Cer. 155.
Acer — S. 900. — H. 915. 956. 973. 976. 982. 983. 984. — Cer. 234. — D. 341.
Agave — S. 906. — P. 912.
Agrostis — H. 33.
Ailanthus — Cl. 838. — Cer. 246.
Alisma — Cer. 300.
Allium — F. 875. 876. — B. 66. — Cer. 293. — He. 307. — A. 327.
Alnus — Cl. 847. — S. 899. — H. 956. 989. — A. 322.
Althæa — B. 56. — Cer. 119. 120.
Amorpha — Cer. 227.
Ampelopsis — Cer. 203. 204.
Amphicarpa — Cer. 110.
Amygdalus — Cl. 855. — H. 963.
Angelica — H. 941. — D. 348.

Angræcum — Cer. 298.
Anthemis — Cl. 866.
Anthyllis — Cer. 108. 109.
Apios — Cer. 115.
Apium — Cer. 125.
Apocynum — Cer. 169.
Arachis — Cer. 114.
Aralia — Cer. 127.
Araucaria — Cl. 842.
Aranja — Cer. 172.
Arbutus — Cer. 269.
Areca — B. 67.
Arenaria — H. 937.
Argyreia — Cer. 166.
Aristolochia — Cer. 181.
Armeniaca — Cl. 855.
Armoracia — Cer. 83.
Artemisia — H. 14. — Cer. 138. 139.
Arundinaria — A. 326. — D. 339.
Asclepias — Cer. 170. 171.
Asparagus — Cer. 291. 292.

Ballota — H. 944.
Baptisia — Cer. 111.
Barbarea — Cer. 81.
Berchemia — H. 987.
Beta — Cl. 867. — Cer. 195.
Betula — Cl. 834. — S. 887. 907. — H. 928. 929. 975. 994. — B. 45. — A. 324. — Spo. 333.
Bidens — Cer. 133. 134.
Bluma — Cer. 141.
Böhmeria — Cer. 198.
Boussingaultia — Cer. 304.
Brassica — P. 913. — H. 979. 13. 31. — Cer. 82.
Bupleurum — Cer. 126.
Buxus — Cl. 815.

Caladium — Cer. 297.
Calendula — Cer. 145.
Calla — Cer. 296.
Callicarpa — Cer. 260.
Callirhoe — Cer. 119.
Campanula — A. 329. — D. 342.
Capparis — Cer. 93.
Carex — Cl. 832. — B. 68.
Carlina — Cer. 142.
Carpinus — Cl. 839. — H. 926. 927. 973. 993. — B. 43.
Carya — H. 915.
Cassia — H. 8. — Cer. 223. 224. 225. 226.
Cassinopsis — Cer. 256.
Castanea — Ce. 880. — H. 973.
Catalpa — Cl. 844. — H. 26. — Cer. 259.
Caulophyllum — Cer. 85.
Celastrus — Cl. 853.
Celtis — Cer. 284.
Cephalanthus — Cer. 238.
Cerasus — Cl. 855. — Cer. 210.
Cercis — Cer. 228.
Cheiranthus — B. 60. — Cer. 79.
Chelidonium — D. 345.
Chenopodium — Cer. 194.
Cicuta — H. 943.
Cirsium — H. 973.
Cissus — Cer. 202.
Citrullus — Cer. 174.
Citrus — H. 985. — Cer. 242.
Clematis — Cer. 75.
Cluytia — Cer. 277.
Cocculoba — Cer. 185.
Cochlearia — Cl. 829.
Coffea — Cer. 268.
Collinsonia — H. 943.
Commelyna — Cer. 299.
Compositæ — Cl. 866.
Coniferæ — Cl. 816. — H. 922.
Convolvulus — B. 57.
Cordia — H. 968.
Cornus — H. 935. 975.
Corticium — Cl. 846.
Corylus — Ce. 885. — H. 973. 974 979. 28. — B. 30.
Crambe — B. 59.
Cratægus — Cl. 828.
Crotalaria — Cer. 13.
Croton — Cer. 276.
Cunonia — Cer. 257.
Cuscuta — D. 351.
Cydonia — Cer. 217.
Cynanchum — Cer. 167. 168.
Cyperaceæ — Ce. 882. — H. 948.
Cytisus — H. 976.

Dactylis — Cl. 870.
Datura — Cer. 159.
Delphinium — Cer. 76.
Desmathus — Cer. 221.
Desmodium — Cer. 112.
Dianthera — Cer. 156.
Dianthus — Cl. 866. — H. 945. 13. — He. 311.
Distrype — H. 972.
Diudia — Cer. 124.
Dioscorea — Cer. 301.
Diospyrus — Cer. 243.
Dipsacus — Cer. 128.
Dipteracanthus — Cer. 261.
Dipterix — H. 938. 942.
Dolichus — H. 942. — Cer. 94.
Drymis — H. 967.
Dulcamara — D. 348.

Echinocystis — Cer. 176.
Echium — Cer. 146.
Eleusine — H. 20.
Epilobium — Cer. 178. 179. — A. 330.
Erigeron — Cer. 131. 138. 186.
Ervum — B. 63.
Erythrina — Cl. 841.
Eschscholtzia — He. 313.
Eucalyptus — Cl. 850. — S. 910. — C. 318.
Eupatorium — Cer. 135.
Euphorbia — Cl. 858. — H. 29.
Evonymus — H. 951. 974. — Cer. 241.

Fagus — Cl. 815. 826. 857. — H. 914. 916. 917. 957. 975. 980. 981. — B. 40. 41. — A. 323. 328.
Ficus — Cl. 859. 864. — H. 988. — Cer. 282. 283.
Fraxinus — H. 973. — Cer. 265. 266.

Galega — Cer. 104.
Galeopsis — D. 346.
Galium — Cer. 123.
Garrya — Cer. 272. 278.
Gaultheria — Cer. 270.
Georgina — H. 12.
Gladiolus — B. 70.
Gleditschia — Cer. 106. 221. 222.
Gnaphalium — Cer. 136. 137.
Gomphrena — Cer. 197.
Gossypium — Cer. 122.
Graminaceæ — H. 969. — B. 68. 70.
Gymnocarpus — Cer. 233.
Gymnocladus — Cer. 229.
Gynerium — H. 947.

Hæmanthus — Cer. 294.
Helianthemum — Cer. 91.
Helotium — A. 332.
Heracleum — H. 946. — B. 65.
Herniaria — H. 965.
Hesperis — D. 347. 348.
Heteromeles — Cer. 216.
Heuckera — Cer. 180.
Hibiscus — Cer. 121.
Hordeum — H. 970.
Humulus — D. 349.
Hydrangea — Cl. 865.

Ilex — H. 942. 991. — Cer. 244. 245
Inula — D. 350.
Impatiens — Cer. 116.
Ipomæa — Cer. 165.
Iresine — Cer. 196.
Iris — B. 70. — He. 308.
Isanthus — Cer. 159.
Ionidium — Cer. 90.
Juglans — H. 995. 996. — B. 44.
Juncus — B. 69.
Juniperus — Cl. 825. 826. 862. — S. 888. — D. 338. 341.

Kalmia — H. 990. — Cer. 271.

Labiatæ — D. 348.
Laurus — H. 914. 21. — Cer. 230.
Leonotis — Cer. 262.
Lepidium — Cer. 80.
Leucodendrum — Cer. 273.
Leucospermum — Cer. 273.
Ligustrum — Cr. 877. — Cer. 267.
Liquidambar — H. 7. — D. 340.
Liriodendrum — S. 903. 904. — Cer. 205.

Lobelia — Cer. 151. 152.
Lonicera — H. 975. — Cer. 253. 254. — D. 346.
Lupinus — Cer. 98. 99. 100.
Lythrum — Cer. 177. — Spo. 333.

Magnolia — H. 915. 951. — Cer. 206. — A. 322.
Majanthemum — Cer. 290.
Malva — Cer. 118. — D. 345.
Martynia — Cer. 157.
Mays — A. 331.
Medicago — H. 933.
Melanostoma — Cl. 856.
Mercurialis — Cer. 193.
Momordica — Cer. 175.
Morus — Cl. 863. — H. 23. — Cer. 280. 281.
Mühlenbeckia — Cer. 187.
Myrica — H. 954.
Myrtus — Cer. 220.

Nasturtium — Cer. 81.
Nerium — Cer. 275.
Nymphæa — Cer. 78.
Nyssa — Cl. 871.

Olea — B. 55. — Cer. 263.
Ophioglossum — B. 71.
Oplismenum — B. 68.
Ornithogalum — He. 306.
Osyris — Cer. 257.

Pæonia — Cer. 74.
Papaver — D. 345. 347.
Parietaria — D. 346.
Paris — Cer. 289.
Passiflora — H. 942. — Cer. 173.
Pentastemon — Cer. 153.
Persea — B. 58. — Cer. 231.
Persica — Cl. 855. — H. 10.
Phaseolus — Cer. 94. 95. 96. 97. 181.
Philadelphus — Cl. 824. — Cer. 207.
Philibertia — Cer. 274.
Phleospora — Cl. 863.
Phlox — Cer. 154.
Phragmites — H. 22. — He. 309. — N. 317.
Physalis — Cer. 164.
Phytolacca — H. 940. 943. — Cer. 182.
Pinus — Cl. 837. 852. 859. — S. 908. 909. 911. — H. 923. 924. — B. 38.
Pirus — Cr. 877. — S. 887. 888. 896. — Cer. 215.
Plantago — Cer. 183.
Platanus — Cl. 833. 843. — St. 872. 873. — H. 27.
Polygala — Cer. 86.
Polygonum — Cer. 188. 189. 190. 191.
Polyporus — B. 42.
Populus — Cl. 821. — H. 986. — N. 316. — A. 325. — D. 348.
Potentilla — Cer. 117.
Priva — Cer. 149.
Prunus — H. 955. — Cer. 209. — N. 315.
Ptelea — Cer. 235. 236.

Quercus — Cl. 814. 817. 818. 833. 861. 871. — Cr. 877. — Ce. 878. 879. 883. 885. — S. 901. 910. — H. 918. 919. 920. 958. 973. 974. 975. 976. 979. 992. 25. — B. 42. — Cer. 285.

Rafinesquia — Cer. 140.
Ranunculus — Cl. 866. — Cer. 73.
Reseda — Cer. 92.
Rhamnus — Cer. 239. 240.
Rhois — H. 915. — Cer. 247. 248. 249.
Ricinus — Cer. 192.
Robinia — H. 974. — A. 322.
Rosa — Cer. 212.
Rubus — H. 930. — Cer. 213. 214. — A. 328.
Rumex — Cer. 184.

Sagittaria — Cer. 305.
Salisburnia — B. 37.
Salix — S. 889. 902. — H. 914. 921. 924. — B. 39. — A. 332. — Spo. 333. — D. 246.
Sambucus — Cer. 255.
Sanguinaria — Cer. 84.
Sarothamnus — H. 949.
Scirpus — Cl. 869.

Scleria — Ce. 882.
Scorpiurus — Cer. 101.
Senecio — Cer. 144.
Silene — H. 945. — B. 35.
Smilax — Cl. 831. — H. 17. 21. 34. — Cer. 286. 287.
Solanum — S. 893. — B. 62. — Cer. 160. 161. 162. 163. — Sp. 320. — D. 348.
Solidago — Cer. 143.
Sorbus — Cer. 211.
Sorghum — H. 18. 19. 32.
Spinacia — He. 310.
Spiræa — Cl. 860. — Cer. 218. 219. — D. 346.
Sporobolus — H. 971.
Symplocarpus — Cer. 295.
Syringa — Cer. 264.

Tamus — Cer. 288.
Taxus — B. 36.
Tecoma — Cer. 258.
Tetranthera — Cer. 222. 232.
Teucrium — Cer. 147. 148.
Thalictrum — Cer. 77.
Thermopsis — Cl. 874.
Tilia — Cl. 851. — H. 925. 950. — Cer. 208.
Trifolium — Cer. 102. 103.
Tristania — H. 966.
Tulipa — Cl. 845.

Ulmus — Cl. 819. 836. — H. 957. 973. — Cer. 279. — Spo. 333.
Umbelliferæ — Cl. 868. — H. 964. 979. B. 65. — D. 337. 346.
Urtica — H. 939. — B. 35. — A. 330. — D. 335. 344. 348.

Vaccinium — H. 947. 961. — B. 46.
Verbascum — D. 346.
Vernonia — Cer. 129. 130.
Viburnum — H. 9. — Cer. 250. 251. 252.
Vicia — Cer. 105. 107.
Viola — Cer. 87. 88. 89.
Vitis — S. 892. — H. 960. 17. — B. 35. 40. — Cer. 200. 201. — D. 338. 352.

Xanthoxylum — Cer. 237.
Xylosteum — D. 346.

Yucca — Cer. 302. 303.

Zea — H. 969. 19. — A. 331.
Zinnia — Cer. 132.

Sect. 1. **Dictyosporæ** Sacc.

Conidia globosa, sarciniformia vel oblonga, transverse et longitudinaliter septata, fusca.

Clavis analytica Generum

Subsect. 1. **Micronemeæ** Sacc.

Hyphæ breves vel brevissimæ vel a conidiis parum distinctæ.

A) Conidia singularia (non concatenata).

† Conidia mutica.

§ Conidia vage murali-divisa vel sarciniformia.

Sporodesmium. Conidia ex ovoideo oblonga, majuscula, laxiuscula.
Stigmella. Conidia e globoso ovoidea, mediocria in acervulos phyllogenos punctiformes densiuscule aggregata.
Coniothecium. Conidia sarciniformia, protea, sæpe plura coalescentia.

§§ Conidia veluti e catenulis subparallelis articulorum composita.

Dictyosporium. Conidiorum catenulæ numquam fissiles.
Speira. Conidiorum catenulæ dein secedentes.

†† Conidia apice pluricorniculata.

Tetraploa. Conidia ovoideo-oblonga, clathrata, apice corniculis ornata.

B) Conidia catenulata.

Sirodesmium. Conidia oblonga, clathrata, sæpius aspera et per isthmos catenata.

Subsect. 2. **Macronemeæ** Sacc.

Hyphæ manifestæ et a conidiis distinctæ.

A) Conidia conformia.

† Conidia singularia.

§ Hyphæ conformes.

Stemphylium. Hyphæ decumbentes, sæpius hyalinæ.
Macrosporium. Hyphæ erectæ, subfasciculatæ, molliusculæ.
Mystrosporium. Hyphæ erectæ, rigidulæ; conidia solitarie acrogena, atra.
Coccosporium. Hyphæ erectæ, rigidulæ; conidia pleurogena, globulosa.
Trichogum. Hyphæ erectæ fasciculatæ; conidia prope basin hypharum congestim orientia.

§§ Hyphæ dimorphæ

Stolosporium. Hyphæ longiores sterriles, breviores conidiophoræ

†† Conidia acrogeno capitata.

Dactylosporium. Hyphæ erectæ simplices, apice capitulum conidiorum ferentes.

††† Conidia catenulata; adscendentia v. basilaria (gemmæ?) coalescentia.

Alternaria. Hyphæ vetustinæ erectæ, subsimplices; conidia catenata, caudata.

Fumago. Hyphæ crustaceo-intertextæ, varia; conidia vera catenulata, subdidyma, ganglia (gemmæ) sporomorpha sarciniformia, coalescentia.

B) Conidia dimorpha.

Sarcinella. Hyphæ repentes; conidia dimorpha, sarciniformia fusca, et farcta subhyalina.

SPORODESMIUM Link. Sp. pl. Fungi II. p. 120 emend. Sacc. Mich. II. p. 22 (Ἐξω σπορὰ et δεσμὸς ligamen). — Mycelium plerumque nullum. Conidia v. verden oblongæ, saepius majuscula, subsessilia vel breviter stipitata, clatrato-septata, fuliginea. — Apud auctores plerosque *Sporodesmium* audit, sed contra normam. — *Bryomyces* Miquelii, a Fresio ad *Sporodesmium* relatum, sistit mera propagula Muscorum, monente Tulasneo et cl. Oudemans in litt.

I. In ramis et truncis lignosis.

1. **Sporodesmium Rauii** Ell. et Harkn. Bull. Torr. Cl. 1881, p. 51. — 2353
Cæspitulis suborbicularibus, sparsis vel confluentibus, rufis, minutis; conidiis obovatis, ex loculis pluribus, subdiaphanis compositis: articulo basilari vesiculiformi instructis, 38 = 17–20 (incluso articulo basilari).

Hab. in corticibus vetustis Vitis. Bethlehem Americ. bor. — Colore præcipue a *S. moriformi* differt.

2. **Sporodesmium viticolum** Sacc. Mich. II. p. 269. F. ital. 1. 908. — 2354
Acervulis parallele et lineatim digestis, minutis, atris, subsuperficialibus; conidiis ovoideis, quandoque inæquilateralibus, 25 = 12–15, 3-septatis, vix constrictis septoque longitudinali divisis, olivaceo-fuscis, brevissime hyalino-stipitatis.

Hab. in sarmentis putridis Vitis, Salva Treviso Ital. bor.

3. **Sporodesmium phæosporum** (De Not.) Sacc. *Stemphylium phæosporum* De Not. in Comm. Critt. ital. II. p. 81. fig. V. — Su- 2355

perniciale, cæspitulis atris, granulosis, botryoideis, late gregariis; maculis atris; stromate filamentoso; hyphis sterilibus elongatis arcte ligno adrepentibus, tenuibus, fuligineis, obscure articulatis, flexuosis, ramosis atque inter se sæpe anastomosantibus et subreticulatis: sporophoris erectis, hinc illinc dense fasciculatis, brevibus, crassiusculis, articulatis: conidiis apice hypharum sitis demum liberatis, pulvinato-congestis, majusculis, variis, sphæricis, oblongis, ellipsoideis: subinde basi pedicelli rudimento brevi, tenui instructis vel rarius ramulis hypharum uno alterove seiunctis adnatis, ceterum prorsus opacis, fusco-fuligineis, multicellulosis atque ex cellulis superficialibus protuberantibus, nodoso-verrucosis. 37–75 = 22–35.

Hab. in lignis vetustis, ad Vites, in Valle Intrasca Italiæ.

4. **Sporodesmium melanopodum** (Ach.) B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 455. 2356
Spilomia melanopum Ach. Meth. p. 10. t. I, f. 3. — Cæspitulis amplis, nigris, conidiis subglobosis, opacis, simulate simplicibus, revera pluriseptatis, basi cellulari magnitudine varia suffultis.

Hab. in cortice Mali, in Britannia, New England, Carolina.

5. **Sporodesmium moriforme** Peck 25 Rep. p. 89. — Cæspitulis minutis, orbicularibus, agglomeratis, nigris: conidiis obovatis vel subellipticis obtusissimis, cellulosis, 32–38 μ longis; loculis minutis basi pallidioribus: cellula basilari subglobosa hyalina, conidium subæquante. 2357

Hab. in lignis decorticatis Malorum. Sandlake Amer. bor.

6. **Sporodesmium Lycii** Niessl Vorarb. Krypt. II. p. 15. t. II, f. 3. *Seimatosporium Lycii* Kalchbr. sec. Niessl Hedw. 1872. p. 180. — Effuso-crustaceum, atrum; conidiis oblongis vel cylindrico-clavatis v. polymorphis, 40–48 = 12–14, fusco-atris 3–4-septatis parceque moriformibus; sporophoris angustis conidium subæquantibus hyalinis. 2358

Hab. in ramulis siccis Lycii barbari prope Brunn Moravæ. — Sub cortice fisso nidulat.

7. **Sporodesmium Fusus** B. et C. North Amer. Fungi n. 533. — Punctiforme nigrum, conidiis fusiformibus transverse et verticaliter multiseptatis, 70 μ. longis utrinque acuminatis. 2359

Hab. in ligno Magnoliæ acuminatæ in America bor.

8. **Sporodesmium compactum** B. et C. North Amer. Fungi n. 523. — Effusum, aterrimum: conidiis subglobosis irregularibus demum biseptatis, brevi-pedicellatis. 2360

Hab. in ligno Fraxini in Carolina austr. Amer. bor.

9. **Sporodesmium granulosum** Dur. et Mont. Fl. Alg. p. 330, Syll. Crypt. 2361

n. 1143. — Acervulis erumpentibus, punctiformibus, olivaceis; stromate spurio, carnoso, pallido; conidiis ovoideis aut ex oblongo piriformibus, minute cellulosis, pedicello curto hyalino continuo suffultis.

Hab. in ligno Oleæ denudato, indurato, circa Philippeville Algeriæ (Durieu).

10. **Sporodesmium velutinum** Cooke Rav. Fung. Amer. n. 162 et in Grevillea — Effusum, atrum, velutinum; conidiis ovatis, e cellulis subglobosis compositis, infra clavato-pedicellatis. 20-25 = 12-14. 2362

Hab. in ligno Perseæ. Gainesville Florida Amer. bor.

11. **Sporodesmium Sarcinula** B. et C. North Amer. Fungi n. 526. — Minutissimum punctiforme; conidiis ex articulis cruciato-quaternis nucleatis constantibus. 2363

Hab. in ligno dealbato Liriodendri in Pensylvania Amer. bor. (Michener).

12. **Sporodesmium lobatum** B. et Br. Ann. Nat. Hist. 1866, n. 1146, t. III, f. 7. — Cæspitulis minutis, nigris, pulvinatis; sporophoris brevibus articulatis, deorsum hyalinis, sursum in articulos subquaternatos subglobosos divisis; conidiis terminalibus, 15 μ. longis. 2364

Hab. in ligno abietino. Lucknam Britanniæ. — Totus fungillus 15 μ altus.

13. **Sporodesmium nodosum** Preuss F. Hoyersw. n. 7. — Epixylinum; maculis effusis latis, aterrimis; conidiis congestis erectis, polymorphis, nodosis, atris, interstitiis extenuatis, atro-fuscis, septatis cellulosisve. 2365

Hab. in assere ligneo Pini, Pinka prope Hoyerswerda. — « An *Sirodesmium?* ».

14. **Sporodesmium scutellare** B. et Br. Ann. N. H. n. 456. — Cæspitulis sparsis, scutellaribus, minutis; conidiis late obovatis e basi cellulari brevi stipitellis 1-paucicellularibus suffultis, murali-divisis, brunneis. 2366

Hab. in cortice laricino in Britannia

15. **Sporodesmium pallidum** B. et C. North Am. Fungi n. 527 — Minutissimum, punctiforme; conidiis pallidis globosis e cellulis globosis enucleatis laxiusculis compositis. 2367

Hab. in truncis Pinorum, New England Amer. bor. (Russell).

16. **Sporodesmium antiquum** Corda Icon. Fung. III, f. 11, Sacc. F. ital. t. 910. — Cæspitulis nigris, tomentellis, sæpe effusis; conidiis cylindraceo-flexuosis, 100-150 = 20, dense clathrato-septatis, basi in stipitellum pallidum brevissimum productis, fuligineis, subfasciculatis. 2368

Hab. in truncis, lignis Pinorum, Aceris, Vitis, in Bohemia, Italia, Britannia, America bor. — Interdum sporophora inflatuta. — Var. **compactum** B. et Br. Ann N. H. n. 453: cæspitulis compactioribus conidiisque minute articulatis. In ligno duro Wraxall Britanniæ.

17. **Sporodesmium aurantiacum** B. et C. North Am. Fungi n. 528. 2369
— Effusum aurantiacum: conidiis subglobosis incurvo-pedicellatis e cellulis globosis compositis.

Hab. in ramis salicinis et ligno Aceris in Carolina austr. New Jersey Amer. bor. — « Colora læto a genere desciscit ».

18. **Sporodesmium copulatum** Preuss F. Hoyersw. n. 9. — Cæspitulis 2370
effusis atris, pulveraceis; conidiis socialibus congestisve erectis, longe-pedicellatis clavatisve fuscis subpellucidis, testa externa continua septis internis subquadratis et guttula oleosa repletis.

Hab. in ligno Alni putrido prope Hoyerswerda.

19. **Sporodesmium trigonellum** Sacc. Mich. II. p. 641. — Gregarium 2371
punctiforme atrum: conidiis subtrigonis apice truncatis, deorsum subacuminatis angulis breve hyalino-apiculatis, 3-4-septatis, crebre varieque muriformibus, ad septa non constrictis cinereo-fuligineis, 18-20 = 12-15, stipite brevi 6-8 = 2, tereti hyalino suffultis.

Hab. in cortice Ailanthi, Ribis etc. et in agro Veneto et in Arduennis.

20. **Sporodesmium epicoccoides** B. et C. North Am. Fungi n. 530. 2372
— Effusum bigrum: conidiis placentæformibus seu globoso-depressis subinde inæqualibus basi sporophoris brevibus radiantibus suffultis.

Hab. in trunco Platani, New England Amer. bor. (Sprague).

21. **Sporodesmium hysterioideum** C. et E. in Grevillea. — Hysteriiforme: conidiis piriformibus vel obovatis, 1-3-septatis et longitudinaliter divisis brunneis, 15-18 = 10-12, e basi stromatica brunnea oriundis. 2373

Hab. in ligno acerino dealbato New Jersey Amer. bor.

22. **Sporodesmium tumulosum** Sacc. Mich. II. p. 289. Fiatal. t. 906. 2374
— Acervulis gregariis, superficialibus atque tuberculis ligneis cop caviusculis insidientibus, atris: conidiis ovoideis globulosisve, 14-18 = 7-8, varie clathrato-septatis, transverso plerumque 3-septatis ochraceo-fuligineis: basidiis .... non visis.

Hab. in ligno indurato Fagi silvaticæ, in silva Cansiglio Ital. bor. — Basidiis deficientibus (semper?) matriceque aliena ac affini *S. scutellari* aliquid desciscit.

23 **Sporodesmium sicynum** Thüm Symb. mycol Austr. I n 2 Sacc. F ital t 909 — Acervulis effusis, erumpentibus, atris conidiis oblongo-clavatis 40-45 = 20 3-septato muriformibus, ad septa constrictis fuligineis · basidiis cylindraceis brevibus 20-25 = 1-3 sæpius 1-septatis subochraceis 2375

Hab in ramis corticatis Fici Caricæ. Klosterneuburg prope Vindobonam Austriæ (Thuemen) in ramis Alni. Adirondack Mount. Amer bor (Peck) — Iconem et diagnosim ex specimenibus Thuemenianis feci Cl. Thümen conidia 6 13-septata describit quod certe ex lapsu calami

24 **Sporodesmium ulmicolum** Sacc *Cucurbitariæ ulmicolæ* stat conid. Fuck. Symb. p 172. — Cæspitibus erumpentibus 2 mm. latis planis velutinis atro-olivaceis : conidiis late ellipticis, rectis curvatisve, stipitatis, antice appendiculatis appendiculo recto, conico, hyalino, conidio quadruplo brevioribus stipite hyalino conidium subæquante, plerumque arcuato · conidiis 12-14-septatis septis paucioribus longitudinalibus, aureis, 48-52 = 14 17 (sine stipite et appendicula). 2376

Hab in ramis siccis corticatis Ulmi campestris in Rhenogovia

25 **Sporodesmium polymorphum** Corda Icon. fung I. p 7. fig. 119. Mich. II p. 289 — Cæspitulis nigris effusis, pulvereis, opacis : conidiis ex oblongo vel ovoides angulosis 40-50 = 25-36, varie septato-muriformibus atro-fuscis, fere opacis, sporophoro brevi teretí septato pallidiore suffultis. 2377

Hab in corticibus et lignis. Quercus. Betulæ etc in Bohemia, Italia Britannia, India orient. Africa australi — *Stemphylium polymorphum* Bon. Handb. fig 76 sporophoris longioribus fuligineis differre videtur

26. **Sporodesmium cellulosum** Sacc Mich II. p. 289 et F. ital. t. 907. an Fries? — Cæspitulis minutis atris subsparsis, superficialibus conidiis ovato oblongis 60-70 = 30-32 dense clathrato-septatis sub inde inæqualibus, fuligineis, breviter pallidius stipitatis ; sporophoris hyalinis 20-40 = 8-10 septatis 2378

Hab in ligno quercino et pirino in Italia bor., Alni in Basilicata. — *Sporodesmium cellulosum* Kl. est *Steganosporium*.

27. **Sporodesmium Peziza** C. et E. New Jersey Fungi n. 2302. tab 68. fig. 5. in Grevill. *Septonema bicolor* Peck 28 Rep. St. Mus. — Cupulæforme, flavo-viride, margine atrum 1 mm. diam. : conidiis ovatis, oblongis vel piriformibus, atro-brunneis. 2379

Hab. in truncis decorticatis Quercus, New Jersey et Forestburgh Amer. bor. — Conidia denique asperula.

28. **Sporodesmium mundulum** Cooke F. Texas p. 142. — Effusum, album (?); conidiis cellulosis, atro-brunneis, subopacis, diu adhærentibus, 15 = 10. 2380

Hab. in truncis quercinis, Houston Texas (Ravenel).

29. **Sporodesmium acinosum** B. et C. North Amer. Fungi n. 529. — Tenue effusum nigrum; conidiis globosis pedicellatis e cellulis globosis laxe compactis; stipitello hyalino. 2381

Hab. in ligno quercino in America boreali.

30. **Sporodesmium concinnum** Berk. Lond. Journ. Bot. IV, pag. 309, t. XII, f. 3 et F. Cincinn. p. 17. Corda Ic. fung. VI, p. 4, fig. 15. — Cæspitulis minutis, atris, dein confluentibus; conidiis primum brevissime pedicellatis simplicibus dein oblongis, subcompressis obtusis, nitidis fenestratis, 90–100 μ. longis, loculis longitrorsum 3-seriatis, transverse 7–9-seriatis. 2382

Hab. in truncis putridis, Cincinnati, Carolina, Ohio et New York. — Sporophora tenella mox evanescentia. Ad *Dictyosporium* accedit.

31. **Sporodesmium elegans** Corda Ic. fung. I, p. 7, fig. 120, *Stemphylium elegans* Bonord. — Parasiticum, speciosum; conidiis subsolitariis oblongis, septatis vel cellulosis, primum ovatis albis, lutescentibus, dein fuscis, plerumque apiculo albo, diaphano instructis et longe pedicellatis 50–60 μ. longis; pedicello albo, diaphano, filiformi, septato, erecto, dein nutante et flaccido. 2383

Hab. ad ramos inter catenulas Bisporæ catenulatæ in Bohemia.

32. **Sporodesmium piriforme** Corda Ic. fung. I, f. 116. — Effusum, atrum suberustaceum; conidiis obovatis, primo septatis, demum cellulosis, 28–30 μ. longis, brunneis, semipellucidis, 2–4-locularibus; sporophoro hyalino, achroo, brevi vel mediocri, filiformi, flaccido, subinde curvulo. 2384

Hab. in asseribus putrescentibus, Shropshire Britanniæ et in ligno pineo putri in Bohemia. — A *Stemphylio piriformi* Bon. videtur diversum, sed tamen huic generi forte affinius est.

33. **Sporodesmium minutissimum** Peck Bot. Gaz. 1880, pag. 34. — Cæspitulis minutis, sparsis, atris 100–120 μ. diam.; conidiis irregularibus, multicellularibus opacis, sporophoro distincto nullo, plerumque sungiobosis vel late ellipticis, 12–18 μ. longis. 2385

Hab. in lignis putrescentibus, Vermont Amer. bor. (Pringle).

34. **Sporodesmium maculans** B. et C. Cub. Fungi n. 578. — Soris 2386
brevibus linearibus e macula alba elongata oriundis; conidiis subglobosis e cellulis paucis constructis, 10 μ. longis.

Hab. in ligno putri in insula Cuba.

35. **Sporodesmium conglobatum** C. et E. in Grevillea — Atrum; cæ- 2387
spitulis sphæriæformibus, 1/4 mm. diam. gregariis, opacis conidiis ellipticis vel clavatis, aterrimis, opacis, cellulosis, in cæspitulos dense congestis, 100–120 = 30–35.

Hab. in ligno denudato, New Jersey Americæ borealis — Affine *S. stygio*.

36. **Sporodesmium globiferum** B. et C. Cub. Fungi n. 579. — Soris 2388
orbicularibus nigris mycelio ramoso septato; conidiis globosis e cellulis pluribus constructis, 50 μ. diam.

Hab. in lignis putridis in insula Cuba. — Habitus *Calicii inquinantis*.

37. **Sporodesmium stygium** B. et C. North Amer. Fungi n. 524. — 2389
Effusum, aterrimum, nunc minutum, nunc latum; conidiis grossis clavatis valde compactis; sporophoris brevibus tenuibus, septatis.

Hab. in cortice emortuo in Pensylvania Amer. bor.

38. **Sporodesmium sphæriæforme** Cooke Rav. Fung. Amer. n. 161 et 2390
in Grevillea. — Aterrimum; pustulis hæmisphæricis, sphæriæformibus, dense gregariis; conidiis ovatis, e 3–5 cellulis compositis, opacis, 12–15 = 10.

Hab. in truncis Gainesville Florida Amer. bor.

39. **Sporodesmium atro-fuscum** Cooke in Grevillea: XII, p. 12. — 2391
Effusum, velutinum, atrum; conidiis clavato-elongatis, irregularibus, 50–80 = 15–20, cellulis quadratis utrinque divisis, atro-fuscis.

Hab. in ligno. Mount. William. Victoria.

40. **Sporodesmium atro-purpureum** B. et C. Cub. Fungi n. 580. — 2392
Effusum; conidiis orbicularibus e cellulis magnis sæpe quaternatis constructis 50 μ. diam., sporophoro brevi laterali suffultis, pluribus sæpe confluentibus.

Hab. in ligno putrescente in Cuba insula.

II. In foliis arborum et herbarum.

41. **Sporodesmium Ulmi** Fuck. Symb. myc. p. 350. — Acervulis ple- 2393
rumque epiphyllis tenuibus, velutinis, effusis dendriticisve, olivaceo-nigris, in macula exarida plerumque marginali, magna, demum totum folium occupante; conidiis clavatis, 10–12

aliis longitudinalibus, ad septa constrictis, flavis 95–112 = 24 (in clavula).

Hab. in foliis vivis Ulmi effusæ vel pyramidalis, quam mox excidere cogit, pr. Wiesbaden Germaniæ.

42. **Sporodesmium spiræicolum** Cooke Rav. Fung. Amer. n. 157 ex 2394
in Grevillea. — Epiphyllum, fuligineum, maculæforme, conidiis multiformibus, irregularibus, cellulosis, brunneis.

Hab. in foliis Spirææ, Aiken Carolinæ austr. in Amer. bor.

43. **Sporodesmium rude** Ellis Torr. Cl. 15-6 p. 107. — Punctiforme, coniertum aut sparsum in maculis discoloribus, atridis; conidiis breviter pedicellatis, subbrunneis, magnitudine valde inæqualibus, oblongis aut cylindraceis, 1–7-septatis, vulgo ad septa leviter constrictis, loculis singulis duos aut plures nucleos foventibus et frequenter uno alterove septo longitudinali dispartito. 2395

Hab. in foliis adhuc virentibus Magnoliæ glaucæ locis suf. localis, Newfield N. J. Amer. bor. (E. Ellis).

44. **Sporodesmium Millegrana** B. et C. Cub. Fungi n. 581. — Minutum, sparsum, punctiforme; conidiis irregulariter sporotundis, multicellulosis, nigris e sporophoris varris pallidioribus orundis, 70–100 μ diam. 2396

Hab. in foliis emortuis Cassiæ parasiticæ in insula Cuba.

45. **Sporodesmium induratum** Cooke Calif. Fungi in Grevill. — Effusum, album, conidiis subglobosis, irregularibus, induratis, opacis, e cellulis angulatis compositis. 2397

Hab. in foliis Acacias spinosæ in California. — Compactum fere sclerotioideum.

46. **Sporodesmium microscopicum** Bon. Bot. Zeit. 1852 p. 284, t. VII. f. 7. — Sparsum, punctiforme, conidiis ovato-clavatis, fusco-fulvis, cellulosis, stipitulo albo diaphano suffultis, 32 = 8; mycelio radiciform. 2398

Hab. in foliis putrescentibus Rosarum in Guestphalia.

(An conidia *Alternariæ* solutam?)

47. **Sporodesmium Asterisous** B. et C. Notes Amer. Fungi n. 574. — Punctiforme, conidiis radiantibus, liguliformibus e duplici serie cellularum compositis. 2399

Hab. in foliis Pycnanthemi in Carolina austr.

48. **Sporodesmium septorioides** West. Exs. n. 862. Kickx Fl. cr. II. p. 77. — Cæspitulis punctiformibus, minutissimis, approximatis, agglomeratis, brunneis; conidiis clavato-oblongis, demum ellipsoideis, brunneis, 2–12-septatis, parum constrictis, loculis plus minus 2400

longitudinaliter pactus, breviter pedicellatis; pseudostromate expanso, pallide brunneo et griseolo.

Hab. in foliis languidis Resedæ odoratæ. Courtrai Belgii.

49. **Sporodesmium Melongenæ** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 427. — 2400
Cæspitibus amphigenis sed plerumque epiphyllis, solitariis, verruciformibus, submagnis, nigris in macula exarida angulosa vel oblonga, concentrice fusco zonata, ochraceo-fusca, ceto diaperata; conidiis longe clavatis, vertice rotundatis, basi in pedicellum angustatis, plerumque septatis et medio nonnullis etiam secus longitudinem divisis, dilute fusco-olivaceis, ad septa constrictis, rectis vel sæpe curvatis, 60-75 = 14-18; pedicello griseo, subcrasso, recto, 18-24 = 8-10.

Hab. in foliis vivis Solani Melongenæ. Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller). — A *Sporodesmio dolichopode* Pass. in Solano tuberoso longe diversum videtur.

50. **Sporodesmium Phytolaccæ** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 187. — 2401
Cæspitibus amphigenis sed plerumque epiphyllis, minutis, atris, punctiformibus in macula ceto decolorata arida, margine lato zonato ochraceo-fusco cincta, postremo dispallescentibus; conidiis late clavatis, vertice dilatatis, multicellulatibus, griseo-fuscidulis, 50-60 = 18-25; pedicello brevi, griseo, arcuato.

Hab. ad folia viva Phytolaccæ decandræ. Choupal prope Coimbra Lusitaniæ (Moller).

III. in caulibus et fructibus herbarum.

51. **Sporodesmium fuscum** Bon. Handb. p. 48, fig. 43. — Conidiis sæpius clavatis, deorsum attenuato stipitatis, brunneis, 5-7-septato muriformibus, ad septa constrictis, tandem in articulos dilabentibus. 2402

Hab. in plantis variis putrescentibus in Graecia. — c. An conidia soluta *Alternariæ*?

52. **Sporodesmium irregulare** Cooke Rav. Fung. Amer. n. 158 et in Crevillea. — Effusum atrum tenue; conidiis multiformibus elongatis vel clavatis, multicellulosis, brunneis. 2403

Hab. in caule Eupatorii. Aiken in Carolina austr. Amer. Sept.

53. **Sporodesmium Cladosporii** Corda Icon. i. p. 7, t. ii, f. 118. — 2404
Cæspitulis effusis olivaceis; conidiis ovoideis, continuis, demum brunneis opacisque, dense reticulato septatis vix constrictis, 20-24 μ. longis; sporophoris obsoletis.

Hab. ad legumina arida Phaseoli vulgaris, sodio *Cladosporii*

sporio herbarum, nec non in caulibus Scropiulariæ etc. Gorizia, Bohemia, Darenth Britanniæ. — «An sit revera parasiticum in *Cladosporio* dubitandum.»

54. **Sporodesmium mucosum** Sacc. *Sphæriæ mucosæ* st. conid. Fuck. Symb. myc. pag. 116, t. III, f. 20. — Conidiis stipitatis, clavatis, apice obtusis, 2-septatis, septo longitudinali, flavis, 54 = 19. 2406

Hab. in epicarpio Cucurbitæ Peponis. Œstrich Rhenogoviæ.

IV. In plantis monocotyledoneis et acotyledoneis.

55. **Sporodesmium Triglochinis** B. et Br. Ann. N. H. n. 1607, t. X, f. 4. — Cæspitulis punctiformibus late brunneis, 150-200 μ diam., e basi cellulosa assurgentibus; conidiis junioribus obovatis, 7.5-17,5 μ. diam., pedicellis brevibus, sursum incrassatis, dein subglobosis suffultis, oblique septatis, dein oblongis, tenestratis. 2407

Hab. in caule Triglochinis palustris Bannock Britanniæ.

56. **Sporodesmium Agapanthi** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 425. — Cæspitibus gregariis, pro ratione magnis, semiimmersis conicis, oblongis vel orbiculatis, aterrimis; conidiis late clavatis, vertice dilatato-rotundatis, basi in pedicellum longum, flexuosum arcuatumque, concolorem angustatis, transversim et longitudinaliter septatis, fuscis, 28-35 = 12-18. 2408

Hab. in scapis emortuis Agapanthi umbellati, Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller).

57. **Sporodesmium ignobile** Karst. Fragm. myc. V, p. 2. — Conidiis sparsis, obovoideo-oblongatis, circiter 6-septatis, septulo unico longitudinali, fuscescentibus (sub vitro), 36-39 = 15, pedicello brevi vel brevissimo suffultis. 2409

Hab. ad caules Asparagi officinalis emortuos, Mustiala Fenniæ.

58. **Sporodesmium myrianum** Desm. Exs., 2 ser., fasc. I. n. 2. — Cæspitulis punctiformibus, minutissimis numerosis sparsis, adpressis, atris; nebulas griseolas matrici efficientibus; conidiis piriformibus, obovatis vel ellipsoideis 20-30 = 10-15, sessilibus aut subsessilibus, 3-4-septatis, parum constrictis, loculis plus minus cellulosis; pseudostromate subtili, subconvexo, nigro. 2410

Hab. in culmis et foliis siccis Calamagrostidis arenariæ in Galia, et in foliis siccis Ammophilæ arenariæ in Belgio.

59. **Sporodesmium Sporotrichi** Corda Ic. fung. I, p. 7, fig. 117. — Cæspitulis confluentibus, tenuissimis, roseis (?), conidiis polymor- 2411

phis pallide luteis diaphanis, apice plerumque obtusis, infra acutis 10-12-septato-muriformibus.

Hab. in Sporotrichis variis prope Prag Bohemiæ.

V. In charta etc.

60. **Sporodesmium echinulatum** Speg. Mich. I. p. 478. — Cæspitulis superficialibus, rotundis atris minutis gregariis, quandoque pluribus confluentibus, conidiis ellipticis, 30-32 = 15-16, 3-septatis, ad septa plus minusve constrictis, septulo uno alterove longitudinali ubique laxe et minute verruculosis fuligineo-olivaceis, loculis quandoque duobus extimis pallidioribus, pedicellis hyalinis, 5-8 = 2-3, suffultis. 2412

Hab. ad chartam putrem stercoratam in locis umbrosis pr. Conegliano Italiæ borealis.

61. **Sporodesmium chartarum** B. et C. North Amer. Fungi n. 531 — Maculis concentricis; cæspitulis velutinis effusis; conidiis ellipticis triseptatis nerumque verticaliter divisis nucleatis: sporophoris brevibus crassiusculis hyalinis. 2413

Hab. in charta uda Hillsborough in Carolina superiore Amer. bor. — «An species *Stemphylii* imperfecte descripta?».

Species inquirendæ.

62. **Sporodesmium dolichopus** Pass. in Thüm. Contr. Myc. Lus. n. 426 (nomen). — Ad folia viva Solani tuberosi, Coimbra Lusitaniæ (Ferreira). 2414

63. **Sporodesmium Lambottei** Roum. Rev. Myc. 1880 cum icone. — In fructibus induratis Piri in Belgio. — Ex descriptione et icone videntur pro conidiis sumptæ esse cellulæ scleroticæ in tuberculis fructuum Piri sollemnes. 2415

STIGMELLA Lèv. in Demid. Voy. p. 111 (Etym. *stigma* punctum). — Conidia e globoso ovoidea clathrato-septata, in acervulos minutos phyllogenos densiuscule aggregata. Mycelium parcissimum.

1. **Stigmella dryina** (Corda) Lev. in Dem. voy. p. 111. t. 5, f. 5. Sacc. F. it. t. 929. *Dicoccum dryophilum* Corda Ic. I. 6. t. 2. f. 104. *Sporodesmium foliicolum* Desm. Ann. Sc. Nat. 1840, XIV, 8. — Foliicola: maculis elongatis albis, brunneo limitatis; cæspitulis punctiformibus, nigris; mycelio parce ramoso, repente, continuo, hyalino; conidiis ovoideis vel obpiriformibus, 3-4-septatis, septulo longitudinali divisis, 19 = 8 sæpe sphæroideis et tunc 10 μ. diam. brunneis. 2416

Hab. in foliis Quercus pedunculatæ Q. pubescentis in Rhenogovia, Italia Bohemia, Gallia.

Stigmella Montellica Sacc. Mich. I. p. 90. Fung. Ital. t. 98. — 2417
Acervulis punctiformibus atris, plerumque hypophyllis sæpe nervisequis conidiis e sporodochio pulvinato, cellulose orbiculatis, aggregato-fasciculatis ex ovato oblongis utrinque rotundatis, 30-34 = 15-19 4-6 septato-muriformibus ad septa non constrictis obscure fuligineis.

Hab. in foliis petiolisque Salyiæ glutinosæ vivis in silva Montello Ital. bor.

3. **Stigmella Castagneana** (Mont.) Sacc. *Dicoccum Castagneanum* 2418
Mont. Syll. n. 1139. - Epiphylia: cæspitulis secundum nervum folii medium seriatis, minutis 40-80 μ. diam., superficialibus, globosis sessilibus, simulicibus vel aggregatis, primitus viridibus aut hyalinis tandem rufo-brunneis: conidiis oblongis vel subglobosis uni-pluriseptatis, medio constrictis septulo longitudinali divisis v. radiatim partitis rufo-brunneis 15-20 longis.

Hab. in foliis Ulmi dejectis Aix-la-Chapelle Galliæ.

CONIOTHECIUM Corda Ic. fung. I. pag. 2 (Etym. *conia* pulvis et *thece* pro spora). — Conidia sarciniformia varia cruciatim v. radiatim septata sæpius plura invicem coalescentia puncta, v. maculas nigra epiphylla v. epixyla formantia. — Conidia plerumque ita varia, ut potius pro gemmis haberi possint, hinc species ægre limitatæ, immo forte non limitandæ. Confusio augetur ex eo quod pro conidiis non raro eorum cellulæ sumuntur. Cfr. Fres. Beitr. pag. 102.

I. In lignis decorticatis

1. **Coniothecium applanatum** Sacc. Mich. II. p. 173. F. ital. t. 758 2419
Didymosporium complanatum Fres. Beitr. 105. t. XIII. fig. 33-37, nec Nees nec Bon. — Acervulis minutis, aterrimis, pulvinato-applanatis, epixylis, non valde compactis: conidiis globosis, oblongis, angulosis 1-4-septatis sæpeque muriformibus, 8-15 = 6-12 loculis 1-guttulatis, atro-fuligineis.

Hab. in ligno salicino etc. in Italia bor. et Germania.

2. **Coniothecium enusum** Corda Ic. I. p. 2. t. I, f. 21 *Sporidesmium* 2420
Lepraria Berk. *Lepraria nigra* Engl. Bot. t. 2409. — Atrum, late effusum, conidiis subglobosis v. irregularibus, sessilibus fuscis, semipellucidis in globulos irregulares conglobatis.

Hab. in lignis Pini, Aceris, Salicis, Castaneæ, Taxodii, Quercus in Bohemia, Italia, Germania, Britannia, Amer. bor. — Cæspituli subinde perithecifiormes.

3. **Coniothecium conglutinatum** Corda Ic. I. p. 2. t. I. f. 20. — Cæspituliis atris subglobosis vel confluentibus, conidiis conglutinatis, minutis, ovoideis fuscis 4,5 μ. diam. 2421

Hab. in ligno Betulæ etc. in Britannia et Belgio.

4. **Coniothecium punctiforme** Corda Ic. fung. I. p. 2. fig. 19. Sacc. Mich. II. p. 173. — Acervulis minutis applanatis, hinc inde sparsis, satis compactis, atro-olivaceis, conidiis globulosis 4-5 μ. d., olivaceis diu conglutinatis. 2422

Hab. in ligno pineo et abietino in Bohemia et Ital. bor.

Coniothecium toruloides Corda Ic. fung. I. pag. 2. fig. 23. Sacc. Mich. II. p. 173. — Acervulis minutis pulvinatis hinc inde sparsis satis compactis, conidiis variæ glomerulatis v. catenulatis fuligineis, articulis subsphæroideis. 2423

Hab. in ligno Pini in Bohemia et cortice Abietis in Italia boreali.

6. **Coniothecium atrum** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 36. — Effusum atrum, opacum; acervulis magnis conspicuis, conidiis subglobosis, subdiaphanis, fuscis, medio obscurioribus mox secedentibus; gelatina fusca. 2424

Hab. in lignis et asseribus in Germania et Italia boreali. — «An *Coniosporium?*»

II. in rainis et caulibus.

7. **Coniothecium complanatum** (Nees) Sacc. Mich. I. p. 537. *Didymosporium complanatum* Nees Syst. p. 33. f. 29. *Stilbospora didyma* Link, *St. fugax* S. et K. — Cæspituliis subrotundis v. ellipticis deplanatis compactis dein inquinantibus; conidiis sarcinuliformibus, 3-4-cellularibus, 6-10 μ. diam., olivaceo-fuscis. 2425

Hab. ad ramulos salicinos, coryleos etc. in Germania, Gallia, Italia.

8. **Coniothecium Amentacearum** Corda Ic. I. pag. 2. t. I. fig. 26. — Cæspituliis pulvinatis stromate carnoso fusco, lentiformi suffultis, atris; conidiis conglutinatis suboblongis, fuscis, 13-24 μ. diam. 2426

Hab. in ramis emortuis Salicum in Bohemia, Germania, Britannia, Italia, Gallia. Adsunt formæ in Acere et Corylo in Arduennis. — Teste Desmazières X. Not. p. 2. huc spectat *Melanconium conglomeratum* Link.

9 **Coniothecium epidermidis** Corda Ic. I, p. 2, t. I. f. 24, Fresen. Beitr. p. 102, t. XIII, f. 1-7. — Cæspitulis gregariis, transversaliter positis, erumpentibus, atris; articulis subglobosis, fuscis, irregulariter conglobatis et subdiaphanis, glomerulis 10 μ. circ. d. 2427

Hab. in ramulis Betulæ albæ nec non Piri Mali et communis in Bohemia, Germania, Italia; in capsulis Syringæ in Gallia.

10. **Coniothecium betulinum** Corda Ic. I. p. 2. t. I. f. 25. Fres. Beitr. p. 103, t. XIII f. 29-32. — Cæspitulis solitariis atris, ligno innatis, primum tectis dein erumpentibus, vix 1 mm. diam.: conidiis atris subglobosis in massulas conglutinatis, impellucidis, 4-6 μ. d. 2428

Hab. in ramulis emortuis Betulæ albæ in Bohemia, Gallia, Britannia, Italia.

11. **Coniothecium rameale** Corda Ic. I, p. 2. t. I, f. 27. — Cæspitulis minutis, atris, suberumpentibus; conidiis minutissimis muco spurio pallido conglobatis, exacte sphæricis, fuscis. 2429

Hab. in ramulis arborum frondosarum variis e. g. Cydoniæ in Bohemia et Georgia.

12. **Coniothecium albocinctum** Preuss F. Hoyersw. n. 263 — Acervulis punctiformibus, minutis, atris, suberumpentibus; conidiis angulato-globosis, irregulariter globatis, episporio atro: endosporio (?) subalbo; nucleo saturate fusco, subimpellucido. 2430

Hab. in cortice Mali, Hoyerswerda.

13 **Coniothecium pervagatum** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 72. — Atrum, late tenuiter effusum, conidiis majoribus atrofuscis parum pellucidis, in conos seu globulos sublevigatos conglobatis, hyphopodio conjunctis. 2431

Hab. in cortice seu ligno Mali, Hoyerswerdæ.

14. **Coniothecium chomatosporum** Corda Ic. I. p. 2, t. I. f. 22, Fres. Beitr. p. 102. t. XIII, f. 8-18. — Subeffusum, tenue, atrum: conidiis rotundato-angulosis, planis, fuscis, intus obscurioribus, 11-12 μ. diam., varie conglutinatis 2432

Hab. in cortice et ligno siccо Pini et Piri Mali in Bohemia et Germania. — Var. **variegatum** Preuss F. Hoyersw. n. 3, et in Sturm D. C. F. t. 30: erumpens: acervulis gregariis, pulvinatis, atris: conidiis rotundato-angulosis, varie conglutinatis, planis, fuscis, intus non obscurioribus, in ramis dejectis Mali et Aceris in Germania et Italia bor.

5 **Coniothecium Eucalypti** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 431. — Cæspitibus longe lateque effusis, subtenuibus, adnatis, atro-fuscis, corti- 2433

cem conducentibus; conidiis plus minusve globosis, sæpe subcompressis, vix diaphanis, fuscis, episporio levi, suberasso, 5-8, plerumque 7 μ. diam., tri-duodecim conglobatis.

Hab. in cortice ramorum juniorum adhuc virentium Eucalypti Globuli, Pinhal de Valle de Cannas prope Coimbra Lusitaniæ (Moller).

16. **Coniothecium tamariscinum** Thüm. Fungi Ægypt. Ser. III, n. 46. — Ramulos longe lateque ambiens et nigricans vel, plerumque in junioribus, maculas irregulares, fuligineas varias efficiens: conidiis subglobosis, simplicibus vel plerumque, uni-septatis, in globulos sæpe sarcinæforines, irregulares conglutinatis, haud raro solitariis, fuscis, impellucidis 6-9 μ. diam. 2434

Hab. in ramis vivis Tamaricis manniferæ prope Bulbes Ægypti.

17. **Coniothecium discoideum** Cooke in Grevillea. — Sparsum, discoideum, atrum; conidiis ellipticis vel oblongis, 1-3-septatis, cellulis quoque longitrorsum divisis, 15-20 μ S, subconcatenatis. 2435

Hab. in ramis decorticatis, New York Amer. bor. (Gerard). — Habitus Pezizulæ nigræ.

18. **Coniothecium asperulum** Dur. et Mont. Fl. Alg. p. 329 et Syll. Crypt. n. 1107. — Acervulis atris rotundis innato-erumpentibus subconfluentibus; conidiis glomeratis fusco-atris episporio asperulo opacis globosis v. subangulatis 10-20 μ. diam. e stromate fibroso oriundis. 2436

Hab. in caulibus Ferulæ dejectis circa Alger (Durieu).

19. **Coniothecium Mollerianum** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 432. — Cæspitibus effusis, non continuis, laxis, tenuibus, vix pulvereis, fuligineo-fuscis; conidiis fere globosulis, episporio levi, fuscis, 4.5-5 μ. diam., tri-duodecim conglobatis, globis irregularibus. 2437

Hab. in ramulis aridis Eupatorii viburnoidis, Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller).

III. In foliis.

20. **Coniothecium quercinum** Sacc. Syll. I. p. 79. — Conidiis varie conglomeratis septatisque, crassiuscule tunicatis, fuligineis, loculis singulis angulosis 6-10 μ diam., maculas minutas confluentesque atras formantibus. 2438

Hab. in pag. sup. foliorum Quercus pedunculatæ et Q. Ilicis in Italia boreali et Gallia. — Ab affini *C. phyllogeno* loculis conidiorum majoribus, angulosis recedit.

21. **Coniothecium phyllophilum** Desm. Plant. Crypt. 1845, p. 358. 2439
Hypophyllum atrum minutum lenne, maculæforme, conidiis sarcinaliformibus 4-cellularibus 10-12 μ. diam., fuligineis articulis gleboso-cuboideis, 4-5 μ. diam.

Hab. in foliis siccis Quercus Oxyacanthæ, Loniceræ in Gallia, Germania. — Primo obtulit *Sphærellum maculiformem* in mentem revocat.

22. **Coniothecium austriacum** Phiim. in Beit., Vork. Pilze I, p. 43. 2440
— Cæspitulis elongato-linearibus superficialibus, sæpe in vulneribus striæformibus resinaceis foliorum parasitans, nigricantibus in centro maculæ longo-ellipticæ, sordide brunneæ, distinctæ; mycelio paullulum evoluto, repente, brunneo; conidiis variis; cellulis subglobosis vel ovoideis vel compresso-oblongatis, simplicibus vel binis vel aggregatis, olivaceo-fuligineis, impellucidis, 5-6 μ. diam.

Hab. in foliis, quæ mox decidunt, Pini austriacæ in Austria.

23. **Coniothecium Tiliæ** Lasch in Rabenh. Herb. myc. n. 1170. Fres. 2441
Beitr. p. 103, t. XIII, fig. 19-24. — Effusum, atrum, conidiis in glomerulos varios junctis, gleboso-angulosis, majusculis, crassiuscule tunicatis fuligineis.

Hab. in foliis Tiliæ in Germania. — Habitus *Fumaginis.*

Coniothecium Questieri Desm. Plant. Crypt. 1857, p. 2. — Epi- 2442
phyllum, cæspitulis superficialibus, minutissimis, 25 μ. diam. numerosis, subsphæricis, gregariis, effusis, nigris, nitidis; conidiis 6-10 conglobatis, compresso-angulatis, subfuscis, semiopacis, 10 μ. diam.

Hab. in foliis languescentibus Corni sanguineæ in Gallia. — « An *Sarcinellæ* analogum? Cfr. Sacc. F. Ven. Ser. V, p. 211 ».

25. **Coniothecium Mac Owanii** Sacc. *C. punctiforme* Wint. Exot. Pilze 2443
II, p. 13. — Cæspitulis amphigenis, densissime stipatis, maculas magnas, rotundatas, atras, demum confluentes, sæpe totum folium obducentes et nigrificantes formantibus, punctiformibus, minutissimis, e stromatibus erumpentibus, pulvinatis fusco-atris; conidiis ovatis oblongisque, 1-pluriseptatis, varie glomeratis, sæpe cruciatim vel stellatim concrescentibus, fuscis, 12-18 = 5.

Hab. in foliis vivis Proteæ grandifloræ ad pedem montis Taoularis, Prom. Bonæ Spei (Mac-Owan).

IV. In Monocotyledoneis, in charta etc.

26. **Coniothecium didymum** Dur. et Mont. Fl. Alg. I, p. 329, Mont. 2444
Syll. Crypt. n. 1108. — Acervulis, erumpentibus punctiformibus

minutis confertis: conidiis globosis simplicibus didymisque 10-15 μ. diam., filamentis (sporophoris) residuis immixtis interdum isthme concatenatis.

Hab. in foliis Agaves siccis circa Oran et Alger (Durieu). pr. Coimbra Lusitaniæ (Moller).

27. **Coniothecium donacinum** Sacc. Mich II. p. 125. — Effusum. superficiale, nigro-pulveraceum; conidiis varie coalitis singulis globulosis 6-7 μ. diam., sæpius septo dimidiatis, atro-fuligineis. 2445

Hab. in culmis putrescentibus Arundinis Donacis, Perpignan Galliæ (Roumeguère).

28. **Coniothecium seriale** Dur. et Mont. Fl. Alg. I. pag. 328. Mont. Syll. n. 1106. — Acervulis oblongis longitrorsum seriatis atris, epidermide primo tectis; conidiis globosis ovoideis vel angulosis circ. 18-20 μ. diam. fuscis. 2446

Hab. in culmis Arundinis mauritanicæ apud Alger (Durieu).

29. **Coniothecium helicoideum** Sacc. et Roum Mich. II. p. 642. — Punctiforme gregarium vel confluens, nigricans; conidiis polymorphis sed plerumque in corpus sphæricum vel hemisphæricum convolutis, 10-11 × 5, sæpe inter se conglutinatis, varie septatis, fuligineis. 2447

Hab. in foliis culmisque graminum in Arduennis (Libert).

30. **Coniothecium gramineum** Sacc. Rev. Myc. 1885. p. 224. — Effusum punctiforme v. confluens, atrum; conidiis ellipsoideis v. sarciniformibus. 7-8 μ. diam., 2-4-radiato-septatis, fuligineis. 2448

Hab. in culmis emortuis Secalis cultæ prope Toulouse in Gallia australi.

31. **Coniothecium charticolum** Fuck. Symb p. 351. — Acervulis minutissimis, atris, subconfluentibus; conidiis conglomeratis, globosis, fuscis. 2449

Hab. in charta putrescente in Rhenogovia, frequens.

Species inquirenda.

32. **Coniothecium capsularum** Grogn. in Roumeg. F. Gall. n. 41. — In capsulis Catalpæ syringæfoliæ. Perpignan Galliæ. 2450

DICTYOSPORIUM Corda Ic. fung. II. p. 87 (Etym. a *dictyon* rete et *spora*). — Conidia ovoidea v. cordiformia, veluti e catenulis articulorum parallele coalitis efformata, numquam fissilia, inutica.

1. **Dictyosporium elegans** Corda Ic. II. p. 87. f 29. — Emxylum; 2451

cæspitulis nigris, effusis: conidiis linguæformibus supra acutis vel rotundatis, rarius medio contractis, basi dein attenuatis vel cordatis, cellulis diaphanis, luteis, quinque-serialis, parietibus crassiusculis, fuscis vel nigris, 57-60 μ. longis.

Hab. in ligno putri quercino et Coniferarum in Gallia Britannia et Italia.

2. **Dictyosporium circinatum** Cooke et Harkn. in Grev. — Effusum, atro-fuliginosum, pulverulentum; conidiis subglobosis cordatisve 35 μ. diam., cellulosis, fuscis: cellulis 7-10, globoso-compressi, 10 μ diam, circinatis, ut in *Helicosporio Berkeleyi*; hyphis nullis. 2452

Hab. in Platano decorticata in California.

3. **Dictyosporium opacum** Cooke et Hark. in Grev. — Maculæforme, atrum: conidiis linguæformibus, applanatis, atro-fuligineis, subopacis, 50-60 = 35: cellulis serialis parallelisque, circiter 5 μ. diam. compositis, nunquam secedentibus. 2453

Hab. in culmis Typhæ latifoliæ in California Amer. bor.

SPEIRA Corda Ic. fung. I, p. 9 (Etym. *speira* spira). *Cattanea* Garov. *Symphragmidium* Str. *Botryosporium* Schw. (?), nec Alior. — Conidia clathrato-septata, fuliginea, ex catenulis articulorum denique secedentibus, muficis constantia, basi breve stipitata, vel subsessilia. — Sec. Peck 33 Rep. St. Mus. mycelium initio adest serpens, parce ramosum, continuum, subhyalinum, ex quo sporophora brevia conidia denique ferentia oriuntur.

1. **Speira toruloides** Corda Ic. I. f. 140, Penzig Fung. Agrum. n. 117. *Cattanea heptaspora* Garov. Rendic R. Ist. Lomb. 1875, p. 125. — Glomerulis irregularibus, brunneis: hyphis sterilibus obsoletis vel nullis: conidiis ovoideis articulorum seriebus longitudinalibus senis v. septenis conglutinatis dein relaxatis, 50-60 = 9, 7-septatis guttulatis, fuligineis, articulis singulis 8-9 μ. diam. 2454

Hab. in foliis, caulibus et lignis putrescentibus Pandani Citri, Pteridis etc. in Italia, Germania, Belgio, Britannia, Sibiria et Amer. bor.

2. **Speira effusa** (Peck) Sacc. *Symphragmidium effusum* Peck 33 Rep. St. Mus. 127, t. I. f. 6-10. — Effusa, stratum densum, velutinum, atrum efformans: conidiis moniliformibus, coloratis, sæpe sursum pallidioribus, in series ternas v. plures concatenatis: catenulis basi conjunctis, pedicello insidentibus 40-75 = 5-7,5. 2455

Hab. in ligno putri Aceris, Verona Amer. bor. — Conidia

tota 12-27 lata. — «A S *toruloide* cæspitulis magis effusis et articulis conidiorum paullo angustioribus recedit An satis? ».

Speira cohærens Preuss F Hoyersw. n. 268. — Cæspitulis nigris confluentibus · strato inferiori stromatico: conidiis fasciculatim apice cohærentibus. nigris: articulis concatenatis quadrangularibus pellucidis sæpe guttulis oloosis repletis. 2456

Hab in lignis putridis arborum frondosarum. Hoyerswerda.

Speira minor Sacc F. it t. 905. et Mich. II. p. 559. — Cæspitulis minutis atris. glomerulosis: conidiis totis oblongo-ellipsoideis 20-22 = 10. hyphopodio brevi fultis. e catenulis quaterno quinis, arcte conjunctis subdecem-articulatis. fuligineis constantibus 2457

Hab in ligno quercino et Magnoliæ putrescente in silva Montello et in America boreali.

5 **Speira punctulata** C. et E in Grevillea. — Punctiformis. atra; cæspitulis minimis rumpentibus: conidiis subellipticis applanati cellulis quadriseriatis. fuscis. 25-30 = 15-18. 2458

Hab. in Vaccinio. New Jersey Amer. bor. — Var. **latebrosa** Bizz. in Fung. ven nov. vel crit. pag 6: punctiformis. atra. demum effusa. superficialis: conidiis subelliplicis. applanatis 30-32 = 22-24. e catenulis quadriserialis. rarius quinqueserialis. arcte conjunctis 5-7-articulatis. fuscis. formatis · articulis 1-guttulatis 8-9 μ. diam.. apicalibus subinde globulo hyalino 9.5 μ. diam. donatis. In parte interiori culmi putrescentis Arundinis Donacis in horte botanico patavino.

6. **Speira oblonga** Fuck. Symb p. 349 t. 1. fig. 6. — Effusa. atra; articulis globosis. fuscis concatenatis. in glomerulos oblongos. obtusos. substipitatos congestis 2459

Hab. in ligno putri Salicis triandræ. Hattenheim Rhenogoviæ

7 **Speira cistina** Thüm. Contr. Fl. Myc Lus I p 4 — Maculas effusas tenuissimas. velutino-nigras. irregulares efformans articulis compresso-globosis concatenatis v. plerumque in glomerulos plus minusve clavatos et difficile separabiles congestis. fuscis sæpe crasse 1-nucleatis 5.5-6.5. 2460

Hab. ad ramulos emortuos vel subvivos Cisti ladaniferi prope Coimbra Lusitaniæ (Mesnier).

8. **Speira Kummeri** (Strauss) Sacc *Symphragmidium Kummeri* Strauss in Sturm's D. C. F. III. 34. 9. — Punctiformis nigra cæspitulis parvis. sparsis superficialibus conidiis ovoideis basi pedunculo brevi præditis in series termas aut plures dispositis 2461

catenulis basi conjunctis et cuticula (α?») demum evanescente obvolutis, fuligineis.

Hab. in lignis putrescentibus in Germania.

Speira erumpens (Schw.) Sacc. *Bourgosporium erumpens* Schw. Syn. Fung. Amer. bor. n. 3080. — Cæspitulis erumpentibus, minutis, copiosis, subconfluentibus, aterrimis; conidiis in series binas aut plures ordinatis, pedicello pellucido septato præditis, atris, compresso-globosis, minutis. 2462

Hab. in epidermide Euphorbiæ et Dianthi. Bethlehem Amer. bor.

TETRAPLOA Berk. et Br. Ann. N. Hist. n. 457 (Etym. a *tetraploos* quadruplus). — Conidia ovoideo-oblonga, murali-divisa apice cornicula ornata fuliginea. Mycelium obsoletum.

1. **Tetraploa aristata** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 457, tab. IX. 6. Sacc. Fung. it. tab. 697. — Cæspitulis effusis, olivaceo-nigris; conidiis oblongis, biseptato-muriformibus, ochraceo-fuligineis, guttulatis, 30 = 22, apice in cornicula quaterna, 60-90 = 4 pluriseptata subdivergentia concoloria abeuntibus. 2463

Hab. in caulibus herbaceis nec-non in culmis agraminum in Britannia, Italia et Cuba. — Cornicula inter se subæquilonga; sporophora obsoleta.

2. **Tetraploa scabra** Harkn. Bull. Acad. Calif. III, p. 162 (1885). — Cæspitulis effusis, parvis, olivaceo-nigris; conidiis brunneis ovatis papillatisque, cornicula septata, late divergentia sæpe longitudinem conidiorum æquantia gerentibus, 30-50 μ longis. 2464

Hab. in Serpo. San Francisco Californiæ.

3. **Tetraploa Ellisii** Cooke in Grev. — Effusa, atra; conidis ternatis vel quaternatis, obclavatis, septatis, superne liberis, divergentibus, attenuatis. 2465

Hab. in culmo senescente Maydis. New Jersey Amer. bor. — A *T. aristata* cæspitulis latioribus, magnitudine majori ac fabrica conidiorum recedit.

SIRODESMIUM De Not. Micr. ital. Dec. V, p. 16 (Etym. *seira* catena et *desma* ligamen). *Sporodesmium* et *Septonema* Auct. ex parte. — Conidia ovato-oblonga, clathrato-septata, sæpe asperula, isthmis interpositis brevissimis subinde obsoletis, in catenulas digesta. Sporophora brevia v. brevissima e mycelio repente parco oriunda.

1. **Sirodesmium granulosum** De Not. Mier. ital. Dec. V. p. 16. fig. X. Sacc. F. it. t. 916. — Acervulis pulvinato-disciformibus, nigris, subpulvereis, gregariis; conidiis catenulatis, tereti-oblongis, extus granuloso-murriculatis, 28-48 = 10-15, muriformi-3-4-5-septatis, olivaceo-fuligineis per isthmos brevissimos connexis; sporophoris erectis brevibus e mycelio repente filiformi oriundis. 2466

Hab. in trabibus, palis abietinis, quercinis etc. in Italia bor., Tirolia, Gallia.

2. **Sirodesmium antiquum** Sacc. Mich. II. pag. 362. F. ital. t. 917. *Sir. granulosum* Sacc. Mich. II. 290, nec De Not. — Cæspitulis gregariis, atris; conidiis fasciculatis teretiusculis utrinque rotundatis, catenulatis et interdum ramoso-catenulatis, 100-150 = 24, lense clathratoseptatis, extus leviusculis, fuligineis, sporophoris brevissimis et angustis, concoloribus suffultis. 2467

Hab. in digno Oleæ europææ. Torregue Ital. bor. — Affine *Sporodesmio antiquo* Corda, a quo statim dignoscitur conidiis concatenatis. Sed *Spor. antiquum* Corda Icon. III. fig. 11 huc. saltem p. p. spectat.

3. **Sirodesmium compositum** (Berk. et Rav.) Sacc. *Sporidesmium compositum* B. et R. North Amer. Fungi n. 525. — Late effusum, nigerrimum; conidiis compactis irregularibus subglobosis vel oblongis minute cribroso-cellulosis concatenatis; mycelio filamenoso parco moniliformi. 2468

Hab. in ligno udo putri Catalpæ cordifoliæ, Quercus in America bor. frequens.

4. **Sirodesmium translucens** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium translucens* Cooke in Grevillea. — Effusum, fuligineum, tenue; conidiis rectis, simplicibus vel furcatis, cylindricis, hinc illinc leniter contrictis, multi-cellulosis, pallide fuligineis, subdiaphanis, 100-150 = 20-25. 2469

Hab. in truncis pineis, Aiken in Carolina.

5. **Sirodesmium ellipticum** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium ellipticum* Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 562. — Atrum, circa pustulas *Diatrypes* situm; conidiis ellipticis, truncatis, multi-cellulosis, leniter constrictis, atris, quandoque 2-3 concatenatis, 50-30. 2470

Hab. circum circa pustulas Diatrypes disciformis ad ramos Magnoliæ in Carolina australi (Ravenel).

6. **Sirodesmium breviarticulatum** (B. et C.) Sacc. *Septonema breviarticulatum* B. et C. Cub. Fungi n. 576. — Effusum, tenue; conidiis seu articulis brevibus doliformibus septo transverso et verticali divisis, 25 μ. longis. 2471

Hab. in caule emortuo Diptericis (*Congo Bean*) in insula Cuba. — Conidia, secedendo, utrinque protrudunt apiculum.

7 **Sicodesmium curtum** (B. et C.) Sacc. *Septonema curtum* B. et C. Cuban Fungi n. 577. — Punctiforme; catenulis pulvinatis torulosis, conidiis seu articulis tumidulis, constrictis, demum cruciato-divisis, 25 μ. longis. 2472

Hab. in petiolis Diptericis (*Congo Bean*) in insula Cuba.

8. **Sirodesmium herbarum** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium herbarum* Cooke in Grevillea et in Rav. F. Amer. n. 2941. — Atrum, effusum, indetermnatum; conidiis sessilibus, elongato-ellipticis, cellulosis, quandoque concatenatis, atris 30 = 15. 2473

Hab. in caulibus Solani Lycopersici in Carolina (Ravenel). — Articuli conidiorum satis ampli.

9. **Sirodesmium Fumago** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium fumago* Cooke in Rav. Amer. Fung. n. 563 561 et in Grevillea. — Epiphyllum atrum, effusum, indeterminatum; hyphis repentibus, nodulosis; conidiis subellipticis, angulatis difformibusque, cellulosis, quandoque 3-4 concatenatis, ad basim breviter stipitatis, atro-fuscis, 20 = 15 2474

Hab. in foliis Cratægi Piri, Helianthi, Evonym in Carolina inferiore Amer. bor. — Var. **umbrinum** Cooke Grevill 1881, p. 85 umbrino-brunneum, ceterum non differt, in ramulis et foliis Arctostaphyli in California. Teste Cooke, forte status *Capnodii*.

10. **Sirodesmium stictophyllum** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium punctiphyllum* Cooke Rav. Fung. Amer. n 159 et in Grevillea. — Hypophyllum; pustulis punctiformibus, atris; conidiis ovatis, simplicibus, catenatis, cellulosis, brunneis, 20-30 = 12-18. 2475

Hab in pagina inferiore foliorum Magnoliæ, Aiken in Carolina inferiore Amer. bor.

11. **Sirodesmium culmigenum** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium culmigenum* Cooke in Rav. Amer. Fungi n 561. — Atrum, effusum, indeterminatum; conidiis breviter stipitatis, elliptico-globosis angularibusque, concatenatis, cellulosis, atro fuscis, 30 = 20. 2476

Hab. in culmo Sorghi in Carolina (Ravenel). — Conidia minus opaca quam in *Sporodesmio polymorpho*, et ampliora quam in *Sp. melanopode*, ceterum et concatenata.

12. **Sirodesmium solidum** (B. et C.) Sacc. *Septonema solidum* B. et C. Cuban Fungi n. 575. — Nigerrimum, effusum, fragilissimum; conidiis transversim longitudinaliterque septatis hic illic contractis, subinde furcato-catenatis 2477

Hab. in petiolis Palmarum in insula Cuba. Conidia transverse 4-5-septata.

STEMPHYLIUM Wallr. Fl. crypt. p. 300 (Etym. *stemphyla* vinacea v. acini nvæ) *Ulocladium* Pr. *Scutisporium* Pr., *Soredospora* Corda. *Epochniella* Sacc., *Cometella* Schw. — Hyphæ decumbentes ramoso-intricatæ, hyalinæ v. fuligineæ. Conidia in ramulis acrogena ovoidea v. subglobosa 2 pluriseptato muriformia, fuliginea.

Stemphylium macrosporoideum (B. et Br.) Sacc. *Epochnium macrosporoideum* Berk. et Br. Ann. N. H. n. 131 t. VIII f. 14. — Effusum, tenue, cinereo atrum, hyphis tenuibus effusis inæqualiter ramosis, subinde rectangulariter anastomosantibus, conidiis subgloboso-moriformibus, cruciato- vel radiato-partitis, 12-18 μ diam., initio achrois, dein brunneis. 2478

Hab. in ramis emortuis Ribis, King's Cliffe Britanniæ et Aceris, New Jersey Amer. bor. — Var. **quercinum** Sacc. Cfr. Mich. II. p. 290. F. ital. t. 935: effusum cinereo-nigrum tomentellum, hyphis repentibus filiformibus continuis hyalinis, varie intricatis ramosisque; conidiis in ramulis (non inflatis) acrogenis, globosis 13-16 μ. diam., varie, sed plerumque cruciato-septatis (sarciniformibus) ad septa constrictis, fuligineo-olivaceis. In Ligno Quercus Padova et in silva Montello Italiæ bor.

2. **Stemphylium inflatum** Sacc. Mich. II. p. 290. F. ital. t. 937. *Stemphylium botryosum* Mycol. Ven. 180 (p. parte in Rhamnum). — Acervulis subsuperficialibus, gregarius, atris, minutis; hyphis filiformibus intricatis, tenui-ramulosis, plerumque continuis, hyalinis; conidiis ex apice ramulorum inflato hyalino orbiculatis, globoso-ellipsoideis basi subtruncatis apice rotundatis, 15-18 μ, 12-14 septis plerumque duobus transversis duobusque longitudinalibus divisis, ad septa leniter constrictis, olivaceo fuligineis, initio hyalinis, clathrato guttulatis. 2479

Hab. in ramis corticatis emortuis Rhamni cathartici, Selva Treviso) Ital. bor.

3. **Stemphylium soredosporum** (Pr.) Sacc. *Scutisporium soredosporum* Preuss F. Hoyersw. n. 41. — Mycelio effuso candido oculo nudo non conspicuo, hyphis repentibus ramosis ramulisve intricatis, septatis albis; conidiis in ramulis seu apicibus hypharum conglobato-innatis, cellulose-compositis scutiformibus, diaphanis dilute-fuscis, cellulis subrotundatis æqualibus, nucleo intus guttula magna repleto. 2480

Hab. in ligno Pini. Hoyerswerda.

4. **Stemphylium glaucum** (C. et H.) Sacc. *Epochnium glaucum* Cooke et Harkn. in Grevillea. — Pulvinatum vel breviter effusum, molle glaucum vel cæsioglaucum: hyphis renuibus, repentibus, ramulosis, hyalinis: conidiis subquadratis subglobosis vel subpiriformibus 10-15 = 10, loculis 4 μ. diam, cellulis 4-8 (plerumque 4) compositis, atro-fuscis. 2481

Hab. in ligno Quercus et Umbellulariæ in California.

5. **Stemphylium sphærospermum** (Pr.) Sacc. *Scutisporium sphærospermum* Preuss F. Hoyersw. n. 42. — Mycelio effuso primum cæsio cerino dein ferrugineo, hyphis irregulariter ramosis, sulphureo-fuscis; conidiis rotundatis in ramulis seu apicibus hypharum innatis, celluloso-compositis, primo subalbis dein atro-fuscis, episporio verrucoso: nucleo repleto 2482

Hab. in ligno Alni. Hoyerswerda

6. **Stemphylium paradoxum** (Corda) Fuck. Symb. pag. 356. *Sporodesmium paradoxum* Corda Icon. II, p. 6 t. VIII. f. 28. *Cometella paradoxa* Rabenh. in Kl. H. M. n. 1474. — Cæspitulis minutissimis, atris, libere innatis vel erumpentibus, dein diffluentibus; conidiis crebris obovatis dense reticulato-cellulosis olivaceo-fuscis; hyphis noduloso-septatis, albis ramosis suffultis 2483

Hab. in corticibus vetustis Betulæ albæ. Prag Bohemiæ et prope Mappen Germaniæ.

7. **Stemphylium? Magnusianum** Sacc. Mich. I. p. 132. F. ital. t. 934. — Cæspitulis applanatis maculiformibus, indeterminatis, compactiusculis, fusco-rufescentibus: hyphis filiformibus repentibus vage ramosis, continuis, e hyalino lutescentibus: conidiis subglobosis, 20-30 μ. diam., e cellulis pluribus reticulato-contextis, amæne rufescentibus. 2484

Hab. in superficie corticis ramorum Alni viridis in Sonders-Thal bei Geschnitz in Tirolia (P. Magnus). — A ceteris generis speciebus vegetatione, habitu et hyphis paululum desciscit, sed cum quo alio genere jungerem, nescio.

8. **Stemphylium atrum** (Pr.) Sacc. *Ulocladium atrum* Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 75. — Cæspitulis dilatatis, atris; hyphis ramosissimis, flexuosis, septatis, diaphanis, fuscis; acervulis conidiorum confertis, atris apicibus hypharum innatis, dein decedentibus; conidiis subrotundis cellulosis, episporio hyalino scabroso, hilo instructo, nucleo celluloso. 2485

Hab. in ligno putrido Betulæ albæ, Hoyerswerda.

9. **Stemphylium piriforme** Bon. Handb. pag. 83. fig. 74 (non Corda), Sacc. Mich. II. p. 290, F. ital. t. 936. — Caespitulis subsparsis, atris; hyphis varie ramosis, subrepentibus, septulatis, fuligineis; conidiis in ramulis acrogenis, obpiriformibus vel varie ovoideis 25-30 = 12-15, atro-fuligineis, 3-4-septato-muriformibus, ad septa leniter constrictis. 2486

Hab. in ramulis putrescentibus in Guestphalia et Italia bor.

10. **Stemphylium pulchrum** (Berk.) Sacc. *Mystrosporium pulchrum* Berk. Dec. n. 68 t. II. fig. 9. — Effusum olivaceum; hyphis albis rugosis furcatis trifidisque; aliis tenuibus fertilibus; conidiis oblongis pluri-septato clathratis, submoniliformibus, scabriusculis, atris. 2487

Hab. in ligno putri, socio Merulio lacrymante, Swan River Australiæ (Drummond).

11. **Stemphylium botryoideum** (Cooke) Sacc. *Epochnium botryoideum* Cooke in Grevill. — Tenue effusum, atrum, indeterminatum; hyphis repentibus, septatis, ramosis, fuscis; conidiis subellipticis 40 = 15, ex cellulis plurimis globosis compositis fuscis. 2488

Hab. in truncis in Carolina et Georgia Amer. bor.

12. **Stemphylium ericoctonum** A. Br. et de Bary Krankh. d. Pflanz. p. 18, t. II. fig. 1, 24. — Tenuissimum, arachnoideum, phyllocladogenum; hyphis repentibus parce ramosis, continuis, 2-2.5 μ. cr. initio hyalinis, dein flavidis; conidiis pleurogenis brevissime stipitatis, ellipsoideo-inæqualibus, obtusiusculis, plerumque 4-6-septato-muriformibus, ad septa constrictis, 20-28 = 14, articulis circ 4-6 μ. diam. 2489

Hab. in foliis Ericæ Vilmoreanæ aliarumque cultarum in calidariis, Berlin et Schöneberg Germaniæ. — Folia mycete invasa et mox plantæ integræ rufescunt, arescunt et pereunt.

13. **Stemphylium quadratum** (Cooke) Sacc. *Epochnium quadratum* Cooke in Grevillea et Rav. A. F. n. 773. — Hypophyllum ex maculis indeterminatis atris oriundum; hyphis repentibus, ramosis, nodulosis, fuscis; conidiis quadratis, ex cellulis quatuor globosis compositis 20 μ. diam.; loculis seu cellulis 10 μ. diam. 2490

Hab. in foliis Fraxini, Darien in Georgia Amer. bor.

14. **Stemphylium phyllogenum** (K. et C.) Sacc. *Epochnium phyllogenum* Kalch. et Cooke in Grevill. 1880, p. 73. — Effusum epiphyllum; hyphis repentibus, hyalinis, ramosis; ramulis assurgentibus, rectis; conidiis terminalibus, globoso-ovatis, cellulosis, fuligineis 25 = 20 2491

Hab. in foliis vivis. Natal in Africa orient.

15. **Stemphylium sphæropodium** Bon. in Hedwigia 1864. pag. 74. — Epiphyllum, cæspitibus laxe effusis depressis; hyphis brevibus continuis nigris apice subacutatis: conidiis trilocularibus, piriformibus demum impressis, basi cellula globosa suffultis. 2492

Hab. in foliis in Guestphalia. — «An verum *Stemphylium?*».

16. **Stemphylium graminis** (Corda) Bon. Hand. p. 83. *Soredospora graminis* Corda Ic. I. p. 12. t. III. f. 173. — Mycelio effuso solubili, fusco, nitido fere papyraceo: hyphis ramosissimis intertextis, articulatis, moniliformibus, ochraceo-fuscis, diaphanis: cæspitulis conidiorum plus minus confertis, irregularibus, inæqualibus, atrofuscis, subimpellucidis, apicibus hypharum heterogenearum moniliformium innatis, dein deciduis.

Hab. in foliis emortuis graminum ad Badeteich prope Reicheuberg Bohemiæ.

17. **Stemphylium botryosum** Wallr. Fl. cr. n. 1942. — Hyphis articulato-nodulosis abbreviatis erectis in fasciculos distincios pulvinatos gregatimque excurrentes junctis, fragilibus: conidio ovato subangulato longitudinaliter transversimque septato, veluti concamerato laxe apponso opaco nigro majusculo terminatis. 2494

Hab. ad caules exsiccatos in hortis, in strues congestos e. g. Asparagorum in Germania. — Var. **Ulocladium** (Preuss) *Ulocladium Botrytis* Pr. F. Hoversw. n. 37 et in Sturm D. C. Fl. t. 42: mycelio effuso lato, hyphis ramosissimis, flexuosis, fusco-diaphanis septatis: acervulis conidiorum confertis atro-fuscis, primo pellucidis, tum impellucidis, apicibus innatis dein deciduis: conidiis polymorphis oblongis, 3-5-septato-muriformibus, septis longit. 1-2 seriatis, apiculo basilari instructis. In lignis Quercuum, in calidariis sub testis floralibus. Hoyerswerda. — Var. **domesticum** Sacc. Cfr. F. ital. t. 933: hyphis vage ramosis, parce septatis, hyalinis; conidiis obovatis 3-septato-muriformibus, septis long. 1-seriatis fuligineis. In charta et tela in Italia bor. et Gallia.

18. **Stemphylium verruculosum** (Zimm.) Sacc. *Macrosporium verruculosum* Zimm. Org. d. Eier p. 46. t. I. f. 6. — Cæspitulis maculas obscure olivaceas expansas formantibus: hyphis circ. 22 μ crass., flexuosis, hyalinis ramosis, ramulis brevioribus vel longioribus: conidiis obovoideis vel ellipsoideis, 2-3-septato-muriformibus 17-22 = 11-14, brunneis, statu maturo impellucidis, verruculosis, septis longit. 1-seriatis. 2495

Hab. in ovis gallinaceis putrescentibus in Germania.

* **S. asperulum** Sacc. F. ital. I 932 Mich I. p 376 effusum. hyphis ramosis repentibus subcontinuis hyalinis; conidiis subglobosis 15-18 μ. diam., 2-3-septatis nec non longitrorsum divisis. sub asperulis. violaceo fuscis. In stercore humano socio *Piloboli* etc.. Newfield N. J. Amer bor (Ellis). — Distinctum videtur sed unica vice observare contigit

19. **Stemphylium lanuginosum** Bar Hyph p. 45. t III. f. 1. — Effusum bombycinum albidum · hyphis repentibus. crassiusculis. densse septatis ramosis hyalinis, conidiis ramulis acrogenis ellipsoideis vel ovoideis. 3-4-septato-muriformibus. non constrictis. ochraceis. dein atro brunneis. 30 = 21. 2496

Hab. in favo apiario udo sub campana vitrea servato Wien Austriæ

20. **Stemphylium Alternariæ** (Cooke) Sacc. *Sporidesmium Alternariæ* Cooke Handb n. 1440 *Sporidesmium polymorphum* var. *chartarum* Cooke Exs n. 329. — Cæspitulis irregularibus, dendriticis. nitentibus. brunneis. mycelio repente. profuso. filiformi. hyalino. ramoso. hinc inde septato conidiis irregularibus ovalis subpiriformibus vel cylindraceis. uni- pluri-septatis. brunneis 2497

Hab in charta murali uda in Britannia. — Cfr. cum *Sporodesmio chartarum* B. et C.

21. **Stemphylium amœnum** Oud. in Hedw. 1883. n. 4. — Effusum carneo-fuscescens hyphis decumbentibus late ramosis subtilibus septatis erectis brevibus. septatis. ambabus omnis coloris expertibus. conidiis ex apice hypharum erectarum oriundis sphæricis. superficie lævi indistincte polygona. maximis 45 μ. diam. attingentibus pluries et in varias directiones septatis ideoque muriformibus. carneo-fuscescentibus. 2498

Hab. in charta putrescente, in pane secalino aliusque cibis corruptis Amsterdam Hollandiæ. — Ab omnibus affinibus pedunculo scilicet coloris experte gaudentibus differt conidiorum colore, forma sphærica. dimensione etc.

MACROSPORIUM Fr. Syst. Myc III. p. 373 (Etym. *macros* longus. magnus et *spora*). — Hyphæ sublasciculatæ mollissculæ. erectæ v. adscendentes, subsimplices v. ramosæ. coloratæ. apice v. prope apicem conidia oblonga v. clavata murali divisa. fusca ferentes. — Species fere ut in *Cladosporio*. notis acutis et certis ægre limitandæ et plures verisimiliter unius potius formæ. quam species. Disposu

secundum matrices, at quum sint hi fungilli potius vagabundi, in pluribus sectionibus quærantur.

1. Species pantogenæ (in matricibus pluribus).

1. **Macrosporium commune** Rabh. Fungi Eur. n. 1360. Sacc. F. ital. t. 1207. — Cæspitulis dense gregaris, numerosis, brunneis; hyphis fasciculatis, subsimplicibus, adscendentibus, septatis, ad septa haud constrictis, brunneis, 80-90 = 4-6; conidiis forma et magnitudine variis obovatis, oblongis, clavatis-deorsum tenuatis, 3-5-septatis septis transversalibus, obliquis vel longitudinalibus, colore olivaceo, episporio subinde parce granuloso, 18-28 = 9-12. 2499

Hab. in foliis, caulibus, ramis, floribus, fructibus putrescentibus Syringæ, Cassiæ, Chenopodii, Helianthi, Asparagi, Yuccæ, Nicotianæ, Citri, Pruni, Sterculiæ, Castaneæ, Rhois, Betæ, Capsici, Phytolaccæ etc. in tota Europa et America boreali. — Var. circinans B. et C.: maculis foliorum pallidis; cæspitulis circinantibus. In foliis Brassicæ in Amer. bor. — Var. **echinellum** B. et C. punctiforme: hyphis radiantibus; conidiis angustis. In foliis Platani occidentalis in Amer. bor. — Status conidicus *Pleosporæ herbarum*.

2. **Macrosporium Sarcinula** Berk. Ann. Nat. Hist. 125, t. 8, f. 10. — Stratis effusis albis, olivaceo-atris; hyphis suberectis, delicatis, fugacibus, parce ramosis; conidiis clavatis demum cuboideo-sarciniformibus clathrato-septatis, constrictis, magnitudine variis, initio flavidis dein olivaceo-fuscis. 2500

Hab. in Cucurbita putrescente nec non in foliis siccis Avenæ sativæ in Britannia, Belgio, America boreali. — Septa longit. in conidiis cuboideis 2-3-seriata et totidem transversa.

3. **Macrosporium cladosporioides** Desm. Plant. Crypt. 1857, p. 3 et XXIV. p. 3. — Maculis magnis, fulvis irregularibus; cæspitulis numerosis, minutis, rotundatis, olivaceo-obscuris velutinis; hyphis erectis, simplicibus, nodulosis, septatis, semihyalinis, fasciculatim conjunctis, 150-200 = 5; conidiis subpellucidis, quandoque torulosis, inæqualibus 2-3- vel usque 10-septatis, ovoideis, oblongis vel elongatis, clavæformibus infra attenuatis subpedicellatis, 15-75 μ. long. 2501

Hab. in foliis languescentibus Betæ vulgaris, Lactucæ, Phytolaccæ, Lappæ, Alliii in Gallia, Britannia, Belgio, America boreali. — «Conidia non videntur murali-divisa; an ergo hujus loci?».

4. **Macrosporium heteronemum** (Desm.) Sacc. *Septonema heterone-* 2502

mum Desm. XXII. Nor. p. 4 — Amphigenum: maculis sparsis, rufo-albis irregularibus, sæpius confluentibus; hyphis erectis, septatis, dimorphis, in fasciculos minutos distinctos congestis, quandoque conidiophoris, abbreviatis, nodulosis, 50 = 5, fuscis, quandoque simplicissimis, elongatis subflexuosis, albo hyalinis, supra obtusis infra attenuatis 150-200 μ. longis; conidiis magnis pedicellatis, oblongo-clavatis, fuscis, 3-7-septato-cellulosis 50-60 μ. longis; pedicellis hyalinis.

Hab. in foliis languescentibus vel emortuis Sagittariæ sagittifoliæ in Gallia, Britannia et Belgio. — Var. **pantophæum** Sacc. Cfr. Mich. II. p. 291. F. ital. tab. 855: hyphis fertilibus fasciculatis filiformibus, septulatis, apice incrassatulis, olivaceis, 60-80 = 5 sterilibus circumcirca vage repentibus, elongatis, ramosis concoloribus: conidiis clavatis, deorsum conspicue attenuatis, 5-8-murali-septatis, 40-80 = 20-25, fuligineis. In epicarpio Cucurbitæ putri. Padova Ital. bor.

Macrosporium fasciculatum C. et E. in Grevillea, VI. p. 6. t. 96, f. 30. — Effusum atrum; hyphis fasciculatis, simplicibus multiseptatis: conidiis clavatis, 5-septatis parceque muriformibus, torulosis, brunneis, deorsum attenuatis, 50 = 12-13. 2503

Hab. in foliis Ilicis, in leguminibus Pisi, in caule Jatrophæ Janiphæ in America boreali.

Macrosporium trichellum Arc. et Sacc. F. it. t. 353. *Stemphylium trichellum* Arc. et Sacc. Erb. critt. ital. Ser. II. n. 698. — Cæspitulis in areis foliorum arescentibus dealbatis, minutis, vermiculariæformibus; hyphis fasciculatis, cylindricis, 80-90 = 4, septulatis, fuligineis; conidiis acrogenis, obovatis, 30-35 = 18-4-5 septato-muriformibus, fuligineis, ad septa constrictis. 2504

Hab. in pag. sup. foliorum Evonymi japonici. Firenze Ital. centr., Hederæ Helicis Rouen Galliæ. — Var. **caulicolum** Sacc. Cfr. Penz. F. Mortol. n. 55. hyphis paullo brevioribus, 35-50 = 4-5, apice crassiusculis; conidiis 33-35 = 16-18. In caulibus emortuis Euphorbiæ biglandulosæ. La Mortola Ital. bor.

II. In caulibus et foliis herbarum.

Macrosporium Cheiranthi (Lib.) Fr. S. M. III. pag. 374. *Helminthosporium Cheiranthi* Libert in Desm. Crypt. n. 213. — Hyphis erectis simplicibus pellucidis subnodosis septatis; conidiis copiosissimis maximis piriformibus, ovato-clavatis basi producta appensis, septis transversis pluribus longitudinalibusque interstinctis velut 2505

celluloso-reticulatis. extus torulosis hypha duplo crassioribus, areas ffusas nigro-olivaceas præstantibus.

Hab ad folia et siliquas Cheiranthi annui. C Cheiri Drabæ etc languescentia in Germania. Italia Gallia. Belgio Sibiria — Vix diversum a *M. communi.*

8 **Macrosporium Brassicæ** Berk in Sm Engl Fl V p. 339. Cooke Black Moulds t. XXVI f. 21. — Hyphis obsoletis: conidiis clavatis antennæformibus. 5-11-septatis sporophoro sublongioribus 50 60 = 12-14. 2506

Hab. in foliis nec non caulibus et siliquis dejectis Brassicæ. King's Cliffe Britanniæ. in Belgio. Lusitania. Sibiria Gallia. America boreali.

9. **Macrosporium herculeum** Ell. et Mart Amer Nat. 1882. p. 1003. — Amphigenum maculis sordide griseis. rotundatis. hyphis erectis. cæspitosis flexuosis brunneis. pacce septatis 70-80 = 5: conidiis brunneis clavatis multiseptatis septis parcis longitudinalibus instructis. 200-225 = 21-26. 2507

Hab in foliis Nasturtii Armoraciæ. Newfield. N. J. Amer bor

10 **Macrosporium Malvæ** Thüm. Pilze v. Bayreuth. — Hyphis erectis. septatis subramosis: conidiis maximis. longipedicellatis. erectis. piriformibus septatis. ad septa constrictis. griseis. 58 = 17. 2508

Hab. in foliis putridis Malvæ neglectæ. Bayreuth Bavaria.

11. **Macrosporium gossypinum** Thum. in Herb mycol. œconom. n 513. — Hyphis continuis subramosis breviarticulatis tandem subtumidis. griseo-fuscis: conidiis late-clavatis. brevipedicellatis. pedicello articulato 6-8-septatis. ad septa leniter constrictis. vertice rotundato. basi in pedicellum angustatum. fuscis. 36-40 = 14-16. 2509

Hab. in caulibus emortuis Gossypii herbacei. Aken Carolinæ austr (H W. Ravenel).

12 **Macrosporium hibiscinum** Thüm. Myc. univ. n 979. — Acervulis magnis. late effusis. velutinis subinquinantibus. tennibus obscure olivaceo-fuscis hyphis sublongis. plus minus erectis. ramosis. subæqualibus. longe articqlatis. minime flexuosis. fuscis. conidiis longe clavatis. 8 14 septatis ad septa constrictis. vertice rotundatis. basi in pedicellum longum. curvulum angustatis. griseo fuscis. subdiaphanis. 60-80 = 16-20 (cum pedicello): pedicellis sursum incrassatis. pallidioribus. 2510

Hab. ad caules emortuos Hibisci esculenti. Aiken Carol. austr. (H. W. Ravenel)

13 **Macrosporium spadiceum** Thum. Fungi Amer. in Rev. Myc. — 2511
Caules late et homogenee obducens: acervulis densissime gregariis, cinereis, tenuissimis: hyphis brevissimis subflexuosis ramosis, inæqualibus, interdum articulatis, fuscis: conidiis clavatis vel longe ellipticis, brevipedicellatis, multi-septatis, ad septa maxime constrictis: loculis fere hemisphæricis, spadiceis, 40 = 16–18 (cum pedicello).

Hab ad caules emortuos Hibisci esculenti, Aiken Amerbor. (H. W. Ravenel).

14 **Macrosporium ramulosum** Sacc. F. ital. t. 854. *Stemphylium ramulosum* Sacc. Mich. I. p. 360. — Effusum, velutinum, atrum: hyphis ascendentibus, filiformibus, elatis, ½ mm. altis, 10–13 μ crassis, deorsum leniter incrassatis apice simpliciter vel repetite breve-ramulosis, ubique crebre articulatis, intense fuligineis, articulis 2-guttatis: conidiis ex apice hypharum oriundis, oblongis v. obpiriformibus, 35–50 = 18, 5–7-septato-muriformibus, cribrose guttulatis, fuligineis. 2512

Hab. in caule putrescente Apii Petroselini prope Alençon in Gallia (C. C. Gillet).

15 **Macrosporium atro virescens** Sp. Fungi Arg. Pug. III, n. 154. — Pulvinulis densis, velutinis, atro-olivaceis magnitudine maxime ludentibus: hyphis simplicibus rectis v. flexuosis, crebre septulatis, sursum noduloso-denticulatis 100–115 = 5: conidiis ellipticis 6–7-septatis, ad 3 septa majora constrictis, pluries verticaliter septatis 50–60 = 15–18, olivaceis, sursum obtusis, deorsum sæpe abrupte pedicellato-attenuatis. 2513

Hab. in caulibus dejectis Ammi Visnagæ in paludosis de la Boca del Riachuelo Argentinæ.

16 **Macrosporium Smyrnii** Crouan Fl. Finist. p. 11. — Hyphis sordide viridibus, 1–2 mm. altis, septatis simplicibus, sæpe apice bi-tri furcatis, articulis diametro duplo longioribus: conidiis magnis ellipticis, merenchymaticis, ad apicem hypharum sitis, flaveolis. 2514

Hab. in caulibus emortuis Smyrnii Olusatri, Finistère Galliæ.

17 **Macrosporium erumpens** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 605. Grev. XII. p. 32. — Maculæforme, atrum: cæspitibus erumpentibus: hyphis abbreviatis flexuosis, fuligineis: conidiis obtuse clavatis, merenchymaticis, 70–17, concoloribus: stipite abbreviato. 2515

Hab in caulibus Dahliæ in Carolina austr. (Ravenel). — Fasciculi minuti ex macula lata atra erumpentes.

18 **Macrosporium inquinans** C. et E. in Grev. — Effusum, atrum, velutinum; hyphis brevibus, simplicibus; conidiis fuligineis clavatis, inæqualiter divisis, profunde constrictis 40–50 = 15–20 cellulis subglobosis. 2516

Hab. in caule Lactucæ, New Jersey Amer. bor.

19. **Macrosporium atrichum** C. et E. in Grevillea. — Tenue effusum, griseum; hyphis obsoletis; conidiis ovatis vel ellipticis, 2–3-septatis, hinc illinc divisis, læte-brunneis, 20–30 = 10–15. 2517

Hab. in caulibus Lactucæ New Jersey Amer. bor.

20. **Macrosporium asclepiadeum** Cooke in Grevillea. — Atrum, velutinum, effusum, indeterminatum; hyphis gracilibus, elongatis, septatis, plerumque simplicibus, fuscis; conidiis clavatis, longe stipitatis, 5–7-septatis, hinc illinc loculis divisis, pallide fuligineis, 60–70 = 10 (sine stipite). 2518

Hab. in caulibus et foliis Asclepiadis amplexicaulis in Carolina austr. (Ravenel).

21. **Macrosporium Boucerosiæ** Dur. et Mont. Fl. Alg., I, p. 359. — Hyphis cæspitulosis, simplicibus erectis subrigidis, breviter articulatis atris; conidiis erectis, ex ovoideo cum pedicello hyalino subseptato gracili piriformibus, concoloribus, 4–5-septato-muriformibus, 50–60 = 15. 2519

Hab. ad epidermidem levigatam Boucerosiæ Munbyanæ, in jugis montium des Zibans, in Algeria (Guyon).

22. **Macrosporium phomoides** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 206. — Cæspitibus primo phomæformibus vel punctiformibus, subfirmis subepidermicisve demum subeffusis, laxis, minutis, pulvereis, opace nigro-griseis; hyphis longis flexuosis, pauciramosis fuligineis crassis, multi- et breviarticulatis; articulis subinflatulis; conidiis longe clavatis vertice rotundatis, basi angustatis, transverse 3–4 septatis longitrorsum 1–septatis, ad septa subconstrictis, subpellucidis, fuligineis, pedicellatis, 28 = 11–12. 2520

Hab. in caulibus subputridis Datiscæ cannabinæ, Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller).

23. **Macrosporium compactum** Cooke F. Texas p. 142. — Atrum, in crustam compactam effusum; hyphis fasciculatis, brunneis, septatis, simplicibus; conidiis ovalibus, obtusis, cellulosis, fuligineis, 20–30 = 12–14. 2521

Hab. in caulibus Ricini prope Houston Texas Americæ borealis (Ravenel).

24. **Macrosporium caudatum** C. et E. in Grevillea tab. 99, f. 14. — 2522

Effusum, atrum, tenue; hyphis flexuosis, sparsis, nodulosis; conidiis clavatis, multiseptatis, pallide brunneis in stipitem elongatum tenuem, hyalinum desinentibus, 50-70 = 20-25.

Hab. in caule Phytolaccæ et Lactucæ, New Jersey Americæ borealis.

25. **Macrosporium abruptum** C. et E. in Grev. t. 96. f. 35. — Effusum, atrum; hyphis elongatis, flexuosis, pluriseptatis; conidiis demum subquadratis, muriformibus, subopacis, 30 = 25. 2523

Hab. in caule Phytolaccæ, New Jersey Amer. bor.

26. **Macrosporium concentricum** Winter in Hedw. 1881, p. 191. — Cæspitulis dense sparsis, tenuissimis, in macula medio exarida, pallida, late viridi-fusco-marginata et pluribus lineis, concentrice dispositis, circumdata, amphigenis; hyphis fasciculatis, erectis, torulosis, pallide fuscis, remote septatis, ad septa constrictis, simplicibus, 50-70 = 5 ad basim 7; conidiis elongato-clavatis, in apicem cylindricum attenuatis, pallide fuscis, muriformi-septatis, magnitudine valde varia, 35-100 = 15-18. 2524

Hab. in foliis vivis Phytolaccæ decandræ, Choupal pr. Coimbra Lusitaniæ (Moller).

27. **Macrosporium nobile** Vize in Grevillea et in Cooke Black Moulds tab. 26. f. 20. — Hyphis fasciculatis, brevibus, erectis, septatis, brunneis, simplicibus, cæspitulosis, circiter æque latis ac conidiis; conidiis majusculis, subpiriformibus aut irregularibus, 4-10-septatis, inæqualiter septis 2-6 verticalibus partitis, brunneis, ad septa constrictis, 60-80 = 40. 2525

Hab. in foliis caulibusque emortuis Dianthi, Forden Britanniæ.

28. **Macrosporium Saponariæ** Peck Rep. of the St. Mus. N. Y. — Maculis aridis suborbicularibus; hyphis brevibus, validis, septatis, obtusis, coloratis; conidiis oblongo-clavatis, brunneis vel olivaceo-brunneis, 5-10-septatis, 50-80 μ. longis pedicellis brevibus concoloribus. 2526

Hab. in foliis emortuis Saponariæ officinalis, Greenbush Amer. bor. — Conidia sæpius hyphâ longiora.

29. **Macrosporium Meliloti** Peck 33 Rep. St. Mus. 28. — Maculis irregularibus, terminalibus vel marginalibus, brunneo-atris; hyphis brevibus, coloratis, septatis plerumque flexuosis; conidiis subellipticis vel clavatis, plerumque apiculo conico brevi basi præditis, 3-5-septatis, septis longitudinalibus parcis, coloratis, 25-50 μ. longis. 2527

Hab. in foliis vivis Meliloti, Newburgh Amer. bor.

30. **Macrosporium Goniolimonis** Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 480. — Cæspitibus maximis, amphigenis, irregularibus, longitudinaliter vix erumpentibus protuberantibusve, atro-fuligineis in macula fusca folii vulnerati; hyphis numerosis, simplicibus, longis, flexuoso-contortis, multi-et breve articulatis, inæquilateralibus, fusco-griseis, 6 μ. crass.; conidiis valde variabilibus, statu juniore ovoideis ellipsoideisve, uni-quadriseptatis, statu provecto clavulatis, transverse et longitudinaliter pluri-septatis, ad septa constrictulis, griseo-fuligineis, 36-48 ≃ 14-20. 2528

Hab. ad folia viva Goniolimonis speciosi in desertis pr. Minussinsk Sibiriæ.

31. **Macrosporium Solani** Ell. et Mart. Amer. Nat. 1882, p. 1003. — Hyphis brunneis, erectis, aliquando curvulis, cæspitosis, septatis, 50-70 ≃ 3-4,5; conidiis brunneis, oblongo-obovatis, apiculatis pluri-septato-muriformibus deorsum apiculo hyalino, superne septato, auctis; conidiis (incl. apiculo) 100-140 ≃ 15-18. 2529

Hab. in foliis emortuis Solani tuberosi, Newfield, N. J. Amer. bor.

32. **Macrosporium Cookei** Sacc. *Macrosporium Solani* Cooke in Grevillea XII, p. 32 (1883), nec Ell. — Epiphyllum; maculis determinatis, pallidis, ellipticis, irregularibus confluentibusve, circinato-striatis; hyphis brevibus vel obsoletis; conidiis clavatis, longe stipitatis, 4-6-septatis, pallide fulvis, 60-70 ≃ 10 (sine stipite). 2530

Hab. in foliis Solani Lycopersici et Daturæ Stramonii, in Carolina austr. (Ravenel). — Conidiis *M. asclepiadeo* simile, habitu vero alienum.

33. **Macrosporium Lorentzianum** Thüm. F. Entrerian. I, n. 31. — Cæspitibus maximis late effusis, confluentibus, maculas sæpe 20-25 cm. latas formantibus, pulveraceis, subinquinantibus, crassiusculis, non limitatis, cinereo-atris; hyphis erectis paucis tenuissimis interdum articulatis, pauci-ramosis, rectis, fuscis; conidiis clavatis vertice dilatato-rotundatis, basi angustatis, 4-7-septatis, ad septa constrictis, breve-pedicellatis, obscure fuscis, magnitudine variis 24-40 ≃ 6-15; pedicellis caducis, brevissimis, 5-7 μ. longis. 2531

Hab. in herbis (?), Concepcion del Uruguay.

III. In ligno, ramis foliisque arborum.

34. **Macrosporium leptotrichum** C. et E. in Grevillea. — Tenue effusum, griseum; hyphis gracilibus, flexuosis, nodulosis, deorsum 2532

atro-brunneis, sursum subhyalinis; conidiis clavatis, multi-septatis, 50 = 15, brevi-pedicellatis.

Hab. in ligno pineo, New Jersey Amer. bor.

35. **Macrosporium septosporum** (Pr.) Rabenh. Bot. Zeit. 1851. p. 454. 2533
Helminthosporium septosporum Preuss F. Hoyersw. n. 58. — Acervulis effusis, atris; hyphis simplicibus ramosisve, flexuosis, septatis, pellucidis fuscis, apice sporidiferis; conidiis rotundis oblongisve, cellulosis, raro simpliciter septatis, atro-fuscis.

Hab. in assere ligneo Pini. Hoyerswerda.

36. **Macrosporium bifurcum** (Fres.) Sacc. *Septosporium bifurcum* 2534
Fres. Beitr. p. 48, t. VI, fig. 1-8. — Effusum, atrum; hyphis ascendentibus, brevi-ramulosis, septatis, fuscis, ramulis sæpe furcatis; conidiis obovatis, 3-5-septato-muriformibus, ad septa leniter constrictis, 20-36 μ. longis, olivaceo-fuligineis.

Hab. in assere terra humida dejecto, sociis algis in Germania.

37. **Macrosporium nigrellum** C. et E. in Grevillea. — Late effusum, 2535
atrum, velutinum; hyphis septatis, flexuosis, brunneis, supra pallidioribus; conidiis clavatis, brunneis, multiseptatis 60 = 18-20, septis longitudinalibus singulo vel binis.

Hab. in cortice interiore arborum, New Jersey Amer. bor.

38. **Macrosporium concinnum** B. et Br. Ann. N. H. n. 235, t. XII, 2536
f. 21. — Maculis pulverulentis, velutinis, nigris; hyphis flexuosis, articulatis, minutis, brunneis, sursum pellucidis et subinde 1-ramulosis; conidiis obovatis, pedicellatis, plerumque triseptatis muriformibusque, demum oblongis.

Hab. in viminibus salicinis decorticatis cistarum vetustarum in Britannia et Belgio.

39. **Macrosporium torulosum** Pass. in Erb. critt. ital. Ser. II, n. 999. — 2537
Hypodermeum, atrum, epidermidem longitrorsus lacerans, dein stratosum; conidiis magnis, toruloso-muriformibus, sessilibus forma admodum varia, interdum simpliciter septatis.

Hab. in ramis gelu tactis Fici Caricæ, Parma Ital. bor.

40. **Macrosporium punctiforme** Berk. Dec. Fung. n. 90. in Hook. 2538
Lond. Journ. Vol. IV, p. 309. t. 12, f. 1. — Cæspitulis minutis, sparsis, punctiformibus atris; conidiis obovatis initio continuis dein 2-3-septato-muriformibus atris; hyphis simplicibus, obtusis, subflexuosis, parce septatis.

Hab. in truncis emortuis Rubi occidentalis prope Cincinnati, Ohio Amer. bor. (Lea).

41. **Macrosporium rosarium** Penz. F. Agrum. n. 131 et in F. ital. 2539

1208. — Cæspitulis dense aggregatis, numerosis, brunneis; hyphis fasciculatis, simplicibus, adscendentibus, septatis, 52-90 ≈ 5-9, brunneis, articulis piriformibus, inflatis; conidiis acrogenis, forma et magnitudine variis, sarciniformibus, multiseptatis, ad sepimenta plus minusve constrictis, episporio crasso, granuloso-echinulato, ex olivaceo nigrescentibus, 25-36 ≈ 18-25.

Hab. in maculis aridis foliorum Citri Limonum, S. Terenzo Ital. bor. (Gibelli).

42. **Macrosporium Catalpæ** Ell. et Mart. Nat. Amer. 1882, p. 1003. 2540
— Maculis brunneis; hyphis brunneis, curvatis, nodulosis, 8-12-septatis, erectis, amphigenis, 90-135 ≈ 6; conidiis brunneis, obovatis vel piriformibus, submuriformibus, 27-54 ≈ 15-27.

Hab. in foliis brunneo-maculatis Catalpæ bignonioidis prope Bethlehem Amer. bor.

43. **Macrosporium Baptisiæ** Thüm. Myc. Univ. n. 1271. — Cæspitibus numerosis, magnis, effusis, indefinitis, amphigenis, laxis, plus minusve orbiculatis, nigris; hyphis erectis, pauciramosis, subcrassis, inæqualibus, breviarticulatis, fuscis; conidiis maturis piri- vel claviformibus, utrinque angustatis, multiseptatis, ad septa leniter constrictis, vertice acutatis, griseo-fuscis, 45 ≈ 16, impellucidis; conidiis immaturis non vel uni-triseptatis, pallidioribus mixtis. 2541

Hab. in foliis dejectis subputridis Baptisiæ perfoliatæ, Aiken in Carolina austr. Amer. bor. (Ravenel).

44. **Macrosporium antennæforme** B. et C. North Amer. Fungi n. 642. 2542
— Hyphis brevibus, modo apice acutis, modo subdilatatis fertilibusque; conidiis torulosis elongatis deorsum attenuatis pluri-(12-18)-septatis, septis verticalibus paucis.

Hab. in foliis Celtidis, Alabama Amer. bor. — Conidia subinde bina angulis hypharum apici inserta.

45. **Macrosporium subglobosum** Cooke et Rav. in Grevillea. — Effusum, olivaceum; hyphis paucis, repentibus, nodulosis; conidiis subglobosis vel subpiriformibus, muriformibus, olivaceo-fuscis, 20-30 ≈ 20. 2543

Hab. in foliis quercinis, Aiken in Carolina infer. (Ravenel). — Affine *M. Sarcinulæ*.

46. **Macrosporium Pirorum** Cooke in Grevillea. — Effusum, atrum, indeterminatum; hyphis subfasciculatis, erectis, flexuosis, parce septatis, fuscis; conidiis clavatis, stipitatis, superne rotundatis v. apiculatis, multi-septatis, fuscis, 50-100 ≈ 10-15. 2544

Hab. in foliis Piri in Carolina australi (Ravenel).

47. **Macrosporium stilbosporoideum** B. et C. North Amer. Fungi n. 643. — Mycelio repente; hyphis fertilibus brevissimis, quandoque obsoletis; conidiis obovatis 3-septato-fenestratis, 25-33 ≃ 16-20 basi apiculatis. 2545

Hab. in foliis Cratægi, Alabama Amer. bor. (Beaumont).

48. **Macrosporium Martindalei** Ellis et Mart. Amer. Nat. 1884, p. 189. — Hypophyllum; maculis pallidis, orbicularibus, $^1/_2$-$^3/_4$ cm. latis; hyphis erumpentibus, cæspitosis, geniculatis, multiseptatis, 50-80 ≃ 5; conidiis primo triseptatis, demum muriformibus, sordide brunneis, 35-50 ≃ 18-22; pedicello 20-50 μ. longo, sæpe obsoleto. 2546

Hab. in foliis vivis Magnoliæ glaucæ in Florida Americæ borealis.

49. **Macrosporium Nerii** Cooke in Grevillea. — Effusum, atrum, velutinum; hyphis repentibus, dichotomis; ramulis assurgentibus; conidiis clavatis, stipitatis, multicellulosis, fuligineis, 80 ≃ 15. 2547

Hab. in foliis Nerii Oleandri, Darien, Georgia Amer. bor.

IV. Species fructicolæ.

50. **Macrosporium Lagenariæ** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 444. — Cæspitulis tenuibus, laxis, velutinis, inquinantibus detergibilibusve, aterrimis; hyphis brevibus, fasciculatis, simplicibus, nodulosis, septatis, griseis, apice subdilatatis; conidiis clavatis, vertice rotundato-dilatatis, basi in pedicellum angustatis, octo-duodecimseptatis, ad septa paullum constricis, griseo-fuscidulis, 24-40 ≃ 10-20. 2548

Hab. in epicarpio emortuo Lagenariæ vulgaris, sociâ *Phoma Lagenariæ* Thüm., Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller).

51. **Macrosporium peponicolum** Rabh. in Sitzungsber. naturf. Ges. Isis zu Dresden. 1867, p. 101. tab. VI, Fungi europæi n. 1285 (non vidi). 2549

Hab. in Cucurbitæ Peponis epicarpio subemortuo, Dresden Germaniæ et Zombaria prope Coimbra Lusitaniæ.

52. **Macrosporium nitens** (Fres.) Sacc. *Septosporium nitens* Fres. Beiträge zur Mykologie p. 24, t. III, fig. 30-35. — Effusum, atrovirens; hyphis subfasciculatis, simplicibus vel parce ramosis, septatis, brunneo-olivaceis; conidiis e globoso ellipsoideis, 20-35 μ. longis, 2-3-septato-muriformibus, ad septa leniter constrictis, brunneo-olivaceis, plerumque acrogenis. 2550

Hab. in Cucurbita putrescente in Germania.

53. **Macrosporium rutæcolum** Thüm. Contr. Funghi Litor. n. 18, t. I. f. 28. — Cæspitulis gregariis, elavatis, prominulis, conicis, nigris, mediis in macula nigra; hyphis erectis, raro ramosis, brevibus, septatis, tenuibus, fuscis; conidiis late clavatis, vertice subacutato, basi angustato-pedicellatis, multiseptatis, obscure griseo-fuscis, 35–40 = 20; pedicello brevissimo. 2551

Hab. in fructibus maturis Rutæ graveolentis, Gorizia.

54. **Macrosporium Tomato** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 603 et in Grevillea XII, p. 32. — Orbiculare atrum; hyphis abbreviatis, robustis, flexuosis, septatis; conidiis clavatis, superne leniter attenuatis, deorsum vix stipitatis, merenchymaticis, fuscis, 100–120 = 20–22. 2552

Hab. in fructibus Lycopersici maturis in Carolina australi (Ravenel).

55. **Macrosporium Floridanum** Cooke in Grevillea. — Effusum, fuligineum; hyphis elongatis, tenuibus, nodulosis, septatis; conidiis clavatis, demum ovalibus, cellulosis, brunneis, cellulis ultimis pallidioribus, 30 = 15. 2553

Hab. in leguminibus Glotidii Floridani, Gainesville Floridæ.

56. **Macrosporium Coluteæ** Thüm. Contr. funghi Litor. n. 16, t. I. fig. 32. — Cæspitibus tenuibus, dense gregariis, minutis, maculas irregulares, magnas, delicatulas, atras formantibus; hyphis tenuibus, multiarticulatis, ad septa leniter constrictis, simplicibus, suberectis, fuscis; conidiis clavatis, pedicellatis, pedicello brevi, vertice rotundato, 5–12-septatis, ad septa non constrictis, 30–45 = 12–18, griseo-fuscis; pedicellis pallidioribus. 2554

Hab. ad legumina arida, sed adhuc pendula Coluteæ arborescentis, socio *Cladosporio herbarum*, Gorizia.

57. **Macrosporium leguminum** Cooke in Grevillea. — Tenue effusum, fuligineum; hyphis brevibus, paucis, nodulosis; conidiis elongato-ellipticis, cellulosis, brunneis, 50 = 15; pedicellis hyalinis, tenuibus, secedentibus. 2555

Hab. in leguminibus Cassiæ occidentalis, Aiken in Carolina inferiore (Ravenel).

58. **Macrosporium cassiæcolum** Thüm. Myc. univ. n. 1270. — Cæspitibus late effusis, plus minusve legumina omnino occupantibus, confluentibus, laxis, tenuibus, nigro-olivaceis; hyphis longis, ramulosis, erectis, breviarticulatis, subrectis vel subarcuatis tenuibus, fuscis; conidiis clavatis, vertice dilatato-rotundatis, basi angusta- 2556

tis, pluriseptatis, ad septa leniter constrictis, brevi-pedicellatis, dilute fuscis. 30 ≃ 12-16.

Hab. in leguminibus aridis Cassiæ occidentalis, Aiken in Carolina austr. Amer. bor. (H. W. Ravenel).

59. **Macrosporium Uvarum** Thüm. Weinst. p. 3. — Cæspitulis parvis, gregariis vel etiam confluentibus, subvelutinis ex atro griseo-viridibus: mycelio repente, tenui; hyphis curvulato-erectis, brevibus, simplicibus, eximie brevi-articulatis, subflexuosis, subinæqualibus, olivaceis, tenuibus; conidiis diversissimis aut bicellularibus, medio constrictis aut longe ellipsoideis, utrinque truncato-rotundatis, 5-vel 6-septatis aut multicellularibus, plus minusve globoso-clavatis, vertice rotundatis, ad septa leniter constrictis, 12-24 ≃ 6-9, olivaceis. 2557

Hab. ad acinos maturos vel submaturos Vitis viniferæ, quos exurit, Gorizia Istriæ.

60. **Macrosporium Amygdali** Thüm. Fungi Pom. p. 19. — Cæspitibus longe lateque effusis, hirsuto-pubescentibus, crassis, dense intricatis, fuscis, plagas formantibus vel fructus totos occupantibus; hyphis subbrevibus, interdum ramosis, tenuissimis, longe septatis, fuligineis; conidiis plus minus clavatis, vertice rotundato-dilatatis, basi angustatis, tri-vel decem-septatis, ad septa valde incrassatis, cellulis muriformibus transverse septatis, fuligineo-fuscis, vix diaphanis, magnitudine varia. 10-25 ≃ 5-12. 2558

Hab. in fructibus deciduis immaturis Amygdali communis, Vigheffio prope Parma Italiæ (Passerini).

V. In Monocotyledoneis et Acotyledoneis.

61. **Macrosporium culmorum** C. et Harkn. in Grev. 1880, p. 7. — Fuligineum, effusum, subcrustaceum; hyphis flexuosis, simplicibus furcatisve, fuscis; conidiis clavatis, 3-4-septatis, hinc illinc loculis divisis, 40-50 ≃ 18. 2559

Hab. in culmis Maydis in California.

62. **Macrosporium diversisporum** Thüm. Symb. myc. Austr. I, n. 3. — Cæspitulis amphigenis, tenuissimis, dilatatis, non limitatis, glaucis, velutinis; hyphis brevibus, tenuibus, nodosis, pauciseptatis, tumidulis, subramosis, griseo-fuscis; conidiis diversis, longo-ovatis, bi-triseptatis, ad septa non constrictis, 15-22 ≃ 9-12, vel oblongo-piriformibus, pedicellatis, 8-15-septatis, 38-60 ≃ 20, pedicellis 12 μ. long., coloris hypharum. 2560

Hab. in foliis languescentibus adhuc pendulis Zeæ Maydis in Austr. inf.

63. **Macrosporium Maydis** C. et E. in Grevill. — Tenuissime effusum; hyphis elongatis, gracilibus, subnodulosis, 150-200 μ. longis, supra hyalinis; conidiis clavatis, pallide brunneis, multiseptatis, 60-80 ≃ 20. 2561

Hab. in foliis Zeæ Maydis, New Jersey Amer. bor.

64. **Macrosporium heterosporum** Desm. XX, Not. Plant. crypt. 1852, p. 4. — Cæspitulis effusis, velutinis, olivaceo-obscuris, dein subnigris; hyphis nodulosis, septatis, pallide fuscis, fugacissimis; conidiis numerosis, inæqualibus, multiseptatis, rotundatis, ovoideis, oblongis vel piriformibus 40-50 ≃ 20-25; pedicello brevi subhyalino. 2562

Hab. in foliis emortuis Calamagrostidis arenariæ in Gallia. — « An conidia murali-divisa? ».

65. **Macrosporium Gynerii** Thüm. Contr. myc. Lusit. n. 205. — Cæspitibus amphigenis, tenuissimis, late effusis, laxis, confluentibus, sordide cinerescentibus; hyphis longissimis, subnodulosis, vix septatis, rectis, continuis, gracillimis, fuscis; conidiis late clavatis, vertice dilatato-rotundatis, basi in pedicellum brevem angustatis, 5-7-septatis, ad septa leniter constrictis, fuscis, 30 ≃ 15. 2563

Hab. ad vaginas foliaque emortua Gynerii argentei cerca de St. Bento pr. Coimbra Lusitaniæ (Moller).

66. **Macrosporium consors** (Thüm.) Sacc. *Mystrosporium consors* Thüm. Myc. univ. n. 1172. — Acervulis amphigenis, laxis, late effusis, gregariis, pulveraceis, atris; hyphis multiramosis, suberectis, subtortuosis, crassis, septatis, fuscis; conidiis plus minusve ellipsoideis, longitudinaliter transversaliterque pluriseptatis, ad septa constrictis, utrinque acutato-angustatis, brevipedicellatis, griseis, subdiaphanis, 30-38 ≃ 16-18; conidiis junioribus ovalibus, uni-triseptatis, pallidioribus. 2564

Hab. ad folia emortua adhuc pendula Gynerii argentei semper socio *Cladosporio herbarum*, Aiken in Carolina Amer. bor. (H. W. Ravenel).

67. **Macrosporium pinguedinis** Berk. Dec. n. 91, in Hook. Lond. Journ. vol. IV, p. 309, t. 12, f. 2. — Latissime effusum; hyphis tenuibus, erectis, simplicibus, septatis; conidiis lanceolatis, quandoque obovato-oblongis, pluriseptatis, septis longitudinalibus, parcis. 2565

Hab. in culmis et foliis graminum lætamine obvolutis, Cincinnati, Ohio Amer. bor. — Matricem longe lateque obducit.

68. **Macrosporium transversum** Peck 35 Rep. of the State Bot. p. 139. — Maculis pallidis, primo flavo-viridulis, demum albidis et 2566

siccis, quandoque brunneo-rufo-marginatis, zonas transversas in folio efformantibus; hyphis cæspitosis, subflexuosis, septatis, coloratis, 40-62 ≂ 4-5; conidiis terminalibus, oblongo-ovatis vel oblongo-clavatis, utrinque obtusis aut acuminatis aut subrostratis, 3-5-septatis, hinc inde septo longitudinali præditis, coloratis, 25-50 μ. long.

Hab. in foliis vivis Caricis strictæ, West Albany in America boreali.

69. **Macrosporium parasiticum** Thüm. Myc. univ. n. 667. — Maculas atras formans; hyphis abbreviatis breviarticulatis, ramosis, ramis brevibus, griseo-fuscis; conidiis oblongo-ovoideis vel ovoideo-rotundatis vel clavatis, 6-10-septatis, utrinque obtusis, 42-48 ≂ 10-16, fuscis. 2567

Hab. in foliis vivis vel languidis Allii Cæpæ, præcipue in Peronospora Schleideniana parasitans, Bayreuth Bavariæ.

70. **Macrosporium Porri** Ellis in Grevillea. — Effusum, fuliginosum; hyphis brevibus, simplicibus, subfasciculatis; conidiis elongato-clavatis, in stipitem attenuatis, multiseptatis, fuscis, 150-180 ≂ 15-20. 2568

Hab. in Allio Porro, New Jersey Amer. bor.

71. **Macrosporium punctatum** Kalch. et Cooke Grev. 1880, p. 23. — Effusum, griseum; cæspitulis sparsis, punctiformibus; hyphis fasciculatis, erectis, simplicibus; conidiis clavatis, 3-5-septatis, fuligineis, hinc illinc cellulâ unicâ longitudinaliter divisâ, 35-60 ≂ 10-15. 2569

Hab. in Allio Schœnopraso in Africa australi.

72. **Macrosporium vesicarium** (Wallr.) Sacc. *Helminthosporium vesicarium* Wallr. Fl. crypt. n. 1514. — Hyphis subsimplicibus pellucidis; articulis ovatis geniculato-interstinctis toruloso-moniliformibus; conidiis ovato-subglobosis utrinque obtusis maximis, inflatis, pellucidis, transversim longitudinaliterque disseptis veluti quadrilocularibus, grumulos fasciculatos sparsos nigro-virentes mentientibus. 2570

Hab. ad Allii sativi scapos siccos in Germania.

73. **Macrosporium bulbotrichum** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 604. — Effusum, fuscum, tenue; hyphis sparsis, abbreviatis, flexuosis, nodulosis, ad basim bulbosis, fuscis; conidiis clavatis, merenchymaticis, concoloribus, 50-60 ≂ 14-20. 2571

Hab. in Canna Indica in Carolina austr. (Ravenel).

74. **Macrosporium Ensetes** Thüm. Contr. Myc. Lusit. n. 207. — Cæspitibus epiphyllis, tenuissimis, effusis, laxis, atris, confluentibus, in- 2572

terruptis; hyphis brevibus, flexuoso-tortuosis et geniculatis, subramosis, longi-articulatis, fuligineo-fuscis, subdiaphanis; conidiis clavatis, vertice dilatato-rotundatis, basi valde angustatis, 8-12-cellularibus, ad septa constrictis, fuligineo-fuscidulis, 32-40 ≈ 18-24,

Hab. ad folia emortua Musæ Ensetes, Coimbra Lusitaniæ in horto botanico (Moller).

75. **Macrosporium Iridis** C. et E. in Grevillea. — Punctiforme vel tenue effusum; hyphis robustis, septatis, flexuosis; conidiis truncatis, multicellulosis, pallide brunneis, 30-35 ≈ 15-20, septis long. 1-2-seriatis. 2573

Hab. in foliis Iridis, New Jersey Amer. bor.

76. **Macrosporium Convallariæ** (Schum.) Fr. Syst. myc. III, p. 373, Bon. Handb. f. 135, c. *Puccinia Convallariæ* Schum. — Maculis byssaceis, indeterminatis, facile secedentibus, colore olivaceo; hyphis erectis fugacibus; conidiis obovatis deorsum pellucido-attenuatis olivaceo-nigris, septis longitudinalibus sæpius 1-2-serialibus; pedicello brevi pellucido. 2574

Hab. in foliis languidis Convallariæ multifloræ in Suecia, Germania etc.

77. **Macrosporium Cæspitulus** Cooke in Rav. Amer. Fungi, n. 609, et in Grevillea. — Erumpens, fasciculatum; hyphis in fasciculos densos congestis, flexuosis, septatis, fuscis; conidiis clavatis, breviter stipitatis, 5-7-septatis, hinc illinc transverse divisis, fuscis, 50-70 ≈ 15. 2575

Hab. in caulibus Asparagi in Carolina inf. Amer. bor.

78. **Macrosporium obtusum** Berk. Fl. New. Zeal. p. 198. — Conidiis brevibus clavatis pauci-(4-5)articulatis obtusis, 33-34 μ. longis, nucleis magnis sed septis genuinis longit. nullis; hyphis obsoletis. 2576

Hab. in ostiolis Hypoxyli tuberiformis in Nova Zelandia.

VI. In nidis, charta, tapetis.

79. **Macrosporium myrmecophilum** (Fres.) Sacc. *Septosporium myrmecophilum* Fres. Beitr. p. 49, t. VI, fig. 29-32. — Hyphis atris, sæpe fasciculatis, simplicibus v. parce ramosis, septatis ramis, ascendentibus; conidiis globosis vel ovoideis, parce clathrato-septatis, 13-20 μ. diam., fuligineis, initio (α ? ω) bilocularibus. 2577

Hab. in nidis e fibris pineis exstructis, quos obducit, Formicæ fuliginosæ in Germania. — Icon l. c. præbet, præter conidia subglobosa clathrata, quædam obovata, didyma, exacte ut in meo

Cladotricho microsporo. Adde quod cl. entomologus Gottfr. Adlerz nuper ad me misit e Suecia (Stockholm) nidos ejusdem Formicæ conspersos fungillo, quem pro forma *Cladotrichi* nunc memorati determinavi. An ergo conidia, quæ ut clathrata descripsit Fresenius heterogenea et adventicia? De curiosa, ut videtur, relatione fungilli myrmecophili jam late diffusi (Suecia, Helvetia, Germania, Italia?) cum ipsis Formicis tractabit cl. Adlerz.

80. **Macrosporium chartarum** Peck 25 Rep. p. 93. — Maculis indeterminatis, atris; hyphis longis, aggregatis, flexuosis, ramosis, coloratis; ramis late patentibus, angulum rectum facientibus, paullum nodulosis; conidiis subglobosis, ellipticis, obovatis, v. piriformibus, atris, nitentibus, 1-3-septatis, uno alterove septo longitudinali auctis, 15-25 *μ*. longis. 2578

Hab. in charta uda, Albany Amer. bor.

81. **Macrosporium consortiale** Thüm. Herb. mycol. œcon. n. 450. — Hyphis breviusculis, subramosis, tenuibus, brunneo-fuscis; conidiis clavatis, apice obtusis, vertice deplanatis, 3-8-septatis, ad septa lenissime constrictis, magnitudine varia, plerumque 22 = 12, atrofuscis. 2579

Hab. in tapeto vetusto diætæ humidæ, sociâ *Torulâ chartarum*, Bayreuth Bavariæ. — *Macrosporio Cheiranthi* Fr. affine.

MYSTROSPORIUM Corda Ic. fung. I, p. 12 (Etym. *mystros* cochlear). — Hyphæ fertiles simplices vel parce ramosæ, breviusculæ, septatæ typice fuscæ, rigidulæ. Conidia ellipsoidea, subglobosa vel oblonga, pluriseptato-muriformia, atra, subsolitarie acrogena. — A *Macrosporio* imprimis conidiis et hyphis rigidioribus obscurioribus differt, sed species ambiguæ adsunt.

I. *Eu-Mystrosporium*.

Conidia colorata.

1. **Mystrosporium Curtisii** B. North Amer. Fungi n. 644, *M. Spraguei* Cooke Black Mulds t. 26, fig. 17. — Mycelio decumbente; conidiis doliiformibus pluriseptatis verticaliter divisis; pedicellis hyalinis elongatis; hyphis fuscis acutis intermixtis. 2580

Hab. in ramis dejectis in Carolina inf. et New England Americæ borealis.

2. **Mystrosporium Cerasi** Schulz. et Sacc. Micr. Slav. n. 79, Schulz. Ill. fung. Slav. n. 572. — Effusum, atrum, velutinum; hyphis spo- 2581

rophoris erectis e mycelio repente ramuloso fuligineo oriundis, filiformibus continuis, simplicibus, fuligineis conidio subduplo longioribus; conidiis solitarie acrogenis, elliptico-fusoideis, 5-7-septato-muriformibus, 20-36 ≃ 10-18, ad septa non constrictis, rufo-fuligineis dein opacis.

Hab. in cortice Pruni Cerasi pr. Vinkovce. — *Mystrosporio Curtisii* affine, sed hyphæ in nostro continuæ videntur.

3. **Mystrosporium aterrimum** B. et C. Cooke Black Moulds t. 26, f. 18. 2582
— Hyphis fasciculatis obsolete septatis, fuscidulis; conidiis apicalibus oblongis, 3-4-septato-muriformibus, leniter constrictis, fuligineis, 22-24 ≃ 8-9.

Hab. in Celastro buxifolia in Amer. bor. — A *M. turbinato* differre dicitur conidiis angustioribus persistentibus, hyphis dense fasciculatis.

4. **Mystrosporium melanosporum** (B. et C.) Sacc. *Helminthosporium melanosporum* B. et C. North Amer. Fungi n. 636. — Hyphis gracilibus articulatis simplicibus; conidiis breviter fusiformibus multiseptatis; articulis verticaliter divisis. 2583

Hab. in ramis dejectis in Carolina austr. Amer. bor. — Adest forma hyphis continuis prædita, Boston Amer. bor. (Sprague).

5. **Mystrosporium canum** Preuss F. Hoyersw. n. 50. — Cæspitibus effusis indeterminatis canis; mycelio ramoso, repente, subseptato, albo; hyphis erectis concoloribus, simplicibus vel ramosis; conidiis solitariis oblongis rotundisve, fusco-atris pellucidis. 2584

Hab. in ligno Pini locis humidis dejectis, Hoyerswerda. — «An potius *Stemphylium?*».

6. **Mystrosporium turbinatum** Cooke et Hark. in Grevillea. — Effusum, velutinum, atrum; hyphis brevibus, tenuibus, subsimplicibus, septatis, plerumque sparsis; conidiis turbinatis, mox liberis, 3-5-septatis, superne rotundatis, obscurioribus, opacis, deorsum attenuatis, subhyalinis 25-28 ≃ 10. 2585

Hab. in ramis decorticatis Sequojæ in California.

7. **Mystrosporium dubium** Corda Ic. fung. I, pag. 12, fig. 174, *Stemphylium dubium* (Corda) Bon. — Cæspitulis tenuibus, effusis, indeterminatis, olivaceis; hyphis semipellucidis crebre septatis, erectis; conidiis oblongo-rhomboideis, planis, atris subimpellucidis 6-10-septato-clathratis. 2586

Hab. in ligno Pini putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

8. **Mystrosporium orbiculare** C. et Ell. in Grevillea. — Hypophyllum, orbiculare, atrum; conidiis clavatis, 5-7-septatis, hinc illinc lon- 2587

gitudinaliter divisis, fuligineis, 40 = 20, stipitibus septatis longe productis 10 μ. cr. suffultis.

Hab. in foliis Ilicis, New Jersey Amer. bor.

9. **Mystrosporium piriforme** Desm. XIV Not. pag. 13, Sacc. F. ital. t. 938. — Atrum, effusum, minutum; sporophoris teretibus parce septatis, 40-60 = 10, fuligineis, e basi stromatica cellulari fusca nascentibus; conidiis acrogenis obpiriformibus, 45 = 18, tri-quadri-septato-muriformibus, concoloribus. 2588

Hab. in foliis caulibusque emortuis Eryngii campestris in Gallia (Desmazières et Malbranche).

10. **Mystrosporium polytrichum** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 610, 611 et Grev. XII, p. 33. — Effusum, velutinum, atrum; hyphis fasciculatis, erectis, flexuosis, septatis, fuscis; conidiis terminalibus, clavatis, 4-7-septatis, merenchymaticis, concoloribus, 40-50 = 12-18. 2589

Hab. in caulibus Dahliæ, Solani Melongenæ, Hibisci esculenti, Cassiæ, Convolvuli, in foliis Gladioli, in fructibus Gossypii, Cassiæ, Phaseoli in America bor., in Aloë in Africa australi.

11. **Mystrosporium Stemphylium** Corda Ic. Fung. vol. II, pag. 13, t. X, f. 61. — Cæspitibus tenuibus late effusis atris; sporophoris brevibus, flexuosis, erectis, olivaceo-fuscis; conidiis obovatis, polymorphis, cellulosis, inæqualibus 35-40 μ. longis olivaceis, luteis vel fuscis, appendicula basilari pallidiore auctis. 2590

Hab. in caulibus et foliis Dahliæ et Malvæ in Bohemia, in ligno putri in Britannia.

12. **Mystrosporium atrichum** (Corda) Sacc. *Helminthosporium atrichum* Corda Icon. I, 13, t. III, f. 189. — Cæspitulis effusis, olivaceis; hyphis brevissimis, tenuibus, flexuosis, apice conidiophoris; conidiis subobovatis, apice rotundatis deorsum in stipitem breviorem sensim attenuatis, 5-7-septato-muriformibus. 2591

Hab. in caulibus herbarum prope Prag Bohemiæ, et Dianthi barbati in Belgio.

13. **Mystrosporium Alliorum** Berk. Gard. Chron. 1878, p. 192. — Sporophoris flexuosis articulatis; conidiis terminalibus vel subinde lateralibus oblongis, medio constrictis, subpiriformibus, multi-septato-muriformibus, septis interdum obliquis. 2592

Hab. in Alliis, Culver, Exeter Britannia.

II. *Mystrosporella* Sacc.
Conidia hyalina.

14. **Mystrosporium album** Preuss F. Hoyersw. n. 49. — Cæspitibus crassiusculis, effusis, tomentosis, cinereis; hyphis ramosis, erectis, septatis, albis; conidiis solitariis vel subacervatis, septatis cellulosisve hyalinis albis. 2593

Hab. in lignis Alni glutinosæ, Hoyerswerda.

COCCOSPORIUM Corda in Sturm D. C. Fl. t. 25, em. De Not. Comm. cr. I. p. 35 (Etym. *coccos* et *sporu*). — Hyphæ erectæ, rigidulæ, subsimplices, crebre articulatæ. Conidia pleurogena, sessilia, sphæroidea, reticulato-septata.

1. **Coccosporium maculiforme** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 25. — Cæspitibus effusis, velutinis, atris; hyphis erectis brevibus sæpe quadri-articulatis, fuscis; conidiis globosis atris, dense clathrato-septatis; gelatina lutea (α?). 2594

Hab. in ligno putri quercino in Bohemia.

2. **Coccosporium Unedonis** De Not. Comm. Crittog. I, p. 35, t. II, f. 5. — Mycelio ex hyphis repentibus, articulatis, implexis composito; hyphis erectis v. assurgentibus, 150–200 ≈ 3–4, densissime pulvinato-congestis, fragilibus, fuligineis, simplicibus v. intervallis inæqualibus vage remoteque ramosis, tota longitudine articulatis; articulis diametro æqualibus vel longioribus; conidiis ex hypharum latere oriundis, primum simplicibus, exiguis, rotundatis, adfixis dein sensim sensimque ampliatis multicellulosis, sphæroideis, rotundatis, obtusangulis polymorphis, sensim bullatis, cito deciduis, episporio fuligineo, demum prorsus opacis, 10–14 μ. diam. 2595

Hab. in cortice ramorum Arbuti Unedonis prope Genova et Pegli Ital. bor.

TRICHÆGUM Corda Icon. fung. I, p. 15 (Etym. *thrix* pilus et *aix* capra). — Hyphæ erectæ septatæ, stromati effuso celluloso innatæ. Conidia celluloso-muriformia, globulosa, colorata, prope basim (semper?) hypharum nascentia, conglobata.

1. **Trichægum atrum** Preuss F. Hoyersw. n. 53 et in Sturm D. C. Fl. t. 18. — Acervulis minutis et confluentibus, atris; hyphis erectis, subsimplicibus, rigidis, septatis fusco-atris, sub stromate pallido insertis; conidiis globosis vel oblongis, angulato-cellulosis, atris, subimpellucidis. 2596

Hab. in caulibus exsiccatis Dictamni albi in hortis Hoyerswerda, in caulibus Scrofulariæ (conidia 18-20 μ. diam.) in California (HARKNESS).

2. **Trichægum cladosporioides** Corda Ic. fung. I, p. 15, f. 218. — Acervulis minutis, vix conspicuis, olivaceis; hyphis erectis, simplicibus, rigidis, fuscis, stromati pallido insertis; conidiis (basilaribus?) globosis tenuiter clathrato-cellulosis, asperis, semipellucidis, nucleo atro opaco farctis. 2597

Hab. in caulibus plantarum Umbelliferarum putridis prope Prag Bohemiæ.

3. **Trichægum rhizospermum** Corda Ic. fung. I, p. 15, tab. IV, f. 217, *Stemphylium rhizospermum* (Corda) Bonord. — Acervulis minutissimis, punctiformibus, atro-fuscis; hyphis erectis flexuosis vel incurvis, olivaceo-fuscis, simplicibus, septatis; stromate luteo; conidiis rotundis vel oblongis, magnis, reticulato-cellulosis, asperis, atro-fuscis, subimpellucidis, dein germinantibus. 14-20 μ. diam. 2598

Hab. in ligno sicco Betulæ albæ pr. Reichenberg Bohemiæ.

4. **Trichægum opacum** C. et Hark. in Grev. 1880, p. 7. — Effusum, atrum; acervulis minutis; hyphis erectis, subflexuosis, simplicibus, atro-fuscis; conidiis subglobosis, angulato-cellulosis, atris, opacis, minute granulosis, 25 μ. d. 2599

Hab in ligno Aceris macrophylli in California.

5. **Trichægum culmorum** Cooke Grev. XII, p. 30. — Effusum, indeterminatum, atro-fuscum; hyphis fasciculatis, breviter septatis, simplicibus, fuscis; conidis subglobosis, radiato-septatis, atris, levibus 20 μ. d. ex articulis 5-6 constantibus. 2600

Hab. in culmis putridis in California (HARKNESS).

SEPTOSPORIUM Corda in Sturm D. C. Fl. t. 17 (Etym. *septum* et *spora*). — Hyphæ biformes, breviores conidiophoræ; longiores steriles. Conidia ovoidea v. piriformia, fusca, murali-septata. — Species quædam ad *Macrosporium* transeunt.

1. **Septosporium bulbotrichum** Corda Ic. fung. I, pag. 12, fig. 176, *Stemphylium bulbotrichum* (Corda) Bonord. — Cæspitulis effusis, tenuibus, fuscis; hyphis sterilibus simplicissimis, basi bulbosis, septatis, obtusis, infra fuscis, obscuris, supra lutescentibus, diaphanis; conidiis inter hyphas steriles pedicellatis, oblongo-clavatis, luteis, pedicellis septatis, attenuatis, bulbillis hypharum innatis, 35-36 μ. longis. 2601

Hab in ligno putrido Carpini etc. prope Reichenberg Bohemiæ, in Italia et Britannia.

2. **Septosporium velutinum** C. et E. in Grevillea pag. 33 t. 75, fig. 1, et Black Moulds tab. 26, fig. 16. — Effusum, velutinum, atrum; hyphis sterilibus erectis, simplicibus, septatis atro-brunneis, apice hyalinis; conidiis piriformibus magnis, 7-8-septatis, muriformibus, subopacis, breviter stipitatis, 50 ≈ 25. 2602

Hab. in ligno acerino, New Jersey Amer. bor.

3. **Septosporium instipitatum** Preuss F. Hoyersw. n. 51 et in Sturm D. C. Fl. t. 12. — Effusum, atrum; hyphis simplicibus curvatis, subnodosis, septatis, pellucidis, fuscis, albo-velatis; conidiis polymorphis, rotundis, angulatis, oblongisve, tumidis, irregularibus, 4-6-septato-muriformibus fuscis. 2603

Hab. in lignis Pini, Hoyerswerda. — « An *Macrosporium?* ».

4. **Septosporium prælongum** Sacc. in Grevillea t. 99, fig. 18. — Hyphis fasciculatis, filiformibus, prælongis, simplicibus vel furcatis, multiarticulatis, fuligineis, 400-500 ≈ 7-8, articulis guttulatis; conidiis ovato-oblongis 20-25 ≈ 12-14, 2-3-septatis muriformibusque, ad septa leniter constrictis, fuligineis. 2604

Hab. in sarmentis Rubi occidentalis, New Jersey Americæ borealis.

5. **Septosporium fuliginosum** Ellis Bull. Torr. Cl. 1882, p. 133. — Atrum, pubescens, corticolum; hyphis erectis, circ. $^1/_4$ mm. altis, simplicibus, septatis, nigris; conidiis clavatis, 75-80 ≈ 15, deorsum in stipitellum productis, pallide fuligineis. 2605

Hab. in truncis Corni floridæ, West Chester Pensylvaniæ.

6. **Septosporium scyphophorum** Cooke et Harkn. in Grev. 1881. p. 129. — Effusum, atrum; hyphis erectis, flexuosis, nodulosis, hinc illinc scyphæformibus; conidiis ellipticis, obtusissimis, merenchymaticis, atro-olivaceis, 20-40 ≈ 16-18. 2606

Hab. in cortice Eucalypti in California. — Hyphæ *Cladotrichi scyphophori* ad instar ampliatæ.

7. **Septosporium conjunctum** Preuss F. Hoyersw. n. 7. — Acervulis minutis, atris; hyphis erectis, arctis, subsimplicibus, flexuosis, septatis, fuscis, pellucidis; conidiis magnis, ovatis, longe pedicellatis; pedicellis heterogeneis, filiformibus, attenuatis. 2607

Hab. in ramulis Fraxini dejectis, Hoyerswerda.

8. **Septosporium maculatum** C. et E. in Grev. et Black Moulds t. 26, fig. 19. — Maculæforme, 20-25 mm. latum; hyphis erectis, fle[illegible]atis; conidiis clavatis, interdum apiculatis, 5-7-septa- 2608

tis, hinc illinc longitudinaliter divisis, brunneis, 30-40 μ. longis; pedicellis subhyalinis.

Hab. in cortice Magnoliæ glaucæ, New Jersey Amer. bor.

9. **Septosporium atrum** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 17 et Ic. Fung. I, pag. 12, fig. 175. — Acervulis tomentosis decolorantibus, atris, subeffusis; hyphis erectis subsimplicibus, flexuosis griseis, 2-3-septatis semipellucidis; conidiis magnis, pedicellatis, oblongis v. clavæformibus, glaucis, subpellucidis; apiculo (septo ultimo) albo, diaphano vel nullo; pedicellis filiformibus, hyphis lateraliter innatis albis pellucidis. 2609

Hab. in caulibus emortuis Umbelliferarum et foliis Asclepiadearum in Bohemia. — Cfr. cum *Macrosporio*.

DACTYLOSPORIUM Harz Hyph. p. 44 (Etym. *dactylos* digitus et *spora*). — Hyphæ erectæ, simplices. Conidia capitulum terminale efficientia, obovata, pluriseptato-muriformia, fusca.

1. **Dactylosporium macropus** (Corda) Harz Hyph. p. 45, *Mystrosporium macropus* Corda Ic. fung. III, p. 10, f. 27. — Cæspitibus minutis, atris, tomentosis; hyphis subflexuosis simplicissimis, elongatis, septatis, atro-fuscis; conidiis acrogenis 3-7-aggregato-capitatis, rarissime solitariis, obovatis, atris, nitidis, subimpellucidis, 5-6-septato-muriformibus. 2610

Hab. in asseribus putridis, Brezina Bohemiæ (Corda); in ligno putri Betulæ, Berlin Germaniæ (Harz.).

2. **Dactylosporium coronatum** (B. et C.) Sacc. *Helminthosporium coronatum* B. et C. Cub. Fungi n. 633. — Hyphis simplicibus apice tumidis, spiculiferis; conidiis e spiculis oriundis, ellipticis, transversim longitudinaliterque septatis, 25-10. 2611

Hab. in caulibus emortuis herbarum in insula Cuba.

ALTERNARIA Nees Syst. d. Pilze II, p. 72 (Etym. *alternus* ob conidia alterne crassiora et tenuata). — Hyphæ fasciculatæ, erectiusculæ, subsimplices, breves. Conidia clavato-lageniformia septato-muriformia per isthmos (conidiorum caudas) catenulatim digesta, mox vero secedentia. — *Polydesmi*, *Macrosporii* et *Clasterosporii* species nonnullæ obiter observatæ forte huc spectant.

1. **Alternaria tenuis** Nees Syst. p. 72, f. 68, Sacc. F. ital. t. 737. — Hyphis brevibus, septatis, subsimplicibus vel ramulosis, olivaceo-brunneis; conidiis superimpositis, lageniformibus, cito decidus, oli- 2612

váceis, dein brunneo-fuligineis, magnitudine et forma variis, 30-36 ≂ 14-15, 3-5-septato-muriformibus, ad septa constrictis.

Hab. in caulibus, foliis, ramulis, culmis in Germania, Italia, Gallia, Amer. bor. et probabiliter in toto orbe, nunc cum *Macrosporiis*, nunc cum *Sporodesmiis* verisimillime commutata. — Conidia rarius 3-4-rostellata et tunc catenulæ ramosæ. Cfr. Penz. F. Agrum. t. 1204.

2. **Alternaria Brassicæ** (Berk.?) Sacc. Mich. II, p. 172 et F. ital. t. 736, *Macrosporium Brassicæ* Berk.? — Hyphis brevibus continuis, brevissime ramulosis apice æqualibus, cæspitulosis; conidiis superimpositis cito deciduis, elongato-fusoideo-clavatis, 60-80 ≂ 14-18, initio continuis, tandem 6-8-septato-muralibus, olivaceis. 2613

Hab. in maculis aridis foliorum Brassicæ oleraceæ, Padova Ital. bor. Cfr. *Macrosporium Brassicæ*. — Var. **macrospora**. Cfr. Mich. II, p. 129: conidiis clavato-stipitatis, 120-140 ≂ 20-25, 6-8-septato-muriformibus, fuligineis. In foliis Brassicæ in Gallia. — Var. **Citri** Penz. F. Agrum. n. 128 et in F. ital. t. 1206: hyphis gregariis erectis, 1-2-septatis, fuligineis, subsimplicibus, apice clavatis, 32-36 ≂ 7-8; conidiis superimpositis, lageniformibus, elongatis, rostro brevi præditis, cito deciduis, ex olivaceo nigro-fuligineis, levibus, 60-70 ≂ 14-18, septis pluribus transversalibus, paucis longitudinalibus præditis. In petalis staminibusque Citri Aurantii in frigidariis, Strà, Padova Ital bor.

3. **Alternaria lanuginosa** (Harz) Sacc. *Mystrosporium lanuginosum* Harz Hyph. pag. 43, t. IV, fig. 3. — Olivaceo-atra, effusa, velutina; hyphis sterilibus repentibus; fertilibus erectis filiformibus ½ mm. altis, septatis, atris; conidiis globosis, subovoideis, polymorphis dense clathrato-septatis, atris, extus breve satulosis 40-60 ≂ 30-38, sæpius catenulatis, isthmis filiformibus brevibus variis. 2614

Hab. in ligno abietino putrescente in Germania.

4. **Alternaria hispidula** Ellis Bull. Torr. 1883, p. 52. — Cæspitulis olivaceis, helotioideis; fasciculis ex hyphis densis, ramosis, minute rugulosis constantibus; conidiis ovato-ellipsoideis, 3-4-septatis, asperulis, 12-20 ≂ 8-12, in catenulas digestis; isthmis 15-20 μ. longis. 2615

Hab. in caulibus Saliviæ? (sage-brush) Utah Americæ borealis (Harkness).

5. **Alternaria chartarum** Preuss F. Hoyersw. n. 27. — Late effusa, indeterminata, primum fusca dein atra; hyphis repentibus adscen- 2616

dentibus erectisve ramosis, septatis, irregulariter pedicellatis; conidiis fuscis, atro-olivaceisve, rotundis oblongisve, supra in collum attenuatis tum concatenatis, cellulosis.

Hab. in charta venenata muscarum, Hoyerswerda, in charta putri humi dejecta, Œstrich Rhenogoviæ.

6. **Alternaria rudis** Ehrenb. Sylv. Berol. p. 10-22. — Hyphis rigidis curtis, nigris, complexis; articulis nodos rudes mentientibus. 2617

Hab. ad ramos pineos agri Berolin. (Ehrenberg). — Dubia species forte ad *Phragmotrichum* v. *Septonema* spectans.

FUMAGO Pers. Myc. Eur. I, p. 9 (Etym. a *fumo*). — Hyphæ decumbentes, intrincatæ, sæpe in ganglia (gemmas?) muriformi-divisa confluentes, frequenter crustam atram subsecedentem formantes. Hyphæ fertiles (ubi adsunt) erectæ, ramosæ. Conidia ovoidea, oblonga vel difformia, 1-2-septata, typice catenulata. — Status conidicus v. mycelicus *Capnodiorum*. Species quædam (*F. quercina*, *F. Ilicis*, *F. Fagi*, *Typhæ* Persoonii et *F. setulosa* Leveillei) omittuntur, quia verisimiliter meræ formæ v. gradus *Capnodii Footii* vel *elongati*. — Genus aptius forte prope *Cladosporium* locari potuisset ob conidia (in typicis) didyma, sed adsunt ganglia sporomorpha, clathrata, quæ pro conidiis haberi possunt.

1. **Fumago vagans** Pers. Myc. Eur. I, p. 9, Tul. Carp. II, p. 280, t. XXXIV, f. 2-3, *Cladosporium Fumago* Link Sp. pl. Fungi I, p. 41, *Syncollesia foliorum* Ag., *Torula Fumago* Chev. I, t. III, f. 4. — Hyphis repentibus vage ramosis, modo liberis, modo fasciculatis, sæpe in ganglia cellulosa confluentibus, torulosis, olivaceis v. fuligineis, stratum effusum tenuiter membranaceum sordide stygium constituentibus; hyphis fertilibus ascendentibus brevibus sursum corymboso-ramosis; conidiis in ramulis, acrogenis breve catenulatis, plerumque didymis, raro continuis vel 2-septatis, 5-15 μ. longis 2618

Hab. in foliis vivis Populi, Ruborum, Rosarum, Mahoniæ, Pruni, Cytisi, Potentillæ, Betulæ, Ribis, Hoyæ, Ardisiæ, Urticæ, Gardeniæ, Humuli, Ligustri, Liriodendri, Pelargonii, Musæ, Cratægi, Quercus, Spirææ, Ulmi, Viburni, Syringæ etc. in tota Europa, Amer. bor., Asia. — Ad *Capnodium salicinum*, *C. elongatum* etc. ut status initialis et conidicus pertinet. Cfr. Syll. I, p. 73-75, ubi et aliæ multæ formæ conidiophoræ describuntur.

2. **Fumago crustacea** Sacc. Mich. II, p. 130. — Effusa, crustacea, 2619

rugulosa, nigra, subsecedens; hyphis vagis repentibus; conidiis catenulatis, sphæricis v. sphærico-cuboideis, 7–8 μ. diam. pallide crasseque nucleatis, e fumoso rufescentibus, tandem varie divisis vel coalescentibus obscurioribus, initio vero et diu multo minoribus, 4–5 μ. diam. hyalinis guttulatis, speciem alienam fingentibus.

Hab. in trunco salicino vel pirino levigato prope Rouen Galliæ (LETENDRE).

3. **Fumago fungicola** Sacc. Mich. I, p. 131. — Cæspitulis applanatis, maculiformibus, indeterminatis, velutinis ex olivaceo fuligineis; hyphis in ganglia varie dense connexis; articulis globuloso-cuboideis, 15–20 μ. diam., 1–4-cellularibus, olivaceo-fuligineis; conidiis oblongo-cylindraceis utrinque rotundatis, 15–25 = 5–8, medium versus subconstrictis, plasmate bipartito, hyalinis. 2620

Hab. in superficie Polypori sulphurei exsiccati in Marchia Brandenburg (P. MAGNUS). — Verisimiliter status conidiophorus *Capnodii* cujusdam.

4. **Fumago lateritiorum** Sacc. Mich. II, p. 120. — Acervulis pulvinatis, denique confluentibus, inæqualibus, atris; hyphis in conidia abeuntibus, filiformibus, sæpe in ganglia muriformia coalitis, initio pallidis; dein atro-fuligineis; articulis globoso-cuboideis, 6–8 μ. d., guttulatis. 2621

Hab. in superficie murorum lateritiorum uda, Saintes Galliæ (BRUNAUD).

SARCINELLA Sacc. F. ital. t. 126, Mich. II, p. 31 (Etym. a *sarcina*) — Hyphæ repentes, ramosæ, septatæ, fuligineæ. Conidia altera sarciniformia, fusca: altera falcata subhyalina in iisdem hyphis. — Status conidicus *Dimerosporii*.

1. **Sarcinella heterospora** Sacc. Fung. ital. tab. 126, Fung. Ven. Nov. Series II, p. 299. — Hyphis repentibus dense intricato-ramosis, remote septatis, fuligineis, pelliculas aterrimas amphigenas facile secedentes, sæpe totum folium occupantes, efformantibus; conidiis in vel sub ramulorum apice quandoque obtusato vel subclavato oriundis dimorphis, aliis sarcinuliformibus, 4–12-cellularibus, 20–25 μ. diam., atris, dein prorsus opacis, aliis cylindraceo-fusoideis, leniter falcatis, 35 = 9, 3-septatis, ad septa non constrictis, hyalinis. 2622

Hab. in foliis languentibus Ligustri vulgaris copiose et Corni sanguineæ, Carpini Betuli et Loniceræ Xylosteï longe rarius in silva Montello (Treviso) Ital. bor.

REPERTORIUM

DEMATIEARUM DICTYOSPORARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. A. indicat *Alternaria*. — C. *Coccosporium*. — Co. *Coniothecium*. — — D. *Dactylosporium*. — Di. *Dictyosporium*. — F. *Fumago*. — M. *Macrosporium*. — My. *Mystrosporium*. — S. *Sarcinella*. — Se. *Septosporium*. — Si. *Sirodesmium*. — Sp. *Speira*. — Spo. *Sporodesmium*. — St. *Stemphylium*. — Sti. *Stigmella*. — T. *Tetraploa*. — Tr. *Trichægum*.

Numeri 2353 — 2622 citantur 353 — 622

Abies — Spo. 361. — Co. 422. 423. — Si. 466. — A. 614.
Acer — Spo. 368. 369. 373. — Co. 420. 426. 432. — Sp. 455. — St. 478. — Tr. 599. — Se. 602.
Agapanthus — Spo. 408.
Agave — Co. 444.
Ailanthus — Spo. 371.
Allium — M. 591. 567. 568. 569. 570. — My. 592.
Alnus — Spo. 370. 375. 378. — St. 482. 484. — My. 593.
Aloe — My. 589.
Ammi — M. 513.
Ammophila — Spo. 410.
Amygdalus — M. 558.
Apium — M. 512.
Arbutus — C. 595.
Arctostaphylus — Spo. 357. — Si. 474.
Ardisia — F. 618.
Arundo — Co. 448. 446. — Sp. 458.
Asclepias — M. 518. — Se. 609.
Asparagus — Spo. 409. — St. 491. — — M. 499. 575.
Avena — M. 500.
Baptisia — M. 541.
Beta — M. 499. 501.
Betula — Spo. 377. — Co. 421. 427. 428. — St. 483. 485. — Tr. 598. — D. 610. — F. 618.
Bispora — Spo. 383.
Boucerosia — M. 519.
Brassica — M. 499. 506. — A. 613.

Calamagrostis — Spo. 410. — M. 562.
Canna — M. 571.
Capsicum — M. 499.
Carex — M. 566.
Carpinus — Se. 601. — S. 622.
Cassia — M. 499. 555. 556. — My. 589.
Castanea — Co. 420. — M. 499.
Catalpa — Co. 450. — Si. 468. — M. 540.
Celastrus — My. 582.
Celtis — M. 542.
Cheiranthus — M. 505.
Cistus — Sp. 460.
Citrus — Sp. 454. — M. 499. 569. — A. 613.
Clusia — Spo. 396.

Colutea — M. 554.
Coniferae — Di. 451.
Convallaria — M. 574.
Convolvulus — My. 589.
Cornus — Co. 442. — Se. 605. — 622.
Corylus — Co. 425. 426.
Crataegus — Co. 439. — Si. 474. — M. 545. — F. 618.
Cucurbita — Spo. 406. — M. 500. 520. 549. 550.
Cydonia — Co. 429.
Cytisus — F. 618.

Dahlia — M. 515. — My. 589. 590.
Datisca — M. 520.
Datura — M. 530.
Dianthus — Sp. 462. — M. 525. — My. 59.
Diatrype — Si. 470.
Dictamnus — Tr. 596.
Dipterix — Si. 471. 472.

Erica — St. 489.
Eryngium — My. 588.
Eucalyptus — Co. 433. — Se. 606.
Eupatorium — Spo. 403. 404. — Co. 437.
Euphorbia — Sp. 462. — M. 504.
Evonymus — Si. 474. — M. 504.

Fagus — Spo. 374.
Ferula — C. 436.
Ficus — Spo. 375. — M. 537.
Fraxinus — Spo. 360. — St. 490. — Se. 607.

Gardenia — F. 618.
Gladiolus — My. 589.
Glotidium — M. 553.
Goniolimon — M. 528.
Gossypium — M. 509. — My. 589.
Graminaceae — Co. 417. — T. 463. — St. 493. — M. 565.
Gynerium — M. 563. 564.

Hedera — M. 594.
Hibiscus — M. 510. 511. — My. 589.
Helianthus — Si. 474. — M. 499.
Hoya — F. 618.
Humulus — F. 618.
Hypoxylum — M. 576.

Ilex — M. 503. — My. 587.
Iris — M. 573.
Iatropha — M. 503.

Lactuca — M. 501. 516. 517. 522.
Lagenaria — M. 548.
Lappa — M. 501.
Larix — Spo. 366. 368.
Ligustrum — F. 618. — S. 622.
Liriodendrum — Spo. 363. — F. 618.
Lonicera — Co. 439. — S. 622.
Lycium — Spo. 358.
Lycopersicum — M. 552.

Magnolia — Spo. 359. 395. — Sp. 457. — Si. 470. 475. — M. 546. — Se. 608.
Mahonia — F. 618.
Malus — Spo. 356. 357. — Co. 430. 431. 432.
Malva — M. 508. — My. 590.
Mays — T. 465. — M. 559.
Melilotus — M. 527.
Merulius — St. 487.
Musa — M. 572. F. 618.

Nasturtium — M. 507.
Nerium — M. 547.
Nicotiana — M. 499.

Olea — Spo. 361. — Si. 467.
Oxyacantha — Co. 439.

Palma — Si. 477.
Pandanus — Sp. 454.
Pelargonium — F. 618.
Peronospora — M. 567.
Persea — Spo. 362.
Phaseolus — Spo. 405. — My. 589.
Phytolacca — Spo. 402. — M. 499. 501. 522. 523. 524.

Pinus — Spo. 365. 367. — Co. 420. 422. 423. 432. 440. — Si. 469. — St. 480. — M. 532. 533. 577. — My. 584. 586. — Se. 603. — A. 617.
Pirus — Spo. 378. 415. — Co. 427. 432. — Si. 474. — M. 544. — F. 619.
Pisum — M. 503.
Platanus — Spo. 372. — Di. 452. — M. 499.
Polyporus — F. 620.
Populus — F. 618.
Potentilla — F. 618.
Protea — Co. 443.
Prunus — M. 499. — My. 581. — F. 618.
Pteris — Sp. 454.
Pycnanthemum — Spo. 399.

Quercus — Spo. 377. 378. 379. 380. 381. — Sti. 416. — Co. 420. 438. 439. — Di. 451. — Sp. 457. — Si. 466. 468. — St. 478. 481. 494. — M. 543. — C. 594. — F. 618.

Reseda — Spo. 400.
Rhamnus — St. 479.
Rhus — M. 499.
Ribes — Spo. 371. — St. 478. — F. 618.
Ricinus — M. 521.
Rosa — Spo. 398. — F. 618.
Rubus — M. 538. — Se. 604. — F. 618.
Ruta — M. 551.

Sagittaria — M. 502.
Salix — Spo. 369. — Co. 419. 420. 425. 426. — Sp. 459. — M. 536. — F. 619.
Salvia — Sti. 417. — A. 615.
Saponaria — M. 526.
Scirpus — T. 464.
Scrophularia — Spo. 405. — Tr. 596.
Secale — Co. 448.
Sequoja — My. 585.
Smyrnium — M. 514.
Solanum — Spo. 401. 414. — Si. 473. — M. 529. 530. — My. 589.
Sorghum — Si. 576.
Spiræa — Spo. 394. — F. 618.
Sporotrichum — Spo. 411.
Sterculia — M. 499.
Syringa — Co. 427. — M. 499. — F. 618.

Tamarix — Co. 434.
Taxodium — Co. 420.
Tilia — Co. 441.
Triglochin — Spo. 407.
Typha — Di. 453.

Ulmus — Spo. 376. 393. — Sti. 418. — F. 618.
Umbelliferæ — Tr. 597. — Se. 609.
Umbellularia — St. 481.
Urtica — F. 618.

Vaccinium — Sp. 458.
Viburnum — F. 618.
Vitis — Spo. 353. 354. 355. 368.

Yucca — M. 499.
Zea — T. 465. — M. 559. 560. 561.

Sect. 5. Staurosporæ Sacc.

Conidia furcata vel stellata, h. e. 2-6-brachiata, septata vel continua, colorata.

Clavis analytica Generum

A) *Micronemeæ:* hyphis fertilibus obsoletis vel nullis.

Ceratosporium. Conidia septata, 3-pluriradiata, xylogena, hypostromate obsoleto.
Hirudinaria. Conidia septata, 2-radiata, phyllogena, hypostromate obsoleto.
Cheiromyces. Conidia continua vel septata, 2-4-fido-digitata; hypostromate pulvinato, cellulose.

B) *Macronemeæ:* hyphis fertilibus manifestis.

Triposporium. Hyphæ fertiles simplices, apice conidia stellato-3-4-radiata gerentes.

CERATOSPORIUM Schw. Syn. Amer. bor. p. 300, t. XIX, f. 3 (Etym. *ceras* cornu et *spora*), *Triposporium* et *Sporidesmium* Auct. ex parte. — Hyphæ steriles repentes, angustæ. Conidia fasciculata, sessilia, basi coalita, adscendentia, rigida, multiseptata, fusca.

1. **Ceratosporium strepsiceras** (Ces.) Sacc. *Triposporium strepsiceras* 2623
Ces. in Hedw. I, t. IV, f. 2, *Clasterosporium strepsiceras* (Ces.) Sacc. Mich. I, p. 288, F. ital. t. 748. — Cæspituloso-effusum, fuscum, velutinum; conidiis ex hyphis tenuibus repentibus 2-5 fasciculatim oriundis erectis, sessilibus basique inter se connexis, obclavatis, 7-9-septatis, vix constrictis, 110-150 ≈ 10-15, rufo-fuligineis, sursum pallidioribus, apice obtusiusculis, articulis subcuboideis plerumque nucleatis.

Hab. in trunco decorticato silvarum Montis Kendang insulæ Javæ.

CHONDROMYCES B. et C. in Berk. Intr. Bot. crypt. p. 313, fig. 70 *a*. (Etym. *chondros* cartilago et *myces* fungus). — Stipes ex hyphis compactus, ramosus, induratus. Conidia apicalia, capitulata, elongato-ovata, continua.

1. **Chondromyces crocatus** B. et C. North Amer. Fungi n. 600, Berk. Intr. Bot. Crypt. p. 313, f. 70 *a*. — Stipite arcte compacto, aurantiaco, subcartilagineo, ramoso, ramis plus minusve divaricatis, lon- 2737

giuscules apice nodulosis; conidiis elongato-ovatis, brevissime basi apiculatis acrogeno-capitulatis.

Hab. in Melonibus putridis in Carol. inf. Amer. bor.

CILICIOPODIUM Corda in Sturm D. C. Fl. III, 12, p. 75, em. Sacc. Mich. II, p. 562. (Etym. *cilicium* cilicium et *pous* pes). *Botrypes* Pr. — Stroma tereti-clavatum, majusculum, compactum, fæte coloratum, ex hyphis simplicibus v. ramosis coalitis compositum. Stipes interdum asperulus v. setulosus. Conidia acrogena, globulosa v. ellipsoidea, non catenulata, hyalina, muco destituta. — Videretur *Tuberculariæ* verticalis potius quam *Sirbum*.

1. **Ciliciopodium sanguineum** Corda Ic. Fung. IV, p. 30, fig. 91, Sacc. F. ital. t. 754. — Tereti-clavatum, hinc inde dense fasciculatum apice truncatum, ferrugineo-rubrum, $^1/_2$-1 mm. alt.; stipitibus sub-inde pilosulis; conidiis oblongo-ellipsoideis, 5-6 = 3, biguttatis, hyalinis, sporophoris prælongis filiformibus fasciculatis suffultis. 2743

Hab. in caulibus putridis stercoratis Phytolaccæ etc. in Bohemia et Ital. bor.

2. **Ciliciopodium tubercularioides** (Lib.) Sacc. Mich. II, p. 562, F. ital tab. 755, *Pilidia tubercularioides* Lib. herb. n. 170. — Fungillis tereti-clavatis, fasciculatis, lateritiis, 1-2 mm. altis, levibus, conidiis oblongo-ellipsoideis 15-18 = 6-7, hyalinis; sporophoris filiformibus repetito-furcatis, prælongis, hyalinis.

Hab. in cortice Ulmi putrescente. Malmedy in Arduennis (Libert).

3. **Ciliciopodium Grayanum** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 581. — Stromatibus gregaris v. hinc inde subaggregatis globulosis v. globoso-depressis, cinnabarinis, stipite tereti-sub-crasso castaneo suffultis, levibus, glabris (capitulo $^1/_2$ mm. diam., stipite $^1/_2$ mm. et ultra long.) intus farctis, pallidioribus; sporophoris dense radiatim fasciculatis, filiformibus, simplicibus v. furcatis, 70-120 = 1,5; conidiis pleurogenis botuliformibus, 6-7 = 3, hyalinis coacervatis roseis. 2740

Hab. in ramis corticatis emortuis, Michigan Amer. bor. (J. B. Gray, dedit Ellis). — Habitu ad *Tuberculariam floccipedem* accedit.

4. **Ciliciopodium cæspitosum** (W. et Curr.) Sacc. *Sirbum cæspitosum* W. et Curr. F. Ang. p. 291. — Minutum, vegetum roseum, siccitate cinnamomeo-fuscum, cæspitosum acervis gregariis aliquando 2741

dense aggregatis; stipite simplici vel dichotomo; capite globoso v. subgloboso; conidiis irregulari-ovalibus, hyalinis, 7 μ. long.

Hab. ad truncos Fici, Golungo alto et Lopollo Angolæ.

5. **Ciliciopodium sericeum** (W. et Curr.) Sacc. *Stilbum sericeum* W. et C. Fungi Angol. p. 291. — Stipite rigido, fusco virescente, levissime sericeo; capitulo sphærico, vivo, carneo-rubro, siccitate armeniaco; conidiis ovalibus, hyalinis, 5 μ. longis. 2742

Hab. in silvis ad Zygiam fastigiatam, Alto Queta Golungo alto Angolæ.

6. **Ciliciopodium roseum** (Pr.) Sacc. *Botrypes rosea* Pr. F. Hoyersw. n. 55. — Gregarium; stipite basi dilatato, supra clavato-disciformi; capitulo basidiis filiformibus, roseis tecto; conidiis continuis, primum apici basidiorum innatis, rotundis, roseis. 2743

Hab. in lignis Pini putridis, Hoyerswerda.

7. **Ciliciopodium violaceum** Corda in Sturm p. 57, t. 29, *Stilbum violaceum* Fr. — Hinc inde gregarium; capitulo roseo, globuloso, levi; stipite recto, strigoso violaceo; conidiis globulosis. 2744

Hab. in stercore canino in Bohemia.

MARTINDALIA Sacc. et Ell. Misc. Myc. II. p. 16 (Etym. a cl. Isaac C. Martindale ex Camden New Jersey, sollerti botanico). — Stipites (seu stromata) subteretes, ex hyphis coalitis, hyalinis filiformibus compositi. Hyphæ fertiles ex apice stipitis prodeuntes capitulumque formantes, laxe spirales lateraliterque nodulosæ et conidia globosa, hyalina gerentes. — Defectu muci hyphisque subspiraliter convolutis a gen. *Stilbo* et *Isaria* satis differre videtur.

1. **Martindalia spironema** Sacc. et Ell. in Misc. Myc. II, p. 16, tab. XI, f. 31. — Tota candida; stipitibus 1-2 mm. alt., basi obscuriore incrassatis, apice in capitulum ovale nec mucosum nec pulveraceum desinentibus; hyphis fertilibus seu basidiis longis, continuis, 2-3 μ. diam., hyalinis, sursum laxe spiraliter flexis, denticulos minutos exerentibus; conidiis globosis, 5-6 μ. diam., 1-guttatis, hyalinis, subinde pallide rosellis. 2745

Hab. in dolio ulmeo in cella vinaria, Newfield N. J. Amer bor. (Ellis).

ATRACTIELLA Sacc. Fungi Gallici Ser. V, p. 8 (Etym. ab *Atractio* cui affine genus). — Stromata claviformi-capitata (candida); stipite ex hyphis tenuissimis composito, apice basidiis fusoideis sporomorphis 3-septatis coronato. Conidia ovato-oblonga, continua,

hyalina. — Basidia pro conidiis heteromorphis haberi possint: quo characterе conidiisque genuinis continuis, fungillus a genere *Atractio* satis recedit et merito in genus proprium erigi potest.

1. **Atractiella Brunaudiana** Sacc. Fungi Gallici Ser. V, p. 8. — Stromatibus gregariis v. fasciculatis, superficialibus, claviformi-capitatis, totis candidis, 1-1,5 mm. altis, capitulo clavato-globuloso, vix $1/3$ mm. diam.: stipite ex hyphis filiformibus, tenuissimis, arcte fasciculatis composito, in capitulum expansis ibique basidia (?), sporomorpha fusoidea, recta v. inæquilateralia, apice obtusiuscula, 3-septata, 80-85 ≈ 12, hyalina gerentibus; conidiis in basidiorum apice nascentibus, ovato-oblongis, 28-32 ≈ 10-12, hyalinis, granulosis, apice obtusioribus, hyphis stromatis, subinde guttulatis, eminentibus obvallatis. 2746

Hab. in sedimento Coffeæ arabicæ humi dejecto, putrescente, Saintes (Brunaud).

ACTINICEPS B. et Br. Suppl. Fungi of Ceyl. n. 1206. (Etym. *actin* radius et *ceps* pro caput). — Stipes hyalinus, cylindraceus, compositus; hyphis fasciculatis sursum in capitulum globosum radiato-spiculosum productis: hyphis hic in spiculas radiantes exertas conicas vitreas granulatas desinentibus, illic in ramulos tenerrimos brevjores conidiophoros. Conidia minutissima globosa, hyalina.

1. **Actiniceps Thwaitesii** B. et Br. l. c. tab. II, f. 3. — Stipite 400-500 μ. longo: capitulo 140-160 μ. diam.: spiculis spongillæformibus, capitulum ubique laxe aculeatum reddentibus; hyphis sporogeris iterato-ramosis, subflexuosis; conidiis elliptico-sphæroideis. 2747

Hab. in foliis coriaceis emortuis, Peradeniya Ceylon.

PILACRE Fries. Syst. Orb. Veg. I, p. 364 (Etym. *pileos* pileus et *acros* summus, terminalis). — Stroma stipitato-capitatum; capitulum subglobosum vel depressum subtus persistens ex hyphis ramosis flexuosis radiantibus compositum: supra membranaceum, tenerrimum, fatiscens. Conidia simplicia globulosa in strato supero peripherico compacto coacervata. — Prope hoc genus ex habitu locanda jam mihi videbatur *Rösleria* (*Coniocybe* et *Pilacre* Auct. ex parte) sed re mature perpensa et novis observationibus additis, ad *Discomycetes* aptius duci posse consentio; nam sporidia, licet diu catenata et libera, sæpius octona sunt et initio asco tenerrimo revera inclusa: adde quod fabrica totius fungi et discus a stipite discretus cum *Hyphomycetibus* ægre quadrant.

1. **Pilacre faginea** (Fr.) B. et Br. Ann. N. H. n. 380, t. XI, fig. 5 2748
Botryochæte faginea (Fr.) Corda Icon. fung. VI, p. 47, fig. 95, *Phleogena faginea* (Fr.) Link, *Onygena faginea* Fr. Syst. myc. III, p. 209 — Albido-fuscescens: capitulo globoso-depresso ruguloso, supra fariscente fugaci, 2 mm. diam., stipite brevi æquali, nigricante, setuloso-pruinoso, 3 mm. alto: hyphis sursum ramosis, fastigiatis, flexuosis; conidiis globoso-ellipticis minutis, botryose digestis, nucleatis, brevissime stipitellatis, luteo-rufis.

Hab. ad ligna putrida Fagi in Smolandia, Britannia, Belgio, Germania, Bohemia, Amer. bor., Cuba. — Ex icone Cordæ l. c. hypharum rami sursum inflati sunt geruntque 1–4 sterigmata sporophora fere ut in *Hymenomycetibus*.

2. **Pilacre tephrospora** B. et Br. F. of Ceyl. n. 906. — Minor: capitulis globosis, demum brunneis; hyphis subramosis: ramulis fertilibus, sparsis, brevibus: conidiis brunneis minoribus. 2749

Hab. in foliis emortuis, Peradeniya Ceylon et Neilgherries Indiæ orientalis.

3. **Pilacre divisa** Berk. F. New Zeal. p. 197. — Capitulo globoso argillaceo, stipite diviso fusco: hyphis rectis: conidiis 5–6 μ. diam., subglobosis, nucleatis. 2750

Hab. in corticibus in Nova Zelandia (Colenso). — Affinis *P. fagineæ*, sed obscurior et ramosa hyphæque minus flexuosæ.

4. **Pilacre orientalis** B. et Br. F. of Ceyl. n. 905. — Stipite cinereo: capitulis globosis albis, demum umbrinis; hyphis sursum ramosis, ramis sporiferis brevibus obtusis: conidiis globosis nucleatis, 6–7 μ. diam. 2751

Hab. in ligno emortuo, Peradeniya Ceylon et Neilgherries Indiæ. — «Affinis *P. fagineæ*, a qua hypharum fabrica recedere dicitur, quæ tamen ab illa delineata a Corda Ic. fung. VI, fig. 95 non multum abest».

5. **Pilacre Petersii** B. et C. Ann. N. H. n. 824. Tul. Ann. Sc. nat. 1873, p. 235, t. XII, f. 5–6. — Stipite brevi, albo, 4 mm. alto; capitulo majusculo 2–4 mm. diam.; hyphis subrectis anastomosantibus, ramis tortuosis: conidiis tabacinis, globosis, 5 μ. cr. pleurogenis, sessilibus. 2752

Hab. in truncis Carpini, Ilicis, Fagi in Britannia, Belgio, Amer. bor. — Individua viva *Hypericum* fere redolent, habituque *Nyctalim* deminutam imitantur.

6. **Pilacre depressa** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 904. — Stipite brevi, basi nigricante, sursum pallido, capitulo albo depresso fere 2753

patellato, ex byphis flexuosis apice curvis composito; conidiis 7 μ. long.

Hab. in cortice et ligno dejecto, Peradeniya Ceylon.

7. **Pilacre sphærocephala** B. et Br. F. of Ceyl. n. 957. — Stipite nigro: capitulo globoso umbrino; conidiis globosis 7-9 μ. diam. 2751

Hab. in truncis (?) in Peradeniya insulæ Ceylon.

8. **Pilacre nivea** B. et C. Cub. Fungi n. 650. — Nivea; stipite cartilagineo glabro nitido subramoso: capitulo furfuraceo. 2755

Hab. in corticibus emortuis in insula Cuba.

9. **Pilacre Friesii** Weinm. in Linnæa 1834 pag. 413, nec homonyma species in Flora 1832, p. 458. — Subgregaria; capitulo hemisphærico, depresso, subtus umbilicato, supra fatiscente fugaci; stipite brevi pulchre violascente, æquali v. deorsum attenuato vix puberulo; conidiis rotundis ex hyphis contextis oriundis, in stratum compactum nigrescens coacervatis. 2756

Hab. in ramulis quibusdam dejectis pr. St. Petersbourg Rossiæ. 2757

10. **Pilacre Weinmanni** Fr. S. M. III, p. 204, Weinm. in Florâ 1832, p. 458. — Gregaria junior supra cinerea, deorsum incarnata, in sicco vero tota fuscescens 4-6 mm. alta, absque mycelio distincto; stipite firmulo, terete, æquali, glabro, levi, crassitie fili tenuioris; capitulo pro ratione parvo, lenticulari subtus umbilicato, immo cucullato, regulari, levi, primo similari, demum superne in conidia fusca fatiscente.

Hab. ad ligna et cortices truncorum et ramorum emortuorum Alni incanæ, St. Petersbourg Rossiæ (Weinmann).

COREMIUM Link Sp. pl. Fungi I, p. 71 (Etym. *corema* quisquiliæ) *Peribotryon* Fr. ex parte. — Stroma teretiusculum, apice capitato-conidiophorum, ex hyphis coalitis conflatum. Conidia minuta, numquam mucoobvoluta typice catenulata. — Quasi *Penicillium*, sed compositum. Species pleræque e fasciatione *Penicillii* ortæ videntur: nihilominus seorsim retinui et facilioris studii causa et ex eo quod adhuc nescimus ad quod *Penicillium* quædam species referri debeant. Cfr. *Penicillum glaucum*, *P. candidum*, *P. roseum*, *P. bicolor* (Cfr. retro pag. 78-83).

11. **Coremium glaucum** Fr. in Liljeb. Sv. Fl. III, p. 678, *C. leucopus* Pers. M. E. I, p. 42, Bon. Handb. fig. 223, *Floccaria glauca* Grev. Scott. t. 301, *Coremium vulgare* Corda Prchtfl. 53, tab. 25, Penz. in F. ital. t. 1209. — Hyphis sterilibus obsoletis; fertilibus erectis, hyalinis, septatis, fasciculatim congestis, stipitem album con- 2753

stituentibus, apice ramosis; conidiis concatenatis in ramulorum apice, penicillatis in capitulum glaucescentem coalitis, subglobosis, 3-4 μ. diam. levibus.

Hab. in fructibus Piri Mali, Citri, Fabæ in ramulis putridis etc. in Germania, Italia, Gallia, Amer. bor. et australi. — Var. **Linkii** (*C. glaucum* Link): stipitibus luteolis. In fructibus conditis corruptis hinc inde. — Var. **fimicolum** March. Champ. copr. Belg.: hyphis fertilibus erectiusculis, in capitulum album dein virens desinentibus. In fimo Elephantis, Gand Belgii (Rodigas).

2. **Coremium candidum** Nees Syst. d. Pilze p. 87, fig. 86. — Hyphis 2759
fertilibus arachnoideis erectis, in fasciculum laxe congestis, candidis; conidiis terminalibus concoloribus.

Hab. in fructibus Piri, Vitis, Rubi etc. imprimis conditis corruptis, in Germania, Italia, Gallia.

3. **Coremium niveum** Corda Ic. Fung. II, pag. 17, fig. 73. — Grega- 2760
rium, semper niveum, clavatum, supra dein ramoso-fissum; stipite ex hyphis albis, septatis, supra constricto-septatis, ramosis composito: catenulis conidiorum gregariis, laxis, ramosis subarcuatis: conidiis oblongis niveis.

Hab. in Boletis variis putrescentibus, sociâ *Sporodiniâ*, Prag Bohemiæ.

4. **Coremium stysanoides** Sacc. *Stysanus candidus* Corda Icon. I, 2761
p. 22, t. VI, f. 283. — Minutum, subsolitarium: stipite brevi, ex hyphis septatis hyalinis composito, basi radicato; catenis longissimis albis; conidiis ellipticis, apiculis utrinque truncatis.

Hab. in subere putrido, Prag Bohemiæ.

5. **Coremium hiemale** Bon. Bot. Zeit. 1861, p. 203. — Stromatibus 2762
inconditis clavato-ramosis, candidis, 3-4 mm. altis, ad basim subfuscis; hyphis coalescentibus, septulatis; conidiis minimis globosis candidis, catenulatis.

Hab. in ramis dejectis in Guestphalia.

6. **Coremium copruphilum** B. et C. Cub. Fungi n. 647. — Stipite so- 2763
lido candido levi glabro; capitulo glauco; conidiis minutis catenulatis.

Hab. in stercore avium in insula Cuba. — Testibus apetoribus, non est forma fasciata *Penicillii*.

7. **Coremium fimetarium** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2694. — Cæspi- 2764
tibus minutis, sparsis; hyphis thalloideis versus basin coalitis subrufescentibus, apice sporidiferis candidis; conidiis demum subevanescentibus candidis.

Hab. in fimo vaccino, Bethlehem Amer. bor.

8. **Coremium Borzianum** Sacc. Cfr. Borzi Inzengæa Ein neuer Askom. 2765
p. 450, tab. XIX, f. 1–3. — Gregarium, filiforme, rubescens, 2–3 mm. altum; stipitibus ex hyphis paucis septatis apice non relaxatis compositis; conidiis ex apice hypharum oriundis, catenulatis, capitulum minutum formantibus, ellipsoideis, 4–5 = 3–3.5 rubeolis.

Hab. in olivis dejectis putrescentibus, S. Filippo del Mela Siciliæ. — Sistit statum conidicum *Inzengææ erythrosporæ*.

9. **Coremium coccineum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2689, *Peribotryon* 2766
Fr. Summa p. 465. — Cæspitibus longe lateque effusis, confluentibus, compositis ex fasciculis hypharum, læte coccineis, basi unitis in stipitem communem, apice penicillatim divergentibus: conidiis densis concoloribus.

Hab. ad lignum cariosum effusum ex Georgia (Terrey)

10. **Coremium subiculatum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2691, *Peribotryon* Fr. Summa p. 465. — Mycelio subiculato, tenui, denso, effuso, ex quo densim assurgunt fasciculi, sparsi hypharum coalitarum in firmum stipitem, apice capitellato-penicillatarum, colore incarnato-cinerescente; stipite subcylindrico rubescente; capitulo globoso penicillato stipitem excedente; conidiis concoloribus. 2767

Hab. in cortice dejecto rarius, sed distinctissimum et persistens, Bethlehem Amer. bor.

11. **Coremium citrinum** Pers. M. Eur. I, pag. 43, *Monilia Penicillus* Pers. Syn. p. 692. — Hyphis fertilibus, erectis, fasciculatis, citrinis; conidiis terminalibus concoloribus. 2768

Hab. in muscerdis rarius in Germania (Persoon).

12. **Coremium flavo-virens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2690. — Substipitatum, laxum: fasciculis sparsis parvis subglobosis, hyphis parum divergentibus conidiisque ex flavo virentibus. 2769

Hab. in foliis dejectis udis, Bethlehem Amer. bor.

13. **Coremium nigrescens** (Jungh.) Penz. Fung. Agrum. n. 132, *Penicillium nigrescens* Junghuhn, Prœm. in Flor. Cryptog. Javæ p. 5. — Gregarium, pusillum, vix millimetrum altum; stipite crassiusculo, ex hyphis concretis composito, basi attenuato, spadiceo-nigrescente, supra in capitulum dilatato; capitulo ex catenis tenerrimis apice liberis expansis basi penicilliformi-connexis constante; conidiis magnis globosis, copiosis. 2770

Hab. in trunco Citri cuiusdam virentis in Java insula (Junghuhn). — An *Stysanus?*».

LASIODERMA Mont. Fl. Alg. I, pag. 399 (Etym. *lasios* hirsutus et *derma* pellis). — Stroma e tubinato obpiriforme, stipitatum e floccis septatis ramosis laxe intricatis contextum, subpersistens, ubique pubescens. Conidia minuta copiosissima, olivacea, in centro peridii evanescente conglutinata, in catenas ramosas digesta.

1. **Lasioderma flavo-virens** Dur. et Mont. Fl. Alg. I, p. 399, t. 20, f. 4. — Ubique setuloso-pubescens; stipite rufo 150 μ. long., mox in capitulum globosum 200–300 μ. diam. e luteo pallide sulphureum, vertice fatiscens dilatato; conidiis viridi-olivaceis, myriadeis, in catenas moniliformes ramosas seriatis, 3 μ. diam. 2771

Hab. ad folia Quercuum, in Hispania prope Madrid et in Algeria circa La Calle (Durieu).

ISARIA Pers. Tent. Disp. p. 41 (Etym. *isos* æqualis). — Stroma verticale clavatum vel ramosum, ubique conidiophorum, ex hyphis v. fibris tenuibus longitudinalibus constans. Basidia ex apice hypharum formata. Conidia minuta globosa v. ellipsoidea, continua, hyalina. — Plures species entomogeneæ sistunt statum conidicum *Cordyceipitum*.

I. Entomogeneæ.

1. **Isaria farinosa** (Dicks.) Fr. S. M. III, p. 271, *Ramaria farinosa* Dicks. Crypt. Brit. II, p. 25. — Subcæspitosa, alba, 2–4 cm. alta; stipite distincto simplici glabrescente; clavulis incrassatis, eximie farinaceis, subinde prolifero-ramosis; conidiis globosis, hyalinis 2 μ. diam. 2772

Hab. in Chrysalidibus emortuis putrescentibus, præcipue inter folia decidua, ceteris vulgatior, in Germania, Britannia, Italia, Gallia, Suecia.

2. **Isaria truncata** Pers. Syn. p. 687. — Stromate albo subcæspitoso demum ramosissimo, ramis truncatis crenulatis in alios ramulos excrescentibus, undique floccoso-sporophoris. 2773

Hab. ad Chrysalides passim in Germania. — Teste Friesio. var. *I. farinosa*.

3. **Isaria crassa** Pers. Syn. p. 637. — Stromatibus crassiusculis subconicis simplicissimis albis, præter basin glabram subflavidam, undique farinoso-sporophoris. 2774

Hab. ad Chrysalides terræ infossas passim in Germania. — Linkius *Isariæ truncatæ* subscribere jubet.

4. **Isaria corallina** Fr. S. M. III, p 273 (ut var. *I. leprosæ*). — Ramosissimæ; stromatibus fasciculatis, longis, gracilibus, apice clavulas plures sæpe pendulas gerentibus. 2775

Hab. in pupa Noctuæ instabilis in Germania, in larvis Lepidopterorum prope Treviso Ital. bor. — «Quam ipse vidi colore totius fungi vinoso, stipite subtiliore, nec non conidiis roseis elliptico-subrotundis (neque elongatis) facile distinguitur ab *I. farinosa*».

5. **Isaria velutipes** Link Obs. I, p. 18, f. 32, Nees Syst. f. 85. — Stromate gregario, albo, capituligero, farinoso-sporophoro, basi stipitiformi concolore villoso. 2776

Hab. ad Chrysalides emortuas passim in Germania, Suecia. — Teste Fries, est var. *I. farinosæ*.

6. **Isaria strigosa** Fr. Syst. myc. III, p. 274. — Cæspitosa, subulata, simplex ramulosave, albida, demum glabrescens, substraminea 4-6 mm. alta. 2777

Hab. in pupa Noctuæ Ypsilon in Germania (Siemers). — Mycelium maculam subdeterminatam efficit, e qua surgunt stromata subulata.

7. **Isaria floccosa** Fr. S. M. III, pag. 274. — Cæspitosa, subulata, simplex, alba, hydnoidea, 2-4 mm. alta, undique floccoso-tomentosa. 2778

Hab. in larvis et pupis Bombycis Jacobeæ etc. in Germania et Britannia. — *I. arachnophilæ* affinis.

8. **Isaria exoleta** Fr. Syst. myc. III, 275. — Gregaria, in mycelio fibroso, elongata, fragilis, filiformi-compressa, dilute fusca, undique concolor et pulverulenta; stipite a clava vix distincto. 2779

Hab. in larva Noctuæ exoletæ in Germania (Siemers).

9. **Isaria cinnabarina** Preuss F. Hoyersw. n. 343. — Cæspitosa, 6-8 mm. alta, carneo-cinnabarina; stipitibus et clavulis indistinctis sed repetito-ramosis, undique æquali colore, floccosis, pulverulentis et crassis; conidiis ovatis carneo-cinnabarinis. 2780

Hab. in pupa Sphingis Ligustri versante in vitro saccharo tecto. Seidenberg Germaniæ.

10. **Isaria Sphingum** Schw. Syn. fung. Carol. p. 126, n. 1298, et Fr. Syst. Mycol. III, p. 274. — Gregaria, basi mycelio fibroso-crustaceo sericeo, albido insidens; stromatibus setaceis, compressis, longissimis subpulverulentis. 2781

Hab. in Sphingibus emortuis in Carolina superiore (Schweinitz), in pupis Dipterorum in Scotia

11. **Isaria nigripes** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3068. — Stipite sim- 2782

plici, altitudine 1-2 cm. æquante: stipite tenui, tereti, nigro, glabro ad dimidium usque, tum in clavulam simplicem obtusam, cinereo-albam pulverulentam, sæpe falcatam abeunte; conidiis compactiusculis.

Hab. in Chrysalidibus defossis, Salem Amer. bor.

12. **Isaria furcata** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3067. — Maxima, 6-7 cm. alta; stromaticus pallidis, crassiusculis, tortis, basin versus glabratis, apice in clavulam furcatam candidam divisis; conidiis pulverulentis, floccis interspersis tectis. 2783

Hab. rarissime in Chrysalidibus foliis tectis, Bethlehem Amer. bor.

13. **Isaria leprosa** Fr. Syst. myc. III, p. 272. — Cæspitosa, carnea, stipite contiguo clavulisque incrassatis undique floccosis pulverulentis; conidiis copiosis, laxis, globosis. 2784

Hab. in Chrysalidibus emortuis Insectorum in Germania (Doct. Siemers). — Mire varia, clavulis modo subcernuis, modo compressis et incisis, modo tuberculosis etc.

14. **Isaria stellata** Cooke in Grevillea. — Nivea, stellata, 2 mm. cr. incrustans; hyphis tenuissimis, circinatis; conidiis non visis. 2785

Hab. in Insectis emortuis quæ incrustat, sub foliis Mangiferæ, Mysore Indiæ.

15. **Isaria tenuipes** Peck Rep. St. Mus. N. Y. — Stromate tenero elongato, glabro, flavo-citrino, 2-4 cm. alto, sursum in ramos paucos inæquales, farinaceos diviso; conidiis oblongo-ellipsoideis, 4-5 μ. longis. 2786

Hab. in pupis Insectorum sub foliis dejectis nidulantibus, Center Amer. bor.

16. **Isaria sphecophila** Ditm. in Sturm Fl. III, p. 115, tab. 57, Fr. Syst. III, p. 275. — Gregaria, simplex, longissima, rigida, filiformis, dilute umbrina, inferne glabra, intus fibrosa alba, medio nodosa, apice attenuata puberula, cinerea. 2787

Hab. in Vespa Crabrone emortua in Germania. — 10-11 cm. alta, mycelio nullo v. obsoleto suffulta.

17. **Isaria stilbiformis** Speg. Mich. I, p. 476. — Gregaria vel solitaria; stipitibus flavescentibus, 3-7 mm. altis, compositis ex hyphis fasciculatis, subcontinuis, flavido-hyalinis, tenaciter coalitis, sursum apice divergentibus et capitulum albidum, tomentosulum subsphæroideum vel piriforme efformantibus; apice hypharum perfecte hyalino, clavulato, vertice acutissimo atque conidium cylindraceum utrinque acutiusculum, 8-11 = 2-2½, hyalinum gerente. 2788

Hab. ad corpora putrescentia cujusdam minutæ speciei Pentatomatum in carpineto prope Belluno Ital. bor.

18. **Isaria Eleutheratorum** Nees Syst. pag. 86 f. 84, Fr. S. M. III. p. 274, Sacc. F. it t. 844. — Filiformis, subinde subcompressa et torta, breve ramulosa albida, undique puberula; conidiis, ex apice hypharum oriundis ovoideo-oblongis, 6–7 ≃ 3,5, hyalinis. 2789

Hab. in cadavere Calathi, Caraborum, Apionis flavipedis in Germania, Italia, Gallia.

19. **Isaria gigantea** Mont. Cuba p. 309. — Entomogena, solitaria aut cæspitosa, simplex aut ramosa, filiformis, attenuata, longissima, pulverulenta, albida, intus fuscidula: conidiis..... 2790

Hab. ad Mygales cubanæ corpus et pedes parasitans, in Cuba insula (Ramon de la Sagra).

20. **Isaria aracnuophila** Ditm. in Sturm D. C. Fl. tab. 55. Oudem. Aanw 1814, 75. p. 6. t. IV, f. 4. — Stromatibus gregariis simplicissimis, candidis e basi in apicem sensim æqualiterque intumescentibus, undique conidiis concoloribus, tegmen tartareum rimosum mentientibus superfusis. 2791

Hab. in Araneis e. g. Epeira, Drasso, Mygale etc. in Germania, Italia, Gallia, Hollandia, Belgio, Britannia, America australi. — Sec. Oudem. l. c. cæspitosa alba vel dilutissime carnea; clavulæ cylindraceæ elongatæ, simplices; hyphæ fertiles ferunt lateraliter sporophora obovata, basidiis subternis obovatis coronata; basidiis sferigmata fusoidea plura gerunt, e quibus oriuntur conidia oblonga, 3.5–4.5 ≃ 1.7, hyalina, brevissime catenulata.

21. **Isaria Aranearum** Schw. Carol. n. 1299. Fr. Syst. myc. III, p. 273, *I. phalangiophila* Link. Sp. pl. II. p. 114. — Effusa, crustacea, lutescens; clavulis e crusta erientibus setaceis citrinis, apice pulverulento incarnato. 2792

Hab. in Araneis et Phalangiis cum foliis in herbario præservatis, in Carolina superiori.

I. Fimi-terricolæ.

22. **Isaria felina** (DC.) Fr. S. M. III. pag. 271, *Clavaria (?) felina* DC. Fl. fr. VI. p. 30. — Cæspitosa, elongato-filiformis, ramosa, alba, intus solida filamentosa, strato conidifero laxe farinaceo corticata; ramis nunc simplicibus nunc apicem versus divisis v. penicillatis. 2798

Hab. in stercore felino et canino in cryptis in Gallia, Belgio, America australi. — Var. **aviaria** Sacc. F. ital. tab. 843.

Mich. II, p. 561: tereti-clavulata, laxe fasciculata, albida; conidiis ovoideis, 2,5-3 ≃ 2 hyalinis; hyphis filiformibus, septulatis simplicibus v. furcatis, hyalinis. In stercore anserino, Conegliano Ital. bor. — Var. **suina** Sacc. F. it. t. 842, Mich. II, p. 561: conidiis paullo majoribus, nempe 4-5 ≃ 3,5-4, hyalinis; hyphis filiformibus, furcatis, septatis. In stercore suino, Selva Ital. bor.

23. **Isaria sulphurea** Fiedl. in Rabh. F. E. n. 60 (non vidi), Sacc. Mich. II, p. 367 et F. ital. t. 845. — Stromatibus gregariis, clavatis, pallide sulphureis; stipite ex hyphis longitudinalibus transversisque filiformibus conflato; conidiis ex denticulis hypharum superiorum varie ramosarum, 4-6 μ. diam., e hyalino flavidarum subpleurogenis, globulosis, concoloribus, 5-6 μ. diam., granulosis. 2794

Hab. in terra stercorata et in excrementis Mammiferorum in Gallia australi (Roumeguère). — Huc forte quoque spectat *Coremium citrinum* Pers. Stirps vero ob contextum intricatum stromatis nec vere fasciculatum, tam ab Isaria quam a Coremio deflectit.

24. **Isaria globosa** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3071. — Stromate stipitiformi 4-6 mm. alto crassiusculo firmo, 2 mm. longo, in capitulum globosum crassum dilatato; stipite carneolo; capitulo conidiis densis candidis profuse intersperso. 2795

Hab. sparse in ericetis et inter Rhododendra, Bethlehem Amer. bor.

25. **Isaria (?) Holmbergii** Speg. F. Arg. Pug. II, p. 41. — Solitaria vel 2-3 gregaria, flavida, subglobosa vel elongata, gossypino-compactiuscula, 1-5 mm. d.; hyphis cylindraceis, parce septatis, hyalino-chlorinis; conidiis globosis vel ellipticis 5-8 ≃ 3-4, hyalino-chlorinis episporio crassiusculo, verruculoso donatis, acrogenis. 2796

Hab. in terra pingui, humidâ al Tigre in Argentina (Dr. E. Holmberg).

26. **Isaria terrestris** Fr. Syst. Myc. III, p. 270. — Simplex, æqualis, basi villosa nigrescens, apice dilatata truncata alba, hyphis conidiferis vestita, 4-6 mm. alta, adscendens; stipite nullo discreto. 2797

Hab. ad terram nudam humosam in declivibus fagetorum, rarissima, at lato et denso agmine lecta ad Behult in par. Femsjo in Suecia.

27. **Isaria congesta** B. et Br. F. of Ceyl. n. 861. — Brevis, clavata, cinerea, e basi communi oriunda; conidiis tenuibus oblongis 6-7 μ. longis. 2798

Hab. in insula Ceylon.

28 **Isaria arcyrioides** B. et Br. F. of Ceyl. n. 864. — Stipite nigro sulcato in capitulum clavatum desinente: conidiis metulæformibus angustis pallidis 12–18 ≃ 4–6. 2799

Hab. in insula Ceylon.

III. Mycophilæ.

29. **Isaria brachiata** (Batsch) Schum. Saell. II, p. 443, Sacc. Mich. I, p. 51, et F. ital. t. 839, *Clavaria brachiata* Batsch Elench Cont. I, f. 163. *I. agaricina* Pers. Syn. p. 688 (1801). — Stromatibus albidis subgregariis, erectis, rigidis, flocculoso-sporophoris, subinde in ramos subhorizontales divulsis: sporophoris pleurogenis, acicularibus 25–30 ≃ 2,5: conidiis ellipsoideis, hyalinis 3–4 ≃ 1,5–2. 2800

Hab. ad fungos putrescentes in Germania, Italia, Britannia, Gallia, Suecia (nec non in radicibus et foliis, testibus auctoribus).

30. **Isaria citrina** Pers. Syn. p. 689. Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 37, Corda Ic. fung. IV, p. 47, fig. 132. — Stromatibus gregariis lutescentibus ramosissimis undique villosis conidiisque albis discoloribus plumæ instar superfuso, in basin citrinam desinentibus. 2801

Hab. ad truncos et fungos putridos in Bohemia, Germania, Britannia, Amer. bor.

31. **Isaria intricata** Fr. Syst. myc. III. p. 278. — Cæspitosa, capillaris, ramosa, alba 2–6 mm. altis: ramis paucis, erectis, intricatis villosis, pilis apice monosporis. 2802

Hab. ad fungos variasque mucerdas in Suecia.

32. **Isaria filiformis** Wallr. Fl. crypt. n. 1968. — Stromate tenerrimo simplicissimo filiformi, erecto, præter apicem acutum, utrinque æquali albo, undique filamentoso-sporophoro dein rigidulo. 2803

Hab. ad Agaricos mineres putres in Thuringia. — ***cladogena** Sacc. Mich. II. p. 367, F. ital. t. 841: filiformi-clavulata, candida, simplex $^1/_2$–$^3/_4$ mm. alta, sursum ob sporophora patula, apicem versus acutata asperula; conidiis globosis 3–4 *μ*. diam., hyalinis vel dilutissime fumosis, sæpius 1-guttulatis. In caulibus Alternantheræ purpureæ putrescentibus, Lyon Galliæ in calidariis (Therry).

33. **Isaria splendens** Rabh. D. G. Fl. Nr. 1163. — Gregaria cæspitosa, olivaceo-virens, splendens, 6–10 mm. alta, simplex sursum 2–3-furcata, tenuiter filamentosa, hyphis apice inflexis, infra levis, sursum sporophoris sparsis, flavidis pubida: conidiis in apice sporophororum binis ternisve, globosis, hyalinis. 2804

Hab. in Boleto badio putrescente, Lausitz Germaniæ.

34. **Isaria byssoidea** Pers. Myc. eur. I. 47. — Cæspitosa alba, byssoidea tenera, ramulos parvos ubique exserens. 2805

Hab. passim ad Pezizas ex gr. Pez. virgineam, sed minutissima vix sub lente conspicienda species.

25. **Isaria episphærica** Desm. Ann. Sc. nat. 1843, XIX, p. 371. — Simplex, microscopica, candida, pulveracea, adulta glabrata, piliformis; basidiis simplicibus brevibus; conidiis minutissimis, ovoideis, hyalinis. 2806

Hab. in Sphærella isariphora parasitica in Gallia bor.

36. **Isaria umbrina** Pers. Syn. p. 689, *Institale acariforme* Fr. S. M. III, p. 210. *Isaria Hypoxyli* Kalchbr. A Szep. gomb. jeg. p. 283. — Clavulis estipitatis, ramosis, cervinis, in cæspitulos ambitu radiantes collectis; ramis divisis, strictis, apice subdilatatis, undique flocoso-pulverulentis; conidiis obovatis, subumbrinis, 5-6 ≈ 2,5-3,5. 2807

Hab. super Hypoxylo coccineo ad corticem lignorum, in silva coacervatorum ibique putrescentium in Hungaria, Gallia, Britannia, Germania. — Sistit statum conidicum *Hypoxyli coccinei*; videtur potius *Sporotrichum* v. *Botrytis* fasciculato-condensa Cfr. Tul. Carp. II, p. 35, t. IV, f. 3.

37. **Isaria microscopica** Grev. Crypt. Scott. tab. 3. — Minutissima, sparsa, solitaria, simplex, clavata, candida hyphis et conidiis indistinctis. 2808

Hab. in peridiis Trichiæ clavatæ in Scotia. — Forte status *Stilbi parasitici*.

IV. Ligni-corticolæ.

38. **Isaria Friesii** Mont. Notice etc. in Ann. 2, VI, p. 28, t. 12, f. 3. — Minuta fasciculata, erumpens, candida vix 2 mm. alta undique sporophoris monosporis villosula; conidiis oblongis hyalinis. 2809

Hab. in cortice ramulorum sub epidermide nascens, prope Sedan Galliæ et in Britannia. — Subinde griseola vel luteola. — Huic proxima est, teste ipso auctore, *I. ramealis* Fr. Summa p. 464, mihi ignota.

39. **Isaria candida** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3070. — Gregaria, minuta, 1 mm. alta, erecta, subfasciculata, sed sæpius simplex; stromatibus rectis albis, clavula fere ad basin extensa, cylindrica; conidiis majusculis candidis subpedicellatis laxe obsita; stipite brevi suffulta. 2810

Hab. in ligno putrido passim, Bethlehem Amer. bor.

40 **Isaria ? ceratoides** Speg. F. Arg. Pug. II, pag. 41. — Dense 2811

gregaria, candidissima, oculo nudo *Ceratio hydnoidi* simillima; stipitibus simplicibus basi cylindraceo-conicis, sursum bis di-trichotomis, $^1/_3$–1 mm. altitudinis, hyalinis; conidiis globosis vel ellipticis 10 = 8 quandoque basi subapiculatis granuloso-farctis, hyalinis in ramulis hinc inde glomerulatim adnatis.

Hab. in ligno vel cortice putri Salicis Humboldtianæ, en la Boca del Riachuelo Argentinæ.

41. **Isaria filamentosa** Sacc. Mich. I, p. 132, F. ital. t. 840. — Albida sparsa v. subgregaria; stromatibus sæpius fasciculatim oriundis, anguste bacillaribus, rectis curvatisve 1–1$^1/_2$ mm. altis, ex hyphis filiformibus hyalinis hinc inde breviter squarruloso-exeuntibus confiatis sursumque ubique basidia conidiophora cylindraceo-conica, 10–11 = 3$^1/_2$, hyalina exerentibus; conidiis oblongo-ovoideis, 5–8 = 2$^1/_2$–3$^1/_2$, hyalinis, nubilosis. 2812

Hab. in caulibus putridis Solani spec. exot. in Horto botanico Berolinensi (P. Magnus). — Affinis *Isariæ filiformi* Wallr. et *I. brachiatæ* Schum., a quibus habitatione, quadam flexibilitate stromatum basidiorum forma etc. satis recedere videtur.

42. **Isaria micromegala** Berl. Fung. Mor. Fasc. III. — Minuta, alba; stipitibus crassis ex hyphis pluribus, sursum ramosis, 300–400 = 30–50, septatis, hyalinis, coalitis efformatis, sursum clavato-ramosis, basi incrassatis; conidiis pro genere magnis ovoideis 18–20 = 15–17 minutissime obtuseque papillatis, hyalinis. 2813

Hab. in disco putri Mori albæ, Padova Ital. bor. — *Micromegala* dicta, quia planta exigua, conidia vero proportione magna.

43. **Isaria albida** (Fr.) Sacc. *Sporocybe albida* Fr. S. M. III. p. 343. *Pachnocybe albida* (Fr.) Berk. Eugl. Fl. V, p. 335. — Gregaria, albida, clavata, vix 2 mm. alta, stipite prosenchymatico in apicem clavatum, subinde furcatum producto; conidiis ovoideis, magnis, hyalinis. 2814

Hab. in ligno putri in Britannia, in caulibus corruptis in Suecia. — Individua sparsa oculo inermi pilos albos referunt.

44. **Isaria tartarea** Wallr. Fl. cr. n. 1978. — Stromate tenero rigido depresso adnato albo, a basi inde in ramulos conformes patentes adiantes diviso, extus tegmine floccoso conidiisque subglobosis minutissimis conglobatis vestito, sensim secedente stratumque medullare rigidum pallescens capillare nudum relinquente. 2815

Hab. ad lignum putridum in Turingia passim. — Habitu externo et hyphasmatis crescendi cubilibusque arcte adprimendi modo *Ozonium* ferme æmulatur, tegmine tartareo tamen dein floccoso pulverulento facile dignoscitur.

45. **Isaria spumarioides** Cooke in Grevillea. — Dense cæspitosa, alba, palmata vel infundibuliformia, apice crispata, lobata vel serrata, deorsum in stipitem exiguum attenuata, plus minus connata; conidiis subglobosis, minutis, 4–5 μ. diam. 2816

Hab. in corticibus, Knowsley Britanniæ (H. Higgins). — Obiter visa *Spumariam* imitatur.

46. **Isaria funicularis** Wallr. Fl. crypt. n. 1980. — Stromate præ longo parce dichotomeque ramoso funiculari, ligni fibras exesas penetrante, hyphis albis dein solutis conidiisque globosis candidis stratum medullare tenacellum rigidulum ambientibus illudque dein nudum relinquentibus. 2817

Hab. intra lignum putredine exesum in Thuringia. — *Rhizomorpham* crescendi modo, habitu *Alectoriam jubatam* Ach. refert.

47. **Isaria furcellata** Mart. Erl. p. 364. Fr. S. M. III, pag. 278. — Stromatibus vix 1 mm. altis cæspitosis v. gregariis albis mollibus in ramos erectos subfastigiatos subclavatos divulsis; hyphis sporophoris erectis densis versus apicem collectis. 2818

Hab. ad asseres semiputres agri Erlang Germaniæ (Martius). — Fungillus vegetus albus subgelatinosus, dein siccando apicibus lutescit.

48. **Isaria dendroidea** Jungh. Fl. Crypt. Jav. p. 7. — Cæspitosa, nivea, dendroideo-ramosissima, undique pilis patulis rectis conidiferis tecta, farinoso-pubescens; conidiis globosis pilis undique inspersis. 2819

Hab. in trunco prostrato, semiputrido Canarii communis prope Batavia insulæ Javæ. — Cæspites 2–3 mm. alti et crassi.

49. **Isaria bicolor** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3072. — Cæspitosa: stromatibus basi attenuatis, irregulariter compressis, in capitulum sporidiferum dilatatis, subdivisum in ramos cornuculatos rufescentes, ceterum laxum, compressum et difforme; conidiis farinosis candidis; ramis difformiter compressis. 2820

Hab. ad stipites dejectos in terra jacentes, Bethlehem Amer. bor. — Fungillus 6–7 mm. altus.

50. **Isaria bulbosa** Nees Syst. p. 86, f. 83. — Stromatibus e basi nigrescente dilatata sensim tenuatis parceque ramulosis, 2 mm. vix altis, undique floccoso-sporophoris albis. 2821

Hab. ad truncos putridos in Germania (Nees). — Linkius rectius forsan pro st. juventli *I. glaucæ* declarat.

51. **Isaria glauca** Dicm. in Sturm D. C. Fl. t. 19. — Stromate vix 2 mm. alto, glauco, subsimplici e basi connata emergente undique floccoso-porophoro canescente. 2822

Hab. in ramos fagineos in agro Rostock Germaniæ (Ditmar), et in America australi. — Verisimiliter, teste Berkeley, status cujusdam lichenis.

52. **Isaria glaucocephala** Link Sp. pl. Fungi II, p. 116. — Stromate basi connato, fuscescente floccoso in apices canescentes desinente. 2823

Hab. ad ramulos emortuos agri Berolinensis (Link). — Ab *I. glauca* basi fuscescente tantum differt.

53. **Isaria coralloidea** Kalch. et Cooke in Grev. 1880, p. 22. — Cæspitosa, ramulosa, coralloidea, pallide cervina, apice dilatata, penicillata; filis clavatis; conidiis minutissimis, globosis. 2824

Hab. in ligno putri in Africa australi. — Forma colore bene distincta.

54. **Isaria congregata** B. et Br. F. of Ceyl. n. 862. — Congesta, clavæformis, fusca, capitulis pallido-umbrinis; conidiis elongatis, sursum obtusis, deorsum acuminatis 15 μ. longis. 2825

Hab. in ligno putri in insula Ceylon. — Hyphæ sursum ad articulos profunde contractæ.

55. **Isaria clavata** Ditm. in Sturm D. C. Fl. tab. 56, Sacc. F. ital. t. 846. — Stromatibus simplicibus e basi sensim in apicem clavatum obtusum incrassatis, undique floccosis, umbrino-stramineis 2826

Hab. ad truncos fagineos et salicinos in Germania et Italia. — Stromata (in exempl. italicis) clavata, alba, fibrillis subexertis vestita conidiisque globulosis, 2–3 μ. diam., hyalinis conspersa.

56. **Isaria calva** (A. et S.) Fr. Syst. myc. III. p. 277, *Hydnum calvum* Alb. et Schw. Lus. p. 271, t. X, f. 8. — Gregaria, subulata, simplicissima, 2 mm. alta, ex albo ochracea, adulta glabrata ceraceo-gelatinosa, junior sporophoris (conidiophoris?) vix vestita. 2827

Hab. in truncis putridis Abietis et Pini silvestris in Suecia, Gallia, Lusatia et Rhenogovia.

57. **Isaria radians** Berk. Fl. Tasm. pag. 271. — Cervino-grisea, orbicularis, ramosa, undique floccis verticillatis vel subdichotomis vestita; conidiis ellipticis minimis, 4–5 μ. 2828

Hab. ad cortices in Tasmania (Archer). — Cæspituli 18–25 mm. lati. Affinis *I. umbrinæ* Pers., sed stromatibus ramosis cæspitulisque radiantibus diversa.

58. **Isaria monilioides** A. et Schw. p. 362, t. XII, f. 8, *Cephalotrichum monilioides* Link Sp. pl. II. p. 112. — Stromatibus gregariis villoso-farinosis stipitiformibus brevissimis albis v. e luteo rufescentibus; capitulo conculore subturbinato v. subobiongo. 2829

Hab. ad ligna putrida in Lusatia (ALBERTINI et SCHWEINIZ) et in Suecia (FRIES).

59. **Isaria spiculosa** Wallr. Fl. cr. n. 1979. — Stromate e basi hyphoidea oriundo cæspitoso, in ramos teretes conformes aciculares albos apice dilute cinnamomeos plurimos erectos tortuosos diviso, extus demum in floccos sporophoros albos solubilis. 2830

Hab. ad truncos Carpini putres in Thuringia.

60. **Isaria aurantiaca** B. et Br. F. of Ceyl. n. 860. — Congesta, lateritio-aurantiaca, 2 mm. vix alta, cylindrica vel compressa, subramosa, radians; conidiis curvis, 10 μ. longis. 2831

Hab. in corticibus et ramis decorticatis, Nuwara Eliya, Ceylon.

61. **Isaria tomentella** Fr. S. M. III, p. 276. — Aggregata, clavato-cylindrica, simplex, sordide lutea, crassiuscula, 2 mm. alta, pilis longis simplicibus albidis undique hirta. 2832

Hab. ad ligna putrida coacervata in silvis Sueciæ, in foliis fagineis et lætamine in Britannia.

62. **Isaria carnea** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3069. — Stromatibus minutis vix 1 mm. altis fasciculatis, e fasciculis divergentibus, quasi stipitibus, basi connatis, formatis, pallide fuscis, capitulo aut clavula laxissime floccosa; conidiis creberrimis eleganter carneo-rubris, inter hyphas inspersis: vix millimetrum excedit. 2833

Hab. passim in stipitibus et foliis dejectis, Bethlehem Amer. bor. — Stromata confluendo 2-3 cm. extenduntur.

63. **Isaria rosea** (B. et C.) Sacc. *Pachnocybe rosea* B. et C. North Amer. Fungi n. 588. — Minuta rosea deorsum cylindrica, sursum clavata tomentosaque; conidiis elongato-oblongis subinde curvulis endochromate utrinque retracto. 2834

Hab. in cortice Robiniæ in Carolina infer.

V. Folii-fiori-fructicolæ.

64. **Isaria epiphylla** Pers. Syn. p. 688. — Stromatibus 4 mm. altis, cæspitosis, clavatis, simplicibus, albis, filamentoso-sporophoris in basin elongatam concolorem productis: conidiis ovato-subrotundis albis. 2835

Hab. ad folia exsiccata faginea, populnea et Plantaginis majoris in Germania et Ital. bor. — Var. **fasciculata** Somm. Lapp. pag. 248: stromatibus basi nudis. In Agaricis et Thelephoris putrulis in Lapponia et Amer. bor.

65. **Isaria carnea** Pers. Syn. fung. p. 688. et Myc. Eur. I. p. 47 2836

Fr. Summa p. 464. — Effusa filabens, primo albida dein carnea; stipite flaccido albido.

Hab. in foliis siccis, supra muscos in Germania, in ligno betulino in Suecia.

66. **Isaria acuta** Preuss F. Hoyersw. n. 167. — Gregaria vel sociaiis, erecta et devecta, candida clavata, simplex stipite basi brevi, tum sensim intumescente, præterea apice acuto, subfusiformi, undique basidiis filiformibus tecto; conidiis globosis ovatisve minutis hyalinis albis. 2837

Hab. in pagina inferiori foliorum marcidorum udorum præteriti anni Alni glutinosæ, Hoyerswerda.

67. **Isaria pulcherrima** B. et Br. F. of Ceyl. n. 863. — Sparsa vel aggregata, alba, clavata, deorsum filiformis, villosa, e mycelio byssoideo quandoque repente oriunda; hyphis fertilibus articulatis; conidiis ex articulis enatis verticillatis subglobosis, 3-4 μ. diam. 2838

Hab. in fructibus et foliis Palmarum in insula Ceylon.

68. **Isaria fuciformis** Berk. Austral. Fungi n. 205. — Pallida, gracilis, filiformis 1 cm. alta, initio simplex dein parce ramosa, ramulis acutis; conidiis minutissimis globosis. 2839

Hab in caryopsidibus germinantibus Cerealium in Australia (Müller); in graminibus in Britannia (W. R. Jeffrey). — Forma britannica est simillima sed læte rosea.

69. **Isaria puberula** Berk. Ann. N. Fl. n. 221, t. XII, f. 12. — Minuta, rubescens, 2 mm. circ. alta; stipite recto; ramis parcis et simplicibus, apice clavatis, subverticillatis, farinosis. 2840

Hab. in floribus emortuis Dahliæ in Britannia.

VI. Species mihi ignotæ.

70. **Isaria Cicadæ** Miquel Ann. sc. nat. 1838, X, p. 378, Tul. Carp. III, p. 11. — Stromatibus validis, simplicissimis, flexuosis, 5-6 cm altis. — In capite Cicadæ in Brasilia. 2841

71. **Isaria graminiperda** Berk. et Müll. in Gard. Chron. 1873, p. 596. — Ad gramina in Australia felici. 2842

72. **Isaria ramosissima** Zoll. Arch. Neerl. Ind. I, p. 376. — In Java. 2843

PERIBOTRYUM Fr. S. M. III, p. 287 (Etym. *peri* circum et *botrys* racemus). — Stroma verticale substipitatum rotundatum, sublobatum, ex hyphis tenerrimis ramosis laxis maxime intricatis formatum. Conidia globosa, simplicia, in hyphis peripheriis exertis ramosis racemoso-congesta. — Videretur *Isaria* circum circa race-

nios conidiorum exerens. Species quasdam *Coremii* Schweinitzii huc relatas a Friesio in Summa pag. 465. ut adhuc parum cognitas, suo loco relinquendas putavi.

1. **Peribotryum Pavoni** Fries Syst. Myc. III, p. 288. — Cæspitibus velutino-pulverulentis, 1-3 cm. latis ex lobis sinuato-ramosis aureis, basi connatis, obtusis compositis. 2844

Hab. ad truncos arborum in Peruvia, ubi sub sole quoque optime viget.

CERATIUM A. et S. Consp. Fung. Lus. p. 358 (Etym. *ceras* cornu) *Isariæ* Auct. ex p. — Stroma clavatum simplex v. ramosum obsolete cellulosum, ubique conidiophorum, superficie basidia monospora heterogenea exserens. Conidia majuscula globulosa, hyalina. — Species tres primariæ ad *Myxomycetes* nunc temporis ducuntur, quia earum sporæ amœbas, zoosporas et inde plasmodium gignunt. Sed revera quum habitus fungiliorum a *Myxomycetibus* typicis abhorreat et cum *Isariis* potius conveniat, et quum plures aliæ generis species nondum satis scrutatæ sint quoad affinitates, genus pro interim hoc loco relinquo.

1. **Ceratium hydnoides** (Jacq.) Alb. et Schw. Consp. Lus. p. 358, t. II, f. 7. Corda Ic. fung. IV, f. 133. Sacc. F. ital. t. 753. *Tremella hydnoidea* Jacq. Misc. I, t. 16 (1773), *C. mucidum* (Pers.) Schröt. Pilzfl. Schles. I, p. 101, *Isaria mucida* Pers. Comm. Fung. clavæf. p. 100 (1797). — Stromatibus teretibus simplicibus vel parce ramosis, 3-6 = 1-2 mm., candidis v. flavis subinde subfasciculatis, ex hyphis fertilibus (sporophoris) patulis brevibus velutinis; conidiis (sporis) ovoideis, 10-12 = 8, vel globosis 10 μ. diam., intus minute pluri-guttulatis, hyalinis. 2845

Hab. in lignis putrescentibus fagineis, salicinis, quercinis etc. in Germania, Austria, Italia, Gallia, Britannia, Fennia, Amer. bor., Venezuela, India, Africa austr., Nova Zelandia, Passumba. — ***C. rubicundum** Ehrenb. in Link Sp. II, p. 119: hyphasmatibus in stratum carnosum rubicundum confluentibus ramosis albis. Ad muscos putres agri berolin. (Ehrenberg).

2. **Ceratium pyxidatum** Alb. et Schw. Consp. Lus. p. 359, tab. XII, f. 9. — Sparsum, candidum; stipite simplici apice in cornua 3-10 crassa obtusa radiatim diviso et fere pyxidato. 2846

Hab. in lignis putridis, Eulenwald et Haide in Lusatia. — Valde affine *C. hydnoidi*.

3. **Ceratium porioides** Alb. et Schw. Consp. Lus. p. 359, t. II, f. 6, 2847

Schröt. Pilzfl. Schles. I. p. 101. — Congestum, polyporoides, lacteum, flavum v. rubescens ex stromatibus confluentibus erectis, penta-octagonis, erecte 5-8-corniculatis constans; conidiis (sporis) oblongo-ellipsoideis, 18-20 ≈ 8.

Hab. ad ligna abiegna et pinea cariosa in Germania, Suecia, Fennia et Amer. bor.

4. **Ceratium aureum** Link Obs. II, p. 39, Fr. Syst. myc. III, p. 295. 2848
— Aggregatum, ramosum, ramulis creberrimis, filiformibus, subinde flabellatis, aureis.

Hab. in truncis pineis putridis silvarum in Germania, Suecia Cuba. — An var. *C. hydnoidis?*

5. **Ceratium sphæroideum** Kalch. et Cooke Grev. 1880, pag. 122. — 2849
Pulvinulis convexis, hemisphæricis, carneo-rubris; conidiis globosis, levibus 10 μ. diam. cum hyphis continuis, hyalinis immixtis.

Hab. in Andropogone marginato in Africa australi.

6. **Ceratium filiforme** B. et Br. Cub. Fungi n. 876. — Elongatum, 2850
filiforme, tenuissimum, flexuosum; conidiis (sporis) 10 ≈ 7.

Hab. in ligno putri Dolosbagey, in insula Cuba.

7. **Ceratium Arbuscula** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 874. — Niveum, 2851
e basi simplici fastigiato-ramosum; conidiis late ellipticis 10-15 μ. longis.

Hab. in lignis putredine exesis in insula Ceylon et Bombay Indiæ

8. **Ceratium crustosum** B. et C. North Amer. Fungi n. 587. — Stro- 2852
matibus brevibus in plagas parvas, candidas, porosas, 4-6 mm. latas congestis; conidiis (sporis) oblongis subinde ellipsoideis v. cymbiformibus, 12 μ. longis.

Hab. in lignis putridis, New Jersey Amer. bor.

9. **Ceratium fuscum** Cooke in Grevillea VIII, p. 60. — Aurantium 2853
vel fuscum, gregarium; clavulis breviter ramosis, congestis, confluentibus; conidiis (sporis) subellipticis, hyalinis, 14 ≈ 10.

Hab. in lignis putridis Waitaki Novæ Zelandiæ. — *C. roseo* multo compactius, siccum dilute ferrugineum.

10. **Ceratium roseum** Cooke in Grev. VIII, p. 60. — Roseum, gre- 2854
garium; clavulis furcato-ramosis, brevibus; conidiis (sporis) ovalibus, hyalinis 12 ≈ 10.

Hab. in ligno putri, Winton Novæ Zelandiæ. — In sicco pallescit. Quoad affinitates dubia species.

11. **Ceratium floccosum** Wallr. Fl. crypt. n. 1956. — Hyphis ara- 2855
chnoides tenerrimis ex apice conidia microscopica concolora exse-

rentibus, in hyphasmata distincta simplicissima sparsim aggregata e basi crassiore sensim tenuata conica v. pyramidalia, raro denuo producta filiformia candidissima laxe constipatis conidiisque prominulis tenuissime villosulis.

Hab. intra Salices cavas pr. Heringam Thuringiæ (Wallr.).

12. **Ceratium virescens** Wallr. Fl. crypt. n. 1958. — Hyphasmatibus 2856
cornutis simplicissimis in apicem sensim acuminatis erectis distinctis, aggregatis greges longe effusas densas constituentibus; conidiis olivaceo-flavescentibus illud dense ambientibus.

Hab. ad ramulos Pruni, Salicis putredine exesos in sepimentorum liminibus terrestribus coacervatos prope Heringam Thuringiæ (Wallr.). — Ab *Hydno virescente* Alb. et Schw. caute dignoscendum.

13. **Ceratium ferrugineum** Wallr. Fl. cr. n. 1959. — Hyphis ara- 2857
chnoideis ferrugineis in stratum circumscriptum dein effusum tenue dense intertextis, hyphasmata brevia, simplicissima, erecta, cornuta, concolora exerentibus.

Hab. ad truncos putrescentes Pyri communis in Thuringia (Wallr.) — *Hydnum ferrugineum* Pers. caute dignoscendum, nisi id quoque melius sub Ceratio militat. Wallr. l. c.

Sect. 2. Phragmosporæ Sacc.

ARTHROSPORIUM Sacc. Mich. II, p. 32 (Etym. *arthron* articulus et *spora*). — Stroma teres, apice capitato-conidiophorum ex hyphis cealitis compositum, pallidum. Conidia oblonga, pluriseptata, hyalina. — Quasi *Arthrobotryum*, sed totum pallidum.

1. **Arthrosporium albicans** Sacc. Mich. I, p. 75, et F. ital. t. 10 (sub 2858
Arthrobotryo). — Remote gregarium albido-hyalinum; stipitibus cylindraceis sursum parum attenuatis, 200 = 35-30, ex hyphis filiformibus tenuissimis eseptatis formatis; conidiis capitatis ex hypharum apice oriundis, oblongo-cylindraceis 20-25 = 5-6, 2-4-(plerumque 3)-septatis, basi in apiculum productis, subhyalinis.

Hab. in ligno carioso putrescente fagineo in silva Cansiglio Ital. bor. — Affine *Arthrobotryo stilboideo* Ces., a quo præ ceteris colore albido, stipitum hyphis tenuissimis continuis, conidiis majoribus etc. differt.

2. **Arthrosporium compositum** Ellis Bull. Torr. Cl. 1881, p. 64. — 2859
Album cæspitosum vel confluens, stipitibus 1-2 mm. latis ex hy-

phis filiformibus compositis; ramulis hypharum sursum exertis; conidia filiformia triseptata, 32–38 ≈ 5, ferentibus.

Hab. in ramis emortuis Kalmiæ, New Jersey Amer. bor.

ATRACTIUM Link Berl. Mag. III, p. 10 (1809) em. Berk. et Sacc. Mich. II, p. 32. (Etym. *atractos* fusus, sagitta). — Stroma teres apice capitato-conidiophorum, e fibris longitudinalibus constans. Conidia falcato-vermicularia, 2–pluriseptata, subhyalina.

1. **Atractium flammeum** B. et Rav. in Ann. N. H. n. 757, Tul. Carp. III, p. 104, t. XIII, f. 12. — Stromatibus cylindraceo-clavatis, obtusiusculis, breve stipitatis, 1 mm. altis, rubro-flammeis, deorsum albicantibus, pruinosis; conidiis fusoideo-curvatis, utrinque acutis, hyalinis, 4–6-septatis, non constrictis, 70–75 μ. longis; sporophoris longis, septatis, 3,5 μ. cr. 2860

Hab. in cortice subvivo Salicum, Fraxini in Britannia, Sandlake et Carolina Amer. bor.

2. **Atractium Therryanum** Sacc. Mich. I, p. 535, F. ital. t. 765. — Conceptaculis dense gregariis v. hinc inde 2–3 aggregatis, conico-cylindricis 1½ mm. alt., erumpenti-exertis, basi conspicue incrassatis (½ mm. diam.), albido-roseis, extus rugulosis, apice obtuse attenuato, e conidiis conglutinatis subdiaphano; stipite solidiusculo e fibris parum distinctis lutescentibus conflato, apice sporophoris filiformibus subtortuosis, pallidis, fasciculatis terminato; conidiis bacillari-fusoideis, curvis, utrinque sed præcipue deorsum acutissimis, 50 ≈ 3, pluriguttulatis, hyalinis. 2861

Hab. in cortice ramorum (Robiniæ?), Lyon Galliæ (J. Therry). — Cum speciebus mihi notis *Atractii*, *Sphæronematis*, *Stilbi*, *Microceræ* et *Micropeziæ* comparavi, sed nulla cum præsenti convenit.

3. **Atractium gelatinosum** (Pers.) Sacc. *Stilbum gelatinosum* Pers. Syn. p. 681, Fr. S. M. III, p. 306, *Atractium Stilbaster* Link, Nees Syst. f. 34. — Gregarium, albido-lutescens, molle, fugax; capitulo subrotundo; stipite distincto; conidiis subfusiformibus. 2862

Hab. in disco truncorum Fagi recentius casorum in Gallia.

4. **Atractium micropus** (Pers.) Sacc. *St. micropus* Pers. Myc. Eur. p. 354 et Syn. p. 683, Fr. S. M. III, p. 306. — Stipitibus gregariis brevibus crassiusculis albis; capitulo subturbinato mox in conidia fusiformia secedente. 2863

Hab. ad truncos abietinos etc. in Germania, Suecia. — Videretur, teste Friesio, intermedium inter *Stilbum* et *Fusarium;* siccum collabaseendo hyssoideum fere evadit.

SYMPHYOSIRA Preuss F. Hoyersw. n 60. (Etym. *symphyo* coalesco et *seira* catena). — Stromata carnosula clavata e fibris longis composita, basi connata, supra in sporophora (incompleta) seorsim divisa. Sporophora in conidia cylindracea 1–3-septata cateaulata abeuntia. — Videretur *Atractium* conidiis catenatis: sed revera genus obscurum.

1. **Symphyosira lutea** Preuss F. Hoyersw. n. 60. — Lignicola, clavariæformis, lutea, supra alba · conidiis concatenatis tum delapsis, cylindricis, uni-triseptatis, albis. 2864

Hab. in ligno Pini putrescente Hoyerswerda.

REPERTORIUM

HYALOSTILBEARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. A. indicat *Actiniceps*. — Ar. *Arthrosporium*. — At. *Atractiella*. — Atr. *Atractium*. — C. *Cerelium*. — Ch. *Chondromyces*. — Ci. *Ciliciopodium*. — Co. *Coremium*. — I. *Isaria*. — L. *Lasioderma*. — M. *Martindalia*. — P. *Pilacre*. — S. *Stilbum*. — Sy. *Symphyosira*. — T. *Tilachlidium*.

Numeri 2665 — 2864 citantur 665 — 865.

Abies — S. 682. — I. 827. — C. 847. — Atr. 863.
Acacia — S. 700. 704.
Acer — S. 668.
Agaricus — S. 694. 716. 727. — I. 803. 835.
Alnus — Pi. 757. — I. 837.
Alternanthera — I. 803.
Amphicarpæa — S. 690.
Andropogon — C. 849.
Arcyria — S. 677. 695.

Beluia — S. 672. 682. 685. — I. 836.
Boletus — Co. 760. — I. 804.
Brassica — S. 665. 708.

Canarium — I. 819.
Carpinus — Pi. 752. — I. 830.
Castanea — S. 699.
Cerealia — I. 839.
Chara — S. 711.
Citrus — S. 692. — Co. 758. 770.
Cocos — S. 704.
Coffea — S. 717. — At. 746.
Corylus — S. 699.
Cucurbita — Ch. 737.

Dædalea — S. 733.
Dahlia — I. 840.
Didymium — S. 677.

Faba — Co. 758.
Fagus — S. 682. 702. 718. — Pi. 748. 752. — I. 822. 826. 832. 835. — C. 845. — Ar. 858. — Atr. 862.
Ficus — Ci. 741.
Fraxinus — Atr. 860.
Fungi — S. 685. — I. 800. 801. 802.

Hyphomycetes — S. 693.
Hypoxylon — I. 807.

Ilex — Pi. 752.
Iuniperus — S. 669.

Kalmia — Ar. 850.

Leria — S. 679.
Lindblandia — S. 676.

Mangifera — I. 785.
Morus — I. 813.
Musci — C. 845.
Mycena — T. 735.
Myrica — S. 726.
Myxomycetes — S. 677.

Orontium — S. 688.

Palmæ — I. 838.
Pastinaca — S. 715.
Peziza — I. 805.
Phœnix — S. 701.
Phragmites — S. 712.
Phytolacca — Ci. 738.
Pinus — S. 671. 675. 728. — Ci. 743. — I. 827. C. 847. 848. — Sy. 861.
Pirus — Co. 758. 759. — C. 857.
Plantago — I. 825.
Populus — I. 835.
Prunus — C. 856.
Psidium — S. 670.

Quercus — S. 682. — L. 771. — C. 845

Rhododendrum — I. 795.
Robinia — I. 834. — Atr. 861.
Rubus — Co. 759.
Rumex — S. 723.

Salix — S. 721. — I. 811. 826. — C. 845. 855. 856. — Atr. 866.
Solanum — I. 812.
Sphærella — I. 806.

Thelephora — I. 835.
Trichia — S. 677. — I. 808.

Ulmus — S. 714. — Ci. 739. — M. 745.

Verbascum — S. 694.
Vitis — Co. 753.

Zygia — Ci. 742.

Ser. 2. Phæostilbeæ Sacc.

Mich. II. p. 33. *Sporocybeæ* Fr. ex parte.

Hyphæ et conidia (vel saltem alterutrum) fusca, rigida.

Clavis analytica Generum

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

Conidia globosa, oblonga vel elongata, continua.

A) Conidia solitaria (non catenata).

Sporocybe. Stroma stipitatum fibrosum. Conidia globuloso-ellipsoidea, fusca.
Graphium. Stroma stipitatum fibrosum. Conidia ovoidea vel oblonga, hyalina vel pallida.
Harpographium. Stroma stipitatum, fibrosum. Conidia elongata vel falciformia, hyalina.
Glutinium. Stroma sessile verticale corneum. Conidia oblonga, hyalina.

B) Conidia concatenata.

† Capitula laxiuscula (Species minores).

Stysanus. Stroma basi subæquale. Species sæpius trunci-ramicolæ.
Graphiolbecium. Stroma basi perithecioideo-incrassatum. Species phyllogenæ.

†† Capitula compacta, discreta (Species majores).

Heydenia. Conidia globosa, pleurogena, brevi-catenata; sporophora longa.
Antromycees. Conidia subfuscidea in catenas longas, dichotomas, acrogenas digesta; sporophora brevia.

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

Conidia oblonga vel subcylindracea 1-septata.

Didymobotryum. Stroma stipitato-capitatum. Conidia colorata vel hyalina.

Sect. 3. Staurosporæ Sacc.

Conidia ex articulis subquaternis cruciatis composita.

Riessia. Stroma stipitato-clavatum; sporophora ramosa; conidia hyalina.

Sect. 4. Phragmosporæ Sacc.

Conidia oblonga vel cylindracea 2-pluriseptata.

Podosporium. Stroma simplex vel ramosum. Conidia sparsa acro-pleurogena.
Arthrobotryum. Stroma simplex rigidum, atrum. Conidia dense capitato-acrogena.
Isariopsis. Stroma simplex, gracile, fuscum vel pallidum. Conidia laxe capitato-acrogena.

Sect. 5. Dictyosporæ Sacc.

Conidia oblonga pluri-septato-muriformia, fuliginea.

Sclerographium. Stroma stipitatum. Conidia capitato-acrogena.

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

SPOROCYBE Fr., emend. Bon. Handb. p. 138, Sacc. Mich II, p. 33 (Etym. *spora* et *cybe* caput). *Periconia*, *Pachnocybe*, *Doratomyces*, *Cephalotrichum* Auct. ex parte. — Stipites fibrosi, fusci, rigiduli, apice capitato-conidiophori, capitulo globoso vel elongato. Conidia globulosa vel ellipsoidea, fusca. — De intricata synonymia hujus generis et *Periconiæ* cfr. Mich. II. p. 24, in nota.

I. *Ligni-corticicolæ.*

1. **Sporocybe Berlesiana** Sacc. et Roum. Reliq. Libert. IV, pag. 13, tab. 46, fig. 57. — Effusa, setulosa, olivaceo-fusca; stipitibus teretibus, rigidulis, $^1/_2$–$^3/_4$ mm. altis, ex hyphis filiformibus compositis, apice capitati-conidiophoris; conidiis ex hypharum apice oriundis elliptico-ovoideis, 8–9 μ 4, 1-guttatis, fuligineis. 2865

   Hab. in corticibus et ramentis putridis, in Arduennis (Libert).

2. **Sporocybe corticalis** (C. et P.) Sacc. *Periconia corticalis* C. et Peck Rep. St. Mus. N. Y. — Sparsa, nigra; stipite erecto, rigido, ex hyphis gracilibus, septatis, filiformibus composito; capitulo subgloboso; conidiis minutis, globosis, 3 μ. diam. 2866

   Hab. in cortice Thujæ occidentalis. Adirondack Am. bor.

3. **Sporocybe truncata** (C. et P.) Sacc. *Periconia truncata* C. et Peck Rep. St. Mus. — Sparsa, nigra; stipite crassiusculo, ex hyphis filiformibus, parce coalitis, septatis composito; capitulo expanso, truncato; conidiis ellipticis 2867

   Hab. in ramis Piri Mali. Center Amer. bor.

4. **Sporocybe clavulata** (Ces.) Sacc. *Stilbum clavulatum* Ces. Born. p. 25 nec Mont. — Sparsum; stipite 3–4 mm. alto, cylindraceo, firmo, fusco, $^1/_4$ mm. crasso, in clavulam obovatam abeunte, subcinnamomeam, dimidium mm. longam, compactam; conidiis globosis, 4 μ. diam. nucleo opaco. 2868

   Hab. ad asserculas. Sarawak Borneo.

5. **Sporocybe parasitica** (Peck) Sacc. *Periconia parasitica* Peck 33 Rep. St. Mus. 28. — Stipite gracili, æquali vel leniter conoideo fere 2.25 mm. alto, nigrescente, pruinoso; capitulo minuto, subgloboso castaneo vel nigrescente, conidiis minutis, ellipticis 2869

Hab. in sarmentis putridis Rubi strigosi, Center Amer. bor.

6. **Sporocybe Rhois** (B. et C.) Sacc. *Stilbum Rhois* B. et C. North Amer. Fungi n. 595. — Stipite sursum attenuato cinereo; capitulo nigro subinde prolifero; conidiis oblongis. 2870

Hab. in cortice Rhois copallinæ et R. glabræ in Carolina inferiore, Garrison et Greenbush Amer. bor. — Huc spectat *Periconia Rhois* Schw.

7. **Sporocybe atro-fusca** (Mont.) Sacc. *Stilbum atro-fuscum* Mont. in Berk. Cub. Fungi n. 611. — Stipitibus crassis, fasciculatis, confluentibus, pruinosis, nigris e strato cinereo tomentoso oriundis; capitulis globosis nigris. 2871

Hab. in truncis Citri Limonum in Cuba et Guiana.

8. **Sporocybe macrocephala** (Corda) Sacc. *Cephalotrichum macrocephalum* Corda Ic. fung. I. p. 19, f. 253. — Cæspitulis effusis, fuscis; stipite atro, opaco, supra pallido, fibroso-sulcato, nano, flexuoso, levi; sporophoris longissimis, continuis, pallidis, divergentibus; conidiis numerosis, globosis, verrucosis, fuscis, nucleo obscuriore, 7-8 μ. diam. 2872

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

9. **Sporocybe rigescens** (Link) Sacc. *Cephalotrichum rigescens* Link Sp. pl. Fungi II, p. 111, Nees Syst. fig. 87. — Stipitibus parce fibrillosis, fuscis apice in hyphas contortas conidiis globosis, hyalinis conspersas solutis. 2873

Hab. ad truncos cæsos agri Rostock Germaniæ (Link). — Var. **herbicola**. Sacc. Cfr. Corda Ic. fung. I, p. 19, 254: capitulo subgloboso; hyphis sporigeris albis; conidiis globosis, fuscis, guttulatis. In culmis et caulibus in Bohemia.

10. **Sporocybe macularis** (Schw.) Sacc. *Periconia macularis* Schw. Syn. Amer. bor. n. 3050. — Stipitibus densissime in maculam aggregatis, simplicibus, aterrimis; conidiis in capitulum subovale compactum, tenue, deciduum nigrum et subfuscescens collectis et circum circa copiose sparsis. 2874

Hab. ad ligna putrescentia, Salem et Bethlehem Amer. bor. — Huc citanda ex auctore *Periconia lichenosa* Schw. Syn. Carol. 1287, nec Tode.

11. **Sporocybe inquinans** (Schw.) Sacc. *Stilbum inquinans* Schw. 2875

Syn. Amer. bor. n. 2723. — Longe lateque effusa, in aggeres magnos aut acervos unciales accumulata, atro-inquinans, crassa; stipitibus longis, bilinearibus, subulatis, rigidis, fragilibus aterrimis; capitulis globosis, nigris, obscuris deciduis.

Hab. super ramos et dejectamenta effusum. Bethlehem Am. bor.

12. **Sporocybe bulbosa** (Schw.) Sacc. *Periconia bulbosa* Schw. Syn. Amer. bor. n. 3051. — Gregibus vastis, longe lateque aggregata; conidiis simplicibus, longiusculis, nigro-cinereis, strictis aut flexuosis, ex bulbo sphæriæmorpho basilari; capitulo turbinato, deciduo, subfuscescente 2876

Hab. in stipitibus minoribus ac majoribus, Bethlehem in America boreali.

II. *Caulicolæ* (plerumque).

13. **Sporocybe byssoides** (Pers.) Bon. Handb. p. 138. f. 217. Sacc. F. ital. t. 941. *Periconia byssoides* Pers. Syn. p. 686. — Stipitibus gregarius subulatis, 1 mm. altis, rigidis, cinereo-nigricantibus, e basi compacta conformi prodeuntibus; capitulis minutis nigro-olivaceis; sporophoris pallidioribus divergentibus; conidiis obovatis 4-6 = 3-4, olivaceis, 1-guttatis. 2877

Hab. ad caules plantarum elatiorum in ramis Hederæ, Buxi etc. in Germania, Italia, Gallia.

14. **Sporocybe brassicæcola** (B. et Br.) Sacc. *Periconia brassicæcola* B. et Br. in Amer. Nat. Hist. n. 1452, t. *i*, fig. 3. — Stipite nigro; capitulo globoso, primum griseo, dein nigro; conidiis cinereis non vel utrinque leniter attenuatis, 5-10 *μ*. longis. 2878

Hab. in interiore caulium putridorum Brassicæ oleraceæ cæspitulos densos efformans. Batheaston Britanniæ.

15. **Sporocybe cuneifera** (B. et Br.) Sacc. *Stilbum cuneiferum* B. et Br. Ann. N. H. n. 1451, t. I, f. 2. — Stipite sursum attenuato, simplici vel parce diviso ex hyphis sursum liberis infra compactis constante; capitulo ovato; conidiis obverse cuneatis, pallide chlorino-brunneis, 10-11 *μ*. longis. 2879

Hab. in caule putri Brassicæ, Batheaston Britanniæ.

16. **Sporocybe tessulata** Sacc. Mich. II, p. 299, F. ital. t. 940. — Gregaria, setuliformis, atra; stipitibus bacillaribus erectis, ex hyphis pluribus fuligineis compositis, 400 = 40; hyphis apice relaxatis pallidioribus sporigerisque; conidiis capitato-congestis, obtuse cuboideis, 5-6 = 4, basi minutissime apiculatis, intus dilute fuscis, extremitatibus subdiaphanis. 2880

Hab. in caulibus Dianthi Armeriæ in silva Monteilo Italiæ bor. — Conidiis distincte *cuboideis* facile distinguenda species.

17. **Sporocybe aterrima** (Rabh.) Sacc. *Periconia aterrima* Rabenh. D. C. Fl. n. 1078. — Cæspitulis tenuibus, atris, subnitentibus; stipitibus crebris, subulatis, e basi bulbosa sensim attenuatis, rectis, robustis, clatis, impellucidis, nigris; capitulis globoso-ovatis, nigris; conidiis pellucidis, griseo-nigris, basi apiculatis, apice depressis. 2881

Hab. in caulibus siccis Artemisiæ camphoratæ prope Trieste.

18. **Sporocybe setosa** (Wallr.) Sacc. *Periconia setosa* (Wallr.) Rabenh. D. C. Fl. n. 1072, *Stilbum setosum* Wallr Fl. crypt. n. 2069. — Stipitibus setosis, erectis, nigris, rigidis dein fasciculatis, tortuosis; capitulo cylindrico, elongato, tenui, conidiis nigris conglobatis obsesso. 2882

Hab. ad Georginæ caules putres in Thuringia (Wallr).

19. **Sporocybe brevipes** (Wallr.) Sacc. *Stilbum brevipes* Wallr. Fl. crypt. n. 2050. — Stipitibus robustis, brevibus, sparsis vel confertissimis opacis nigris; capitulo majusculo sphærico violaceo-fusco ex conidiis conglobatis diu persistentibus pulverulento inquinante. 2883

Hab. ad Campanulam Medium putrescentem hortorum in Thuringia auctumno sero. — Habitus *Dendryphii comosi*. Hyphæ stipitiformes greges longe excurrentes densas stipatas fuscas mentiuntur et longitudine et dispositione variant.

20. **Sporocybe fasciculata** (Schw.) Sacc. *Periconia fasciculata* Schw. Syn. Amer. bor. n. 3049. — In maculam epidermide denudatam aggregata; stipitibus aterrimis rigescentibus, basi fasciculatim junctis; capitulis ex aggregatione conidiorum, nigris subclavatis, compactiusculis sed facillime deciduis. 2884

Hab. non infrequens in caulibus et stipitibus, Salem et Bethlehem Amer. bor.

21. **Sporocybe calycioides** Fr. S. M. III. p. 342, *Periconia calycioides* (Fr.) Berk Outl. p. 343. — Nigra, 4 mm. alta; mycelio effuso, maculiformi; capitulo globuloso compacto; stipite gracili, subulato, nunc striato nunc flexuoso. 2885

Hab. in truncis Fagi et caulibus herbaceis emortuis in Suecia, Britannia et Belgio; in cortice Populi angulatæ in Carol. infer. — Conidia in specimimbus americanis limoniformia 10 μ. longa.

III. *Folii-fructicolæ.*

22. **Sporocybe Azaleæ** (Peck) Sacc. *Periconia Azaleæ* Peck 25 Rep. p. 93. — Minuta, $^3/_4$-1 mm. alta, nigra: stipite leniter conoideo: capitulo globoso; conidiis subglobosis vel ellipticis 5-7 μ. longis coloratis. 2886

Hab. in capsulis, gallis et sarmentis Azaleæ nudifloræ, New Scotland Amer. bor.

23. **Sporocybe gracilis** (Schw.) Sacc. *Periconia gracilis* Schw. Syn. Amer. bor. n. 3048. — Minutissima, sparse crescens: stipite subulato, gracili, nigro; conidiis fusco-brunneis in capitulum globosum collectis caducis. 2887

Hab. in putridis capsulis Staphyleæ. Bethlehem Amer. bor. 2888

24. **Sporocybe aspergilloidos** Speg. in Sacc. Mich. I, p. 476 (sub graphio). — Stipitibus cylindraceis, longiusculis, 150-200 = 20-30, atro-fuligineis, compositis, apice ex hyphis undique divergentibus subgloboso-capitatis; hyphis fasciculatis, fuliginois, fertilibus in apicem nodulosum, denticulatum desinentibus; conidiis e denticulis hypharum oriundis, elliptico-ovoideis vel oblongo-ellipticis, 6-10 = 3-4, dilute fuligineis.

Hab. in pagina inferiore foliorum putrescentium Sorbi Torminalis, Conegliano Ital. bor. rarius.

25. **Sporocybe concentrica** (Schw.) Sacc. *Coremium concentricum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2693, *Dematium Penicillus* Schw. Syn. Car. n. 1330, *Actinocladium Penicillus* Fr. S. M. III, p. 352. — In maculis cinereo-nigrescentibus foliorum semivivorum, concentrice disposita; fasciculis hypharum nigrarum, basi coalitarum et quasi pseudo-bulbum efficientium, apice penicillatim divergentibus parum elevatis: conidiis nigris satis frequentibus. 2889

Hab. in pagina aversa foliorum Lauri æstivalis, Salem. Bethlehem Amer. bor.

26. **Sporocybe epiphylla** (Schw.) Sacc. *Periconia epiphylla* Schw. Syn. Amer. bor. n. 3047. — Sparsa, pluribus tamen approximatis: stipite breviusculo, superne attenuato, nigro; capitulo pro ratione magno, fusco, globoso; conidiis nigris densim inspersis. 2890

Hab. in variis foliis dejectis, Bethlehem Amer. bor.

27. **Sporocybe atra** (Desm.) Sacc. *Graphium atrum* Desm. XVI Not. p. 343 (1848). — Atra, sparsa vel gregaria minima, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. alta, stipite erecto, opaco rigidulo; capitulo ovoideo, sporophoris 2891

conidiorum curtis et hyalinis circumdato; conidiis oblongis, subfusiformibus, olivaceis, 10–12 μ. longis.

Hab. in foliis siccis Holci mollis et Festucæ in locis siccis et aridis Galliæ et Belgii.

28. **Sporocybe rhopaloides** Sacc. et Roum. in Sacc. Mich. II, p. 643. — Laxe gregaria, setuliformis, atra; stipitibus e basi incrassata tereti-clavatis, 300 ≈ 40, ex hyphis filiformibus fuligineis constantibus, sursum conidiophoris; conidiis ovato-clavatis, 8 ≈ 3½, olivaceis ex apice subhyalino hypharum oriundis. 2892

Hab. in foliis Cynosuri in Arduennis (Libert).

IV. Fungicolæ et terricolæ.

29. **Sporocybe sphærophila** (Peck) Sacc. *Periconia sphærophila* Peck 34 Rep. St. Mus. 50, tab. II, fig. 17–20. — Stipite gracili, cylindraceo, fere ¾–1 mm. alto, nigro, ostiolum rostratum *Ceratostomatis* simulante, conidiis paucis, laxis, vix capitulum formantibus subglobosis vel late ellipticis, 8–9 μ. longis. 2893

Hab. in peritheciis Plowrightiæ morbosæ in montibus Adirondack Amer. bor.

30 **Sporocybe Phillipsii** (B. et Leight.) Sacc. *Periconia Phillipsii* B. et Leight. Annal. Nat. Hist. n. 1453, Phill. in Grev. IV, tab. 42, fig. 1. — Minuta; stipite erecto, cylindrico atro; capitulo globoso; conidiis globosis, 7–10 μ. diam. verrucosis, fuscis. 2894

Hab. ad terram udam, socio *Thelocarpo superello*, Trefriw, North Wales Britanniæ. — Habitus *Sphinctrinæ*.

GRAPHIUM Corda Ic. fung. I, p. 18, Sacc. Mich. II, p. 33 (Etym. *graphis* penicillus), *Ceratopodium*, *Stilbum*, *Pachnocybe*, *Cephalotrichum* Auct. ex p. — Stroma cylindraceo-clavatum vel capitatum, fuscum, rigidulum; hyphis sursum relaxatis pallidioribus sporiferis. Conidia ovoidea vel oblonga, hyalina sæpe primitus muco obvoluta. — Mens erat ab hoc vasto genere sejungere (sub titulo *Pachnocybe*) species stipitibus subulatis, levibus, a capitulo discretis præditas; sed, ob species multas adhuc imperfecte descriptas, propositum in præsenti aggredi non licet.

I. *Eu-Graphium.*

Capitula albida vel glaucescentia.

A) In ligno et ramis corticibusque lignosis.

1. **Graphium penicillioides** Corda Ic. fung. I, p. 18, t. V, fig. 251, Sacc. F. ital. t. 16, Mich. I, p. 77. — Stipitibus sparsis, atris, bre- 2895

vibus, sursum dilatatis, ex hyphis fuligineis fasciculatis compositis; conidiis in hypharum apice pallidiore insertis, oblongo-cylindraceis, minutissimis 4–5 = 1–1/2, hyalinis.

Hab. sub cortice ramulorum Populi nigræ putrescente, Selva Ital. bor., et in ligno populino, Prag in Bohemia. — Var. **Ungeri** Sacc. Cfr. Unger Nadelh. Fadenpilz, in Bot. Zeit. 1847, p. 250, t. IV. fig. 5: stipitibus ex hyphis filiformibus, septatis, hyalinis fuscisque intermixtis, conidiis breve cylindraceis, utrinque obtusis, 3–4 = 1.5 hyalinis. In ligno pineo, sociâ *Chalarâ Ungeri*, in Austria.

2. **Graphium stilboideum** Corda Ic. II. fig. 69, Sacc. F. ital. tab. 14, Mich. I p. 77. — Gregarium, vix 2 mm. altum; stipitibus prælongis ex hyphis fuligineis constantibus, filiformibus, apice in capitulum subrotundo-discoideum pallidum expansis; conidiis ex hypharum apice oriundis oblongo-ellipsoideis, 6 = 3, hyalinis. 2896

Hab. in ramulis Robiniæ Pseudacaciæ, Selva Ital. bor., in ramulis, sociâ *Torulâ herbarum*, in Bohemia, et in caulibus Brassicæ in Britannia.

3. **Graphium rigidum** (Pers.) Sacc. *Stilbum rigidum* Pers. in Uster Annal. I, p. 32, t. 2, f. 2 et Syn. p. 680, Sturm D. C. Fl. t. 59. — Stipitibus gregariis, robustis, rigidis, olivaceo-nigrescentibus fragilibus, a basi crassiore inde subuliformibus; capitulo primum aquoso lacteo, dein compacto cinereo, facile deciduo. 2897

Hab. ad truncos putres in Germania, Bohemia, Britannia, America bor. — Sec. Bonordem *Graphium stilboideum* Corda ab hoc non differt; de quo vero dubitandum.

4. **Graphium Desmazieri** Sacc. in Syll. I, p. 254, F. ital. t. 394. — Setoso-velutinum, fuligineum; stipitibus erectis, 450 = 40, ex hyphis pluribus septulatis fuscis conflatum; hyphis superioribus expanso-paniculatis, ramulosis, subhyalinis, ramulis minute flexuoso-denticulatis conidiophoris; conidiis ovoideis, 3–4 = 2 1/2, hyalinis. 2898

Hab. in basi putrescente trunci Philadelphi, Betulæ, Cornii etc. in Britannia, Gallia, Italia.

5. **Graphium fissum** Preuss F. Hoyersw. n. 113. — Gregarium, minutum; stipite erecto, subulato, atro-opaco, e cellulis elongatis superstructis composito, sæpe fisso seu facile fisso; capitulo conidiorum glutinoso cinereo; sporophoris conidiorum ramosis albidis; conidiis ovato-rotundatis, pellucidis. 2899

Hab. in truncis putridis arborum frondosarum, Pinka prope Hoyerswerda. — Var. **Dulcamaræ** Sacc. Cfr. Mich. I, p. 77 et F. it. t. 16: stipitibus cylindraceis quandoque fissis sursum attenuatis,

apice ex hyphis divergentibus dilatato-capitatis; hyphis fasciculatis fuligineis, fertilibus in apicem patulum, hyalinum denticulatum desinentibus: conidiis e denticulis oriundis oblongis deorsum acutatis, 7-8 ≃ 2½, hyalinis. In ramulis Solani Dulcamaræ, Vittorio Ital. bor., et Meliæ Azedarach, S. José de Flores Argentinæ. — A diagnosi Preussii recedit hyphis fertilibus non vere ramosis: an ergo diversum?

6. **Graphium leucocephalum** (B. et C.) Sacc. *Stilbum leucocephalum* B. et C. North Amer. Fungi n. 596. — Stipite elongato, nigro, basi subincrassato, granulato; capitulo elliptico, candido, hispidulo; conidiis subglobosis vel breve ellipticis. 2900

Hab. in cortice Caryæ in Carolina inferiore Amer. bor.

7. **Graphium eumorphum** Sacc. Mich. II, p. 560 *(Sporocybe)*, F. ital. t. 942. — Gregarium, aciculiforme; stipitibus teretibus, 350-150 ≃ 20-40, erectis, fuligineis, rigidulis, ex hyphis pluribus compositis, sursum in sporophora varie ramosa filiformia, 18 ≃ 1 subhyalina desinentibus; conidiis in sporophororum apice capitato-congestis, obovatis, 2-guttatis, 6-8 ≃ 3.5-4,5, glaucescentibus, capitulum globosum fusco-glaucum, 100-120 μ. diam. efficientibus. 2901

Hab. in ligno fabrefacto putri, Padova Ital. bor.

8. **Graphium flexuosum** (Massee) Sacc. *Stilbum flexuosum* Massee New Micro-fungi p. 2, fig. 1-3. — Gregarium, nigricans; capitulo clavato dein subgloboso, levi; stipite longo filiformi subinde flexuoso vel geniculato, basi leniter incrassato ex hyphis septatis, brunneis conflato; conidiis subglobosis, hyalinis, ex hyphis plurifurcatis hyalinis nascentibus, 2,5 μ. d. 2902

Hab. in lignis putridis, Scarborugh Britanniæ.

9. **Graphium explicatum** B. et C. North Amer. Fungi n. 620. — Atrum gregarium; hyphis stipitis sursum explicatis: conidiis globosis pallidioribus glomerulatis. 2903

Hab. in ramis Quercus Catesbæ et Quinigræ in Carolina inferiore.

10. **Graphium giganteum** (Peck) Sacc. *Graphium giganteum* Peck Rep. St. Mus. N. Y. t. III, fig. 7-9. — Stipite firmo, crasso, nigro, æquali vel sursum leniter attenuato, solitario vel cæspitoso, 6-10 mm. alto; capitulo subgloboso, molli, viscido, albido; conidiis ellipsoideis minutis, 2-3 μ. longis. 2904

Hab. in lignis putridis, Buffalo Amer. bor. (Clinton).

11. **Graphium aterrimum** (Welw. et Curr.) Sacc. *Stilbum aterrimum* Welw. et Curr. Fung. Angol. pag. 291. — Minutum, erumpens. 2905

cæspitosum, totum aterrimum; capitulo obovato vel clavæformi; stipite complanato; conidiis ovalibus, hyalinis, 5 μ. longis.

Hab. in rimulis corticum vetustorum arborum putrescentium generis Fici, in silvis ad Quibongo, Golungo alto Angolæ.

12. **Graphium cinerellum** Speg. in Thüm. Pilze des Weinst. p. 55. — Dense gregarium, griseum; stipitibus cylindraceis, atro-fuligineis, compositis, sursum parce dilatatis, vertice rotundatis, ex hyphis divergentibus undique villosulis; hyphis fertilibus in apicem hyalinum desinentibus; conidiis ellipticis vel ellipsoideo-ovatis, hyalinis, biguttulatis. 2906

Hab. in ramulis emortuis Vitis viniferæ, Conegliano Ital. bor. cum *Valsa Vitis*.

13. **Graphium ceratostomoides** Speg. Fungi Arg. Pug. III, n. 158. — Stipitibus densiuscule sparsis, cylindraceis, rectis, compositis, 150-250 ≈ 10-15, e basi bulboso-peritheciiformi exsurgentibus, atris, apice ex hyphis paullo divergentibus denticulato-laciniatis; hyphis fusco-olivaceis, cylindraceis, fasciculatis, fertilibus in apicem patulum, hyalinum denticulatum desinentibus; conidiis e denticulis oriundis, ellipticis vel ovoideis, utrinque 1-guttulatis, sursum obtusis, deorsum acutato-angulosis, hyalinis, 5-6 ≈ 2-2,5. 2907

Hab. in ramo putri salicino decorticato, en la Boca del Riachuelo.

14. **Graphium clavæforme** Preuss F. Hoyersw. n. 112. — Solitarium, gregarium, album, clavæforme; stipite brevi, sæpe capitulo turbinato; hyphis sporophoris simplicibus, albidis, continuis brevibus; conidiis ovato-oblongis pellucidis. 2908

Hab. in truncis semiputridis silvarum prope Hoyerswerda.

15. **Graphium Clavula** (B. et Br.) Sacc. *Stilbum Clavula* B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 870. — Clavatum, intus cellulosum, e materie nigra oriundum, sursum cinereum, deorsum nigrum; conidiis oblongis obtusis, 12,5 μ. long. 2909

Hab. in corticibus in Ceylon.

16. **Graphium subulatum** (Nees) Sacc. *Periconia subulata* Nees in Act. Leop. IX, t. V, f. 8, *Doratomyces Neesii* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 30. — Stipitibus sparsis, rigidulis, 2-4 mm. altis, subulatis, nigris; capitulo elongato, cylindrico, fusoideo, acuto, cinereo; conidiis globulosis, hyalinis. 2910

Hab. ad glandes quercinas truncosque putres in Germania, Britannia, Carolina austr. — Stipes ex hyphis densis, subinde relaxatis compositus.

17. **Graphium Grovei** Sacc. *Pachnocybe clavulata* Grove in litt. et New or Notew. Fungi II, p. 14, t. 256, f. 10. — Stipitibus subgregariis, erectis, 300-500 μ. altis, rigidis, filiformibus, fusco-nitidis, infra denigratis; capitulo stipitem æquante v. parum superante, eoque etiam paullulo crassiore, clavulato, obtuso v. acutiusculo, nunquam subulato, conidiis rotundatis vel ovalibus, minutissimis, 2 μ. cr., hyalinis pruinato. 2911

Hab. in ligno decorticato emortuo, Hampton-in-Arden Britanniæ.

18. **Graphium Passerinii** Sacc. *Graphium subulatum* Pass. et Beltr. F. Sic. n. 33 (nec Nees). — Stipitibus setiformibus, erectis, fuscis, ex hyphis fasciculatis, gradatim longioribus et apice libero conidiophoris, formatis; conidiis exiguis, ovato-oblongis, integris, hyalinis. 2912

Hab. ad ramos aridos corticatos Rubi, Monostalla Siciliæ.

19. **Graphium chlorocephalum** (Speg.) Sacc. *Sporocybe? chlorocephala* Speg. Fungi Arg. Pug. IV, n. 349. — Stipitibus teretibus, erectis, stromate tenuissimo, plus minusve manifesto, per matricem serpente, atro exsurgentibus, deorsum crassioribus, sursum gradatim tenuioribus, dense gregariis et non rarius subconfluentibus vel cæspitosis, atris, subnitidis, setiformibus, rigidulis, udis flexilibus, siccis fragilibus, majusculis, 4-6 ≂ 0,2-0,4 mm. desinentibus in capitulum acrogenum, unicum, parvulum, 0,3-0,5 mm. diam., in sicco globosum, inferne depresso-umbilicatum, compactiusculum, jove pluvio tumescens, gelatino-fluxile pallide et amœne virescens v. virescenti-aureum, ex sporophoris dense constipatis, filiformibus, 60-70 ≂ 1, continuis, hyalinis compositum; conidiis minutis, 2 ≂ 1-1,5, ellipticis v. elliptico-globosis, 1 v. 2-guttulatis, acrogenis (an catenulatis?), hyalinis. 2913

Hab. in disco trunci cæsi ac putrescentis Salicis humboldtianæ, in uliginosis nemorosis, Recoleta. — Species dubia, a genere *Sporocybe* Fr. satis abhorrens, potius generi *Antromyceti* Fres. affinior.

20. **Graphium socium** Sacc. *Peziza Stilbi* st. conidioph. Fuck. Symb. pag. 294. — Hyphis erectis, fertilibus brevioribus, atris, 107 μ. altis, apice capitulum brevissime ramosum, conidiferum, album gerentibus; conidiis cylindraceis, subcurvatis, 4 ≂ 2. 2914

Hab. in ligno putri Carpini Betuli in Rhenogovia.

21. **Graphium Stevensonii** (B. et Br.) Sacc. *Stilbum Stevensonii* B. et Br. Ann. N. H. n. 1713. — Sparsum; stipite brevissimo, nigro; capitulo candido, globoso; conidiis perexiguis, globosis. 2915

Hab. in ligno putri, Glamis Britanniæ. — Habitus *Didymii.*

22. **Graphium obsoletum** Sacc. *Stilbum graphiodeum* B. et Br. F. of Ceyl. n. 871. — Nigrum; capitulo globoso basi in stipitem contracto; conidiis minutis, oblongis. 2916

Hab. ad lignum. Ceylon (herb. Berk.), ad Pedrotallagalla insulæ Ceylon (Beccari). — Specimina Beccariana dubia ex Cesati.

23. **Graphium strictum** Preuss F. Hoyersw. n. 115. — Cæspitulis minutissimis, punctiformibus, atris; stipite simplici vel connato, levi, atro, impellucido, apice pallido et penicillatim diviso; sporophoris rectis albidis, simplicibus; capitulo conidiorum glutinoso, albido; conidiis ovatis, albis, diaphanis. 2917

Hab. in ligno putrido. Hoyerswerda.

24. **Graphium pusillum** (Wallr.) Sacc. *Stilbum pusillum* Wallr. Fl. crypt. n. 2051. — Stipitibus brevibus sparsis e basi incrassata sensim attenuatis, nigricantibus; capitulo majusculo hemisphærico, primum argenteo dein fusco-cinerescente, ex conidiis conglobatis persistentibus composito. 2918

Hab. ad ramulos decorticatos Sambuci nigræ passim in Germania. — *Calycii pusilli* habitum exacte reddit.

25. **Graphium Phycomyces** (Auersw.) Sacc. *Hantzschia Phycomyces* Auersw. Hedw. 1862, p. 60, t. XI, Bot. Zeit. 1862, p. 198. — Stipitibus erectis, cylindraceis, fuscis, apice in filamenta angustissima hyalina longa divergentia abeuntibus capitulumque obpiriforme formantibus, basi subincrassatis radiculigeris; conidiis in apice filamentorum nascentibus ellipsoideis, hyalinis, minutis, initio conglutinatis, 3-4 μ. longis. 2919

Hab. in lignis latas plagas formans, in cryptis, socio *Rhacodio cellari*, in Germania. — «Ex icone *Graphium* omnino mihi videtur, etsi stipes deorsum ex hypha simplici septata formatus delineetur».

26. **Graphium pruinosipes** (Peck) Sacc. *Stilbum pruinosipes* Peck 33 Rep. St. Mus. p. 28. — Stipitibus gracilibus, æqualibus vel sursum leniter conicis circiter 2 mm. altis, pruinosis, atris; capitulo parvo, subgloboso, castaneo vel nigrescente; conidiis minutissimis, ellipticis. 2920

Hab. in ramulis emortuis Bubi strigosi, Center Amer. bor. — «An *Sporocybe?*».

27. **Graphium tenuissimum** Corda Ic. fung. I, p. 19, t. V, f. 252. — Effusum, tenuissimum, pallide-fuscum; stipite simplici, recto, filiformi, ad basim dilatato, fusco, semipellucido; capitulo subgloboso 2921

luteo; sporophoris strictis, concoloribus, tenuissimis; conidiis subacutis albis, 4-4,5 μ. long.

Hab. in ligno Fagi, in Bohemia. — Ex icone stipites viderentur deorsum ex hypha simplici compositi, sursum vero in filamenta tenuissima divisi; forte ex errore figuræ.

28. **Graphium pistillare** (Lév.) Sacc. *Stilbum pistillare* Lév. in Ann. Sc. Nat. 1845, p. 68. — Fasciculare; stipitibus simplicibus subcylindricis, 4-6 mm. altis, scruposis elongatis, nigris; capitulis globoso-ovatis demum concoloribus, sporophoris capillaribus fasciculatis; conidiis ellipsoideis, hyalinis 2922

Hab. ad truncos in insula Java

β) In caulibus, foliis, culmis, fructibus, fungis etc.

29. **Graphium glaucum** Preuss F. Hoyersw. n. 114. — Gregarium minutum; stipite erecto simplici fibroso-celluloso, basi dilatato atrofusco; capitulo conidiorum glauco; sporophoris longis pendulis; conidiis ovoideis, pellucidis, glaucis, levibus, nucleatis. 2923

Hab. in caulibus herbarum majorum putrescentibus, Pinka, Hoyerswerda. — ***Gr. Umbellatarum** Ces. in Kl. H. M. n. 1750, Bot. Zeit. 1853, p. 237. In Umbelliferis, Vercelli Ital. bor. — Species dubia, ut *G. glauco* Preuss affinis indicata.

30. **Graphium verticillatum** Speg. Fungi Arg. Pug. IV, n. 351. — Cæspitulis majusculis, 2-2.5 mm. altis, 1 mm. crassis, turbinatis, superficialibus, matrici cinereo-nigrificatæ insidentibus, laxe gregariis vel sparsis; stipitibus atro-olivaceis, basi sæpius confluentibus vel basi connatis, apice divergentibus, ex hyphis cylindraceis, parce septatis, fusco-fumosis, 5 μ. crassis, dense coalitis compositis, antice ex apice hypharum undique divergentibus tomentosulis; hyphis fertilibus (seu apicibus hypharum sterilium) basi vage ramosis, ramis pluries verticillato-ramulosis; ramulis extremis sæpius simplicibus, dense noduloso-denticulatis; conidiis sphæricis vel ovoideis, ex denticulis ramulorum oriundis, 3-4 = 2.5-3, hyalinis. 2924

Hab. in caulibus putrescentibus dejectis Conii maculati, Bañado de San José de Flores Argentinæ.

31. **Graphium leucocephalum** (Wallr.) Sacc. *Coremium leucocephalum* Wallr. Fl. crypt. n. 2072. — Hyphis stipitiformibus gracilissimis, brevibus, in fasciculos penicilliformes junctis, primum candidis, dein aeneis, demum nigris, nitidis, stipatis, e basi congestæ 2925

diffusis, apice in floccos brevissimos hyalinos candidos, conidiis concoloribus in capitulum minutissimum album dein griseum congestis tectos persistentes finientibus.

Hab. ad Campanulam Medium putrescentem, in *Stilbi brevipedis* consortio. — Pro varia ætate habitum et colorem varium obtinet et nonnisi hyphis apice penicillatim fissis sterilibus occurrit. Wallr. l. c.

32. **Graphium griseum** (Berk.) Sacc. *Pachnocybe grisea* Berk. Engl. Fl. V, p. 334, *Periconia discolor* Corda Ic. fung. III, p. 13, f. 38. — Dense gregarium, velutino-farinosum, abbreviatum; stipite nigricante fibroso, vix 2 mm. alto; capitulo globuloso, majusculo, griseo demum nigricante, globoso; conidiis griseolis, ellipsoideis, 1-guttatis. 2926

Hab. in caulibus Malvarum, Prag Bohemiæ, et in caulibus herbarum putrescentibus in Britannia.

33. **Graphium glaucocephalum** (Corda) Sacc. *Sporocybe glaucocephala* (Corda) Bon. Handb. p. 138, *Periconia glaucocephala* Corda Ic. fung. III, p. 13, f. 37. — Cæspitulis tenuibus, farinosis, glaucescentibus, subinconspicuis; stipite brevi, tenui, glabro, atro-fusco, opaco; hyphis conidiophoris, apice clavulatis, relaxatis; capitulis conidiorum sphæricis, magnis, glaucis; conidiis ovatis, hyalino-luteolis, nucleatis. 2927

Hab. in caulibus Urticæ etc. putridis, Prag Bohemiæ, et in tela putri in Britannia.

34. **Graphium piliforme** (Pers.) Sacc. *Stilbum piliforme* Pers. Syn. p. 581, Corda Ic. fung. III, p. 13, f. 41. — Stipitibus gregariis, strictis, nigris glabris; capitulo sphærico, hyalino, fugacissimo; conidiis hyalinis, ovoideis, oblongis, subcylindricis initio conglutinatis. 2928

Hab. ad herbas ramosque putres in Germania, Britannia, Bohemia et America bor.

35. **Graphium nanum** (Ehr.) Sacc. *Stilbum nanum* (Ehr.) Spr. *Periconia nana* Ehr. Syl. Berol. p. 13. — Hyphis stipitiformibus nigris, cinereo-pruinosis; capitulo cylindrico, argenteo. 2929

Hab. ad strobilos Pini Strobi (Ehrenberg). — Teste Friesio, var. *Stysani Stemonitis;* conidia ergo catenulata?

36. **Graphium gracile** Peck 34 Rep. St. Mus. p. 50, t. I. f. 11-13. — Maculis latis irregularibus, rufo-brunneis; stipitibus hypophyllis, tenuibus, sursum attenuatis, nigro-brunneis; hyphis sursum relaxatis divergentibus, nodulosis, hyalinis, raro ramulosis; conidiis oblongis, hyalinis, 12-25 = 5-6,5, subinde biguttulatis. 2930

Hab. in foliis vivis Rubi strigosi, Catskill Mts. Amer. bor.

37. **Graphium nigrum** (Berk.) Sacc. *Stilbum nigrum* Berk. Engl. Fl. V, p. 330. — Stipitibus brevibus, vix 1 mm. altis, sordide nigris, apice truncatis; capitulis ovatis v. subglobosis, granulatis; conidiis subcylindricis, minutis copiosis. 2931

Hab. in culmo putrido Eriophori in Britannia.

38. **Graphium coryneoides** (Ell. et Ev.) Sacc. *Stilbum coryneoides* Ell. et Ev. Journ. Mycol. I, p. 153. — Stipite tenui, flexuoso, nigricante, pruina glauca consperso, fibroso, sursum tenuiter diviso et in capitulum sphæricum, carneum, $^1/_4$-$^1/_2$ mm. diam., desinente; conidiis conglutinatis, oblongo-ovoideis vel ellipsoideis, 4-5 ≃ 2,5. 2932

Hab. in Hypoxylo tinctore, Louisiana Amer. bor. (A. B. Langlais).

39. **Graphium clavulatum** (Mont.) Sacc. *Stilbum clavulatum* Mont. Cent. III, n. 50, in Ann. 2, XVIII (1842), p. 248, et Syll. crypt. n. 1081. — Gregarium; capitulo olivæformi carneo; stipite longiusculo, nigrescente primo albo-farinaceo; conidiis oblongis, 7-8 μ. longis. 2933

Hab. e cortice erumpens, ad Surinam (Splitgerber), in Cuba (teste Berk.).

40. **Graphium pelitnopus** (Corda) Sacc. *Stilbum pelitnopus* Corda Ic. fung. III, pag. 13, fig. 42. — Cæspitulis minutissimis, sparsis; stipite longo, subæquali, fibroso, fibris sursum expansis, cervino; capitulo hemisphærico albo; conidiis minutis ovatis, albis, 4-6 μ. longis, guttula laterali. 2934

Hab. ad Sphæriaceas et Tuberculariam in fructibus putridis Æsculi parasiticas, Prag Bohemiæ.

II. *Chromocephalum* Sacc.

Capitula læte colorata.

41. **Graphium xanthocephalum** (Ditm.) Sacc. *Stilbum xanthocephalum* Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 60. — Stipitibus tenuibus, nigrescentibus, rigidis, gregariis; capitulo globoso fulvo. 2935

Hab. ad truncos putridos in Germania.

42. **Graphium typhinum** (Wallr.) Sacc. *Stilbum typhinum* Wallr. Fl. crypt. n. 2071. — Stipitibus setosis, rigidulis, distinctis, simplicissimis erectis, sparsis, sensim tenuatis, nigro-fuscis; capitulo elongato cylindrico cinerescente, ex ovatis pellucidis dense conglobato. 2936

Hab. ad dolia acetaria vacua in Thuringia (Wallr.)

43. **Graphium anomalum** (Berk.) Sacc. *Stilbum anomalum* Berk. 2937
Mag. Zool. Bot. n. 34, t. III, f. 9. — Minutum, vix 1 mm. altum; capitulo subgloboso, flavo; stipite atro, sursum flavo, plerumque levi, subinde leniter basi floccoso, apice (conidiis elapsis) disciformi-truncato; conidiis subfusiformibus.

Hab. in ramulis emortuis, King's Cliffe Britanniæ. — Habitus *G. xanthocephali*, sed conidia aliena.

44. **Graphium flavo-virens** (A. et S.) Sacc. *Periconia flavo-virens* 2939
Alb. et Schw. Lus. p. 357, t. IV, f. 7, *Cephalotrichum flavo-virens* (A. et S.) Nees Syst. f. 87. — Stipitibus striatulis, basi incrassatis, rigidis, persistensibus a basi saturatiore inde virentibus; capitulo oblongo, viridissimo.

Hab. ad folia dejecta betulina etc. putrescentia in Germania et Suecia.

45. **Graphium album** (Corda) Sacc. *Ceratopodium album* Corda Ic. 2940
fung. I. p. 20, tab. V, fig. 264. — Stipite recto, subulato, fibroso, atro, supra leniter clavato, dein pileato-expanso, luteo, capitulo conidiorum albo, splendido; conidiis muco obvolutis albis, ovatis, diaphanis.

Hab. in cortice putrido Betulæ albæ prope Reichenberg Bohemiæ. — « Si stipes revera apice pileo fibroso præditus esset genus distinguendum erit, sed species a Corda ut congener citata *(Graphium flavo-virens)* stipite apice non pileato sed acuto instructo est.

46. **Graphium smaragdinum** (A. et S.) *Stilbum smaragdinum* Alb. 2941
et Schw. Consp. Lus. p. 355, t. I, f. 2. — Stipitibus vix 2 mm. altis, gregariis, subcæspitosis, viridibus, rigidis, persistentibus, deorsum nigrescentibus; capitulo obovato, pellucido, smaragdino, demum deciduo.

Hab. ad ligna abietina, faginea etc. putrida in Germania, Suecia et Amer. bor.

47. **Graphium æruginosum** (Desm.) Sacc. *Stilbum æruginosum* Desm. 2942
Obs. crypt. p. 9, t. VI, f. 3, Fries Syst. myc. III. p. 303. — Capitulo globoso, æruginoso; stipite æquali 1,5 mm. alto, rigido, ex albo badio; conidiis æruginosis exacte globosis, creberrimis, exiguis, 6-7 μ. diam.

Hab. in ramis et foliis putridis, locis humidis pr. Lille Galliæ. 2943

48. **Graphium bicolor** (Pers.) Sacc. *Stilbum bicolor* Pers. Syn. p. 682, Fries Syst. myc. III. p. 303, *Stilbum ventricosum* Schum. — Mi-

nutissimum; capitulo subrotundo albido, demum olivacente: stipite firmulo subulato pallido, deorsum olivaceo-fusco.

Hab. ad truncos et varias mucerdas passim in Suecia, Britannia, Gallia, Germania.

III. *Cœlographium* Sacc.

Stipites intus cavi.

49. **Graphium cavipes** (Oudem.) Sacc. *Stilbum cavipes* Oud. Hedw. 1883, n. 4. — Gregarium. 1 mm. circ. altum: stipite setiformi-fusco, basi globoso-incrassato, cavo, parenchymatico, innato, sursum ex hyphis filiformibus fuscis compacto, intus fistuloso; capitulo conidiorum globuloso, nitente lacteo, 70–80 μ. diam.; conidiis ovoideis, hyalinis, 7 = 2.3, muco conglutinatis. 2944

Hab. in fimo cuniculorum; Amsterdam Hollandiæ. — Ob basin inflatam stipitemque fistulosa a genere conspicue desciscit.

HARPOGRAPHIUM Sacc. Mich. II, p. 33 (Etym. *harpe* falx et *Graphium*). — Stromata stipitata, apice capitata vel æqualia, fuliginea, sursum sporophoris relaxatis pallidioribus instructa. Conidia elongata vel falciformia, continua, hyalina.

1. **Harpographium fasciculatum** Sacc. Mich. I, p. 76, II, p. 33, F. it. t. 13. — Gregarium, fuligineum; stipitibus compositis, cylindraceis sursum obtusiuscule attenuatis, quandoque e basi incrassata communi pluribus fasciculatis, undique, præcipue vero sursum, ramulos obliquos subdenticulatos, pallidiores emittentibus; conidiis prope ramulorum apicem insertis cylindraceo-fusoideis, curvulis, utrinque acutis, 15 = 1¾-2-½, hyalinis. 2945

Hab. in ramulis Robiniæ Pseudacaciæ et Rhois, sociâ *Valsâ heteracanthâ* Sacc., cujus ut status macroconidicus haberi potest, Treviso Ital. bor. et Montpellier Galliæ. — Infra ejus stipites quandoque adsunt spermogonia, qualia in «Fungi Veneti» ser. IV, p. 15 descripsi. — Species hæc ad *Graphium Rhizomorpharum* accedit, a quo tamen satis differt.

2. **Harpographium Rhizomorpharum** (Mont.) Sacc. *Graphium Rhizomorpharum* Montagn. VII, Cent. Plant. cell. nouv. p. 343, *Stilbum Rhizomorpharum* Ces. in Hedwigia 1855, n. 10, pag. 70, tab. 10, f. 15. — Sparsum, piliforme; stipite simplici, recto, atro, rigido, opaco, 2-3 mm. alt. apice attenuato, in capitulum ex ovoideo sphæricum, album abeunte; sporophoris divergentibus, hyali- 2946

nis, conidia fusiformia subacuta guttulifera, 15-20 ≃ 1,5 sustinentibus.

Hab. in divisionibus stromatis Rhizomorphæ fragilis in Gallia, Germania, Italia.

3. **Harpographium macrocarpum** (Cord.) Sacc. *Graphium macrocarpum* Cord. Ic. fung. III, p. 13, t. II, f. 40. — Cæspitulis tenuissimis, vix conspicuis, indeterminatis, glaucescentibus; fungillis distantibus; stipite erecto, rigido, subsubulato, nitide-fusco, adiaphano, supra fibroso ramoso, capitulum magnum argenteo-album formante; conidiis crebris, oblongis, basi attenuato-acuminatis, albis, 26-28 μ. long., nucleo irregulariter partito. 2947

Hab. in asseribus putridis dejectis Pini in Rhenogovia: in scandulis ligneis putridis in Bohemia.

4. **Harpographium olivaceum** (Schm.) Sacc. *Stilbum olivaceum* (Schm.) Fr. S. M. III, p. 306, *Atractium olivaceum* Schm. — Fugax, vix ½ mm. altum; stipitibus gracilibus, nigris; capitulo globoso olivaceo; conidiis fusiformibus. 2948

Hab. ad ramos putridos in agro Lipsiensi (Schmidt).

5. **Harpographium cristatum** (Nyl.) Sacc. *Epilithia cristata* Nyl. in Bot. Zeit. 1855, p. 66. — Stipitibus minutis, griseis, erectis, 0,7-0,6 mm. altis circa, 0, 15 mm. crassis, fibrosis apice leviter curvatis, excavatis, margine lacero-cristatis, conidia libera innumera congesta vermicularia, plus minus flexuosa, guttulata, 20-40 ≃ 1-2 utrinque obtusa ferentibus. 2949

Hab. in lapidibus in Pyrenæis.

GLUTINIUM Fr. Summa Veg. Scand. p. 466, Karst. Symb. myc. Fenn. XV, p. 159 (Etym. *gluten*). — Stroma verticale, corneum, viscidum, siccitate rigidum, totum e fibris tenerrimis conglutinatis compositum; fibris seu hyphis undique radiantibus in basidia apice monospora. Conidia oblonga, continua, hyalina.

1. **Glutinium exasperans** Fr. l. c. Karst. l. c. — Notis generis; conidiis elongatis, continuis, hyalinis, rectis, 5-6 ≃ 1,5-2. 2950

Hab. ad ramos corticatos Pruni Pedi passim in Fennia, usque Kola et in Suecia.

STYSANUS Corda Ic. fung. I, p. 21, Sacc. Mich. II, p. 33 (Etym. *stysis* erectio), *Isaria*, *Cephalotrichum* et *Periconia* Auct. ex parte. — Stromata erecta, cylindraceo-clavata, fusca, rigidula. Co-

nidia in paniculam oblongam v. subglobosam laxiusculam digesta, ovoidea v. limoniformia v. fusoidea, subhyalina.

1. **Stysanus Stemonites** (Pers.) Corda Ic. fung. I, pag. 22, tab. VI, f. 283, Sacc. F. ital. t. 945, *Pericoma Stemonites* Pers. Syn. p. 687, *Cephalotrichum Stemonites* (Pers.) Nees Syst. p. 87, Fr. S. M. III. p. 280. — Gregarius; stipite simplici, tenui, fusco-atro, fibroso sursum in capitulum cylindricum abeunte, ex hyphis parallelis, septatis, olivaceo-fuscis composito; conidiis ex ovato limoniformibus, concatenatis, glaucescentibus, diaphanis, 8 ≍ 5. 2951

Hab. in truncis, lignis, radicibus, corticibus, caulibus, foliis in Germania, Bohemia, Italia, Belgio, Gallia, Britannia.

2. **Stysanus medius** Sacc. Mich. II, p. 360, Sacc. F. ital. t. 943. — Gregarius v. subsparsus, ater, setuliformis; stipitibus subteretibus, 300-400 ≍ 30, ex hyphis filiformibus, 3 μ. diam., septulatis, fuligineis compositis; hyphis sursum relaxatis pallidioribus apiceque sporigeris; conidiis in paniculam strictam digestis, ovato-oblongis, 5-6 ≍ 3-3½, olivaceo-fuligineis, catenulatis, dein secedentibus. 2952

Hab. in superficie vini subexsiccati, Padova Italiæ bor. — Species inter *Stysanum Stemonitem* et *St. microsporum* media.

3. **Stysanus microsporus** Sacc. Mich. I, p. 274, F. ital. t. 944. — Gregarius, e griseo fuscus; stipitibus filiformibus ex hyphis pluribus subcontinuis, fuligineis, coalitis efformatis, sursum clavato-spicatis; conidiis ex hypharum apice relaxato catenulatim oriundis, subglobosis, 2-4 ≍ 2-2,5 eguttulatis, hyalinis. 2953

Hab. in trunco putrescente Robiniæ Pseudocaciæ et Populi, Treviso Ital. bor. et Lyon Galliæ. — *Stysanus Stemonites* conidiis limoniformibus, 8 ≍ 5, hyalinis ab hoc statim dignoscitur.

4. **Stysanus monilioides** (Alb. et Schw.) Corda Ic. Fung. II, p. 17, tab. XI, fig. 72, Penz. in Mich. II, p. 482, et F. ital. t. 1210, *Isaria monilioides* Alb. et Schw. Consp. Lus. p. 362, t. XII, f. 8. — Gregarius; stipite erecto, tenui, simplici, luteo-albo, demum fuligineo; capitulo elongato vel turbinato, candido, catenis conidiorum simplicibus vel ramosis tecto; conidiis ovatis, minutis, guttulatis, 6-7 ≍ 3-3.5, hyalinis. 2954

Hab. in fragmentis ligneis Coniferarum in Bohemia, in foliis, floribus fructibusque putridis Citrorum in Italia boreali (Penzig).

5. **Stysanus strictus** Sacc. et Schulz. Micr. Slav. n. 80. — Gregarius, stipitato-aciculiformis, ater; stipite cylindrico crassiusculo e fibris coalitis plurimis conflato ⅕ mm. alt.; capitulo globuloso 2955

atro; conidiis ex hyphis capituli dense fasciculatis fusco-olivaceis oriundis, catenulatis, oblongo-ellipsoideis, 6 = 2–2½, hyalinis.

Hab. in ramis decorticatis Carpini prope Vinkovce Slavoniæ, socio *Septonemate stricto* Cord.

6. **Stysanus macrocarpus** Karst. Hedw. 1884, pag. 20. — Stipitibus 2956
sparsis, teretibus, superne dilatatis, atris, brevibus; conidiis ex hypharum apice relaxato catenulatim oriundis, oblongatis, utrinque rotundatis obtusissimis, eguttulatis, hyalinis, in flavum vel viridem leviter vergentibus, 19–22 = 8.

Hab. ad ramulos emortuos Corylli Avellanæ, Mustiala Fenniæ.

7. **Stysanus niger** Bon. Abhandl. Geb. Myk. II, pag. 97. — Stipite 2957
æquali elato; capitulo subrotundo; conidiis irregularibus, ellipticis, concatenatis, nigris.

Hab. in ligno putrido in Guestphalia. — «Ubi conidia vere nigra sint, species a typo recedit».

8. **Stysanus catenatus** (Pr.) Sacc. *Stilbum catenatum* Preuss F. 2958
Hoyersw. n. 110. — Cæspitulis indeterminatis, nigris; stipite basi dilatato, atro-fusco opaco, septato, supra diaphano, subalbo, expanso, rotundato; capitulo rotundato, albo; conidiis primum subconcatenatis, gelatinæ immersis, albis, ovatis, diaphanis.

Hab. in ligno molliore Pini prope Hoyerswerda.

9. **Stysanus griseus** (Cord.) Bon. Handb. p. 136, *Periconia grisea* 2959
Corda Ic. fung. III, p. 13, t. II, f. 39. — Cæspitulis indeterminatis, glaucis vel cinereo-albis; stipite longo gracili, primum pallido, dein fusco, opaco, glabro; capitulis majusculis, subsphæricis; conidiis primum subconcatenatis subovoideis, utrinque acuminatis, griseis.

Hab. in caulibus putridis Echii, Prag Bohemiæ.

10. **Stysanus Clematidis** Fuck. Symb. myc. pag. 365. — Stipitibus 2960
gregariis, gracilibus, striatis, atris, lineam altis; capitulis sporiferis, elongato-cylindraceis, stipitis dimidiam partem occupantibus, griseis; conidiis ellipticis, 8 = 2, hyalinis.

Hab. in caulibus putridis Clematidis Vitalbæ, Gottesthal Rhenogoviæ.

11. **Stysanus monilifer** (B. et Br.) Sacc. *Periconia monilifera* B. 2961
et Br. Fungi of Ceyl. n. 893. — Stipitibus erectis scabris; capitulo e floccis furcatis compacto; conidiis concatenatis, subglobosis, 4–6 μ. diam.

Hab. in ramis (?) in insula Ceylon.

12. **Stysanus Caput-Medusæ** Corda Prachtfl. p. 15, t. VIII, f. 1-9. — Cæspitulis gregariis $^1/_1$-1 mm. altis, 4 mm. longis, tenuibus, brunneis, griseo-pruinosis denique sæpe collabascentibus; stipitibus erectis, subcontortis, corneo-fibrosis, brunneis, nitidulis, striatis; capitulo minuto, obovato, albo; catenis conidiorum simplicibus dein ramosis, pendulis; conidiis ovoideis utrinque acutis, argenteo-albis. 2962

Hab. in epicarpio putri Cucurbitæ, Prag Bohemiæ.

13. **Stysanus Reichenbachianus** Preuss Fungi Hoyersw. n. 127 et in Sturm D. C. Fl. t. 66 — Minutus, solitarius; stipite erecto simplici, fibroso fusco levi; capitulo minuto; catenis conidiorum ramosis, albis, pendulis; conidiis fusiformibus concatenatis, albis, diaphanis 2963

Hab. in acubus Pini delapsis prope Hoyerswerda.

14. **Stysebus Veronicæ** Pass. in Hedw. 1877, p. 123. — Stipitibus hypophyllis in macula arescente irregulari subulatis, fuscis, a medio ad apicem attenuatum sporiferis, demum denudatis; conidiis ellipticis vel oblongis simplicibus, solitariis vel moniliformi-catenatis, hyalinis. 2964

Hab. ad folia viva Veronicæ longifoliæ in Ital. bor.

15. **Stysanus putredinis** Corda Ic. III, p. 12, t. II, f. 36. — Cæspitulis effusis congestis, candidis, dein farinosis et pallide rubescentibus; stipite recto, gracili, flexuoso, tomentoso v. subpiloso, albo; capitulo magno, obovato, niveo; catenis primum paucis distantibus, dein confertis et conglomeratis, abbreviatis; conidiis oblongo-ellipticis, opalinis. 2965

Hab. in caule Echii in Bohemia et in foliis putridis in Britannia.

16. **Stysanus Berkeleyi** (Mont.) Sacc. *Graphium Berkeleyi* Mont. Pl. cell. nouv. VIII, cent. p. 303. — Gregarius, pistilliformis, 1-4-$^1/_2$ mm. altus; stipite crasso, simplici, atro, opaco, in capitulum ovoideo oblongum concolor abeunte; catenulis conidiorum erectis appressis, conidia ellipsoidea v. subfusoidea, 15 ≈ 5, interdum concatenata obtusissima hyalina sustinentibus. 2966

Hab. in facie superiore pilei dimidiati Polypori cujusdam vix definiendi parasitans in America sept. (herb. Berkeley).

17. **Stysanus Mandlii** M. Syll. Crypt. n. 1086, Cent. VI, n. 99, in Ann. Sc. Nat. (1845), p. 365, t. 14, f. 2. — Gregarius; stipite simplici subulato, fibroso, atro, supra in capitulum myuroides, $^2/_5$ mm. long. abeunte; conidiis catenulatis, 5 ≈ 3, ovali-oblongis, fuliginosis centro pellucidis simplicibus 2967

Hab. super alumine in gelatinam reducto, Paris Galliæ (Mandl).

GRAPHIOTHECIUM Fuck. Symb. myc. p. 366 (Etym. *Graphium* et *thecium* pro perithecio). — Stroma verticale ex hyphis fasciculatis constans, basi inflatum et perithecium fere æmulans. Conidia in hypharum apicibus, continua, fusoidea, hyalina, catenulata. — Videretur *Stysanus* minutus, basi perithecioideo-inflatus.

1. **Graphiothecium Fresenii** Fuck. Symb. myc. pag. 366, t. I, f. 30. — Epiphyllum; stromatibus basi perithecioideo-incrassatis, atris, minutissimis; hypharum terminalium fasciculo pseudoperithecium æquante, apice penicillato-dilatato et conidiorum capitulum laxum, albidum gerente; conidiis minutis, fusiformibus, 20 ≈ 3, hyalinis, concatenatis. 2968

   Hab. in foliis putrescentibus Viburni Lantanæ in Budenheimer Wald Rhenogoviæ.

2. **Graphiothecium phyllogenum** (Desm.) Sacc. Mich. II, p. 644, *Graphium phyllogenum* Desm. XIX. Not. p. 2. — Amphigenum, gregarium, rarius sparsum; stipite simplici, recto vel flexuoso, rigido, nitide atro, opaco, basi dilatato 50 μ. crasso, apice subulato, penicillatim diviso, 150–170 μ. alto, capitulo 250 μ. lato, ovoideo, albido dein griseo; catenulis conidiorum subelongatis, divergentibus, simplicibus, pallide brunneis, apice hyalinis; conidiis ovoideo-oblongis, minutissimis, 5–7,5 μ. longis, pellucidis. 2969

   Hab. in foliis emortuis Fragariæ in Gallia, Germania et Belgio.

3. **Graphiothecium Fragariastri** (Schw.) Sacc. *Coremium Fragariastri* Schw. Syn. Amer. bor. n. 2692. — Fasciculis crebris, amphigenis, aterrimis, concentrice quasi in maculam aggregatis; hyphis basi coalitis, rigidiusculis, apice parum penicillatim divergentibus; conidiis cinerescentibus. 2970

   Hab. in foliis emarcidis Fragariæ cultæ in hortis, Bethlehem Am. bor. — Minutissimum amphigenum sed magis vigens in pag. inferiori. — « Verisimiliter *Graphiothecio phyllogeno* affine ».

4. **Graphiothecium parasiticum** (Desm.) Sacc. *Stysanus parasiticus* Desm. Ann. Sc. nat. 3, X, pag. 344, *St. sphæriæformis* Auersw. Myc. Eur. tab 11, fig. 149, *Sphæria Ariæ* DC. *Sphæria curva* et *Sph. pungens* Wallr., ? *Stysanus Stemonites* Peck (in Amelanchiere). — Minutissimum, subsparsum, simplex; stipite fibroso, gracili-subulato, glabro, fusco-nigro; basi sphærioideo-incrassato, sursum cylindrico, albo, catenulis conidiorum abbreviatis, simplicibus tecto; conidiis minutissimis, ovoideis, hyalinis, 5–7 μ. longis breve concatenatis. 2971

Hab. in foliis languidis v. putridis Sorbi Ariæ, Loniceræ, Amelanchieris, Ribis in Gallia, Germania, Italia, Britannia, Belgio, America bor.

5. **Graphiothecium pusillum** (Fuck.) Sacc. *Stysanus pusillus* Fuck. Symb. myc. p. 101, t. I, f. 29. — Cæspitulis laxis, in macula expallescenti demum aterrima; stipitibus erectis, ex hyphis longitudinaliter congestis formatis, sæpe curvatis, strictis, basi incrassatis, albidis, demum aterrimis; conidiis in hypharum patentium apicibus, fere totum stipitem tegentibus, (solitariis?), ovatis vel ellipsoideis, 14 = 8, hyalinis. 2972

Hab. in foliis languidis et vivis Stellariæ mediæ, Œstrich Rhenogoviæ. — Ab *Isariopside pusilla* Fres. (= *I. albo-rosella*) distinguenda videtur.

HEYDENIA Fres. Beitr. p. 47 (Etym. a von Heyden entomologo, speciei typicæ detectore). — Stroma verticale, stipitatum e cellulis parenchymaticis et elongatis compositum, apice in marginem disciformem extus expansum, intus in columellam elevatum, capitulo sporophororum septatorum subgloboso ornatum. Conidia pleurogena, globosa, typice catenulata. — Genus *Rupinia* Roum. et Speg. a gen. multo anteriore *Heydeniæ* Fres. non differt, sed contextu distincte celluloso Myxomycetibus (ubi dubitanter locarunt Roum. et Speg.) abhorret et inter Phæostilbeas potius adnumerandum.

1. **Heydenia alpina** Fres. Beitr. p. 47, t. V, f. 37. — Stipitibus fuligineo-brunneis, 6–9 mm. altis, erectis, cylindricis, basi leniter incrassatis, levibus, in disculum apice ampliatis; capitulo subgloboso, flavo-ochraceo; sporophoris e disculo radiantibus filiformibus septatis pallidis, e latere minutissime papilloso-sporigeris; conidiis globosis, catenulatis, pleurogenis, 1-nucleatis, 4–6 μ. diam., pallide coloratis. 2973

Hab. ad terram detriticam, muscosam in Alpibus Bernina Helvetiæ.

2. **Heydenia Baylacii** (Roum. et Sp.) Sacc. Mich. II, p. 581, *Rupinia Baylacii* Roum. et Sp. Rev. Myc. II, pag. 2, *R. pyrenaica* Roum. et Sp. Rev. Myc. I, p. 172, tab. II. — Stromatibus discretis, atro-rufis, nitidulis, longe stipitatis, capitatis; stipitibus subulatis 6–8 mm. altis; capitulis globosis, 1 mm. diam. fragilibus, peridio spurio tectis; sporophoris e disco stipitis divergentibus ramosis septatis, 2–3 μ. cr., flavidis, hinc inde verruculosis; conidiis pleurogenis globosis, catenulatis, chlorino-fulvis, 3–4 μ. diam. 2974

Hab. ad rupes nudas micaschisticas in Pyrenæis, Pic du Midi Galliæ (E. Rupin).

3. **Heydenia americana** Sacc. et Ellis in Mich. II, p. 581. — Stromatibus gregariis, claviformibus, stipitatis, fusco-nigricantibus; capitulis globoso-depressis, extus induratis, $^3/_4$ mm. lat., stipitibus cylindraceis, crassiusculis, vix 1 mm. altis basi radiculosis intus subcavis, contextu subprosenchymatico, cellulis majusculis; capituli basi minute sinuoso-cellulosa superne sporigera: hyphis fasciculatis cylindraceis, longitudinaliter denticulatis, parce septatis; conidiis ellipsoideis, 10 = 7, crassiuscule tunicatis, hyalinis. 2975

Hab. in ramulis emortuis (Rosarum?) et in ligno, Utah Amer. bor., ad altitud. circ. 2000 metr. — Hæc species ab *Heydenia* (Rupinia) *Baylacii* R. et Sp. et ab *Heyd. alpina* Fres. differt conidiis majoribus, capitulo extus indurato et nigricante.

ANTROMYCES Fresen. Beitr. p. 37 (Etym. *antron* antrum et *myces*). — Stroma stipitato-capitatum, firmum, fuscum. Capitulum subceraceum subhemisphæricum e catenulis conidiorum dichotome ramosis constans, compactum. Conidia subfusoidea subhyalina. — Cl. Fresenius cum gen. *Pistillaria* comparat hunc fungillum; an tamen Stilbeis affinior?

1. **Antromyces Copridis** Fres. Beitr. pag. 37, t. IV, f. 40-45, Bizz. Micol. Ven. p. 528. — Sparsus; stipitibus cylindricis, 2-4 mm. altis, brunneis, basi subincrassatis, fibrosis; capitulo subgloboso infra subexcavato $^1/_2$ mm. diam., pallidiore v. flavido ex sporophoris radiantibus apice mox in catenas longas dichotome ramosas abeuntibus composito; conidiis cylindraceo-fusoideis, utrinque truncatis, subhyalinis, 7-9 = 2,5-3. 2976

Hab. in interiore folliculi Copridis lunaris in Germania et in terra humosa (ad Chrysalides?) in castanetis, Coneglianо Ital. bor.

Sect. 2. **Didymosporæ** Sacc.

DIDYMOBOTRYUM Sacc. (Etym. *didymos* duplex et *botrys* racemus). — Stromata stipitato-capitata, atra. Conidia oblonga v. subcylindracea, 1-septata, colorata vel hyalina. — Est *Graphium* didymosporum.

1. **Didymobotryum Cookei** Sacc. *Stilbum didymum* Cooke in Grevillea. — Stipite fuligineo, glabro, basi incrassato; capitulis ovatis, pallidis; conidiis elongato-ellipticis, uniseptatis, fuscis, 12-15 = 5. 2977

Hab. in cortice Platani, sociâ *Sphærostilbe gracilipede*, Aiken in Carolina australi.

2. **Didymobotryum pubescens** (C. et Ell.) Sacc. *Graphium pubescens* C. et E. in Grevillea t. 96, f. 38. — Minutum, gregarium, atrum; stipitibus sursum in hyphas relaxatas hyalinas abeuntibus; conidiis rectis, cylindraceis, uniseptatis, hyalinis 12 μ. long., mox deciduis. 2978

Hab. in caulibus Smilacis, New Jersey Amer. bor.

3. **Didymobotryum rigidum** (B. et Br.) Sacc. *Periconia rigida* B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 892. — Setiforme, e fibris plurimis compactum, apice clavatum, basi radiatum; conidiis oblongis uniseptatis, uninucleatis. 2979

Hab. in ramis (?) in insula Ceylon.

Sect. 3. Staurosporæ Sacc.

RIESSIA Fres. Beitr. p. 74 (Etym. a doct. Riess mycologo germanico). — Stroma fibrosum apice clavatum, floccosum. Conidia sporophoris ramosis innata, ex loculis seu articulis quaternis subrotundis in formam crucis junctis composita, hyalina.

1. **Riessia semiophora** Fres. l. c. t. IX, f. 1-5. — Gregaria, ½ mm. et ultra alta, alba, mox flavida dein brunnea basi obscurior et leniter incrassata; stipite cylindraceo in capitulum clavatum pallidum farinaceum, subinde bilobum abeunte; sporophoris filiformibus ramulosis; conidiis ex loculis quaternis raro quinis, radiantibus obtusis compositis, hyalinis, 12-13 μ. diam. 2980

Hab. in asseribus pineis vetustis pr. Cassel Germaniæ (Riess

Sect. 4. Phragmosporæ Sacc.

PODOSPORIUM Schw. Syn. Amer. bor. n. 2609 (Etym. *pous* pes et *spora*), *Helminthosporiopsis* Speg. F. Arg. Pug. III, n. 159. — Hyphæ rigidæ, atræ, in stipitem simplicem v. ramosum coalitæ. Conidia lateraliter ubique sparsa (non capitata), oblonga v. elongata, 2-pluriseptata, fuliginea. — Videtur *Helminthosporium* fasciculatum.

1. **Podosporium rigidum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2608, tab. XIX, fig. 1, *Dematium crucigerum* Schw. Syn. Carol. n. 1325. — Stromatibus rigidissimis simplicibus erectis distantibus aterrimis, subfragilibus, opacis, sæpe longitudine 12-14 cm. et ultra gregatim effusis; conidiis ovato-elongatis aut subcylindricis, ramulis 2981

seu pedicellis divaricatis, brevioribus aut longioribus et tunc filiformibus suffultis.

Hab. ad ramos corticatos Rhois radicantis et Ampelopsidis, quæ circumcirca (more *Helminthosporii velutini*) investit, Bethlehem, Schoharie, Carolina inf. et sup. Amer. bor.

2. **Podosporium grande** Cooke in Grevillea XII, p. 11. — Atrum, magnum, lanosum, cæspites densos 25–50 mm. long., 12–25 mm. alt. efformans: hyphis erectis (12 mm. et ultra) fasciculato-congestis, septatis, atro-brunneis; conidiis elongato-clavatis, pluri (8–11) septatis, brunneis, 70–80 = 10. 2982

Hab. in caulibus Asteris argophylli, Gipps Land Australiæ (Turton). — Habitus fere *Antennariæ scoriadeæ*.

3. **Podosporium glandicolum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2609. — Subfasciculatum, basi subincrassatum, brevissimum, atrum: hyphis dense aggregatis, rigidis, ramosis, brevissimis; conidiis pro ratione magnis, pedicellatis, sed non divaricatim insertis. 2983

Hab. in cupulis glandium aut interdum in glandibus ipsis semiputridis ad terram dejectis, Bethlehem Amer. bor.

4. **Podosporium Spegazzinii** Sacc. *Helminthosporiopsis typica* Speg. F. Arg. Pug. III, n. 159. — Stipitibus sparsis, subcylindraceis 300–350 = 30, atris, compositis, sursum ex hyphis divergentibus 100–250 = 8–12, arboreo-ramosis; hyphis fuligineis, cylindraceis, fasciculatis, crebre septulatis, apice subhyalinis, rotundatis; conidiis acrogenis, fuligineis, 6–7-septulatis, antice obtusissime rotundatis, postice attenuato-pedicellatis, subhyalinis 50–70 = 10–12. 2984

Hab. in caulibus dejectis putrescentibus Eryngii agavifolii in paludosis à la Boca del Riachuelo Argentinæ.

5. **Podosporium Briareus** B. et C. North Amer. Fungi n. 623. — Mycelio decumbente reticulato; conidiis longissimis flexuosis pluri-(15–20)-septatis e ramulis brevissimis oriundis. 2985

Hab. in ramis emortuis in Carolina inferiore. — Ab *Helminthosporio dendroideo* hyphis stipitiformi-fasciculatis distinctum.

ARTHROBOTRYUM Ces. in Hedw. I, t. IV, f. 1, Sacc. Mich. II, p. 32. (Etym. *arthron* articulus et *botrys* racemus). — Stromata stipitato-capitata ex hyphis compactis composita, rigida, atra. Conidia in capitulum distinctum digesta, oblonga, 2-pluriseptata, fuliginea vel hyalina.

1. **Arthrobotryum stilboideum** Ces. Hedw. I, tab. IV, fig. 1, Sacc. Mich. I, pag. 76, F. ital. t. 11. — Gregarium, atrum: stipite cy- 2986

lindraceo ex hyphis pluribus filiformibus fuligineis, remote septatis conflato, basi incrassato; conidiis oblongis, quandoque subclavatis, basi acutatis 12 ≈ 4, 3-septatis hyalinis, tandem (senio?) dilutissime fuscidulis, capitulum subglobosum pallidum formantibus.

Hab. in ligno quercino, salicino etc. putri, Treviso, Vercelli Ital. bor. et in Britannia.

2. **Arthrobotryum atrum** B. et Br. Ann. N. H. n. 822, t. IX, f. 6, Sacc. F. ital. t. 12. — Gregarium, atrum, stipitibus cylindraceis, crassis, rigidis; sporophoris erectis pallidis, septatis; capitulis subglobosis; conidiis ovoideis 30–35 ≈ 15–18, 3–4-septatis; loculis extimis pallidioribus, ceteris fuligineis. 2987

Hab. in caulibus Salviæ, Asteris, Urticæ, in ramulis Salicis, Rubi in Italia, Germania, Britannia. — An huc *A. Broomei* Rabenh. F. Eur. n. 65? — ***majus** Sacc. Mich. II, pag. 555, F. it. tab. 760. A typo differt conidiis majoribus, nempe 40–45 ≈ 25, stipitibusque in fasciculum laxius conjunctis et pallidioribus. In ramis decorticatis Sambuci, Padova Ital. bor.

3. **Arthrobotryum camptosporum** Sacc. et Therr. in Mich. II, p. 368. — Stipitibus superficialibus, gregariis, teretiusculis, 150 ≈ 20, dilute ochraceis, ex hyphis filiformibus continuis coalitis formatis; conidiis capitatis ex hypharum apice relaxato oriundis, tereti-fusoideis, curvulis, 15 ≈ 4, utrinque obtusiusculis, 4-guttatis, spurieve 3-septatis, dilutissime olivaceis. 2988

Hab. in laminis librosis Populi emortuæ, Lyon Galliæ. — Ab affini *Arthr. stilboideo* Ces. differt conidiis curvis, obtusioribus, 4-guttulatis.

4. **Arthrobotryum robustum** C. et E. in Grevill. — Sparsum, atrum; stipite robusto, brevi, compacto; capitulo compacto globoso; conidiis piriformibus, 1–2-septatis, brunneis, 30 ≈ 10. 2989

Hab. in cortice interiore Aceris, New Jersey Amer. bor. — Habitus quasi *Didymii.*

5. **Arthrobotryum curvulum** (B. et Br.) Sacc. *Graphium curvulum* B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 901. — Conidiis curvulis elongatis 6–7-septatis. 2990

Hab. in corticibus, sociâ *Thelephorâ* pedicellatâ, in ins. Ceylon. 2991

6. **Arthrobotryum Beccarianum** Ces. Myc. Born. p. 25. — Nigrum; capitulo globoso compacto, e conidiis clavatis, fuscellis, 15–20 ≈ 5, plurisoptato constituto.

Hab. ad lignum nudum. Sarawak Bornei.

7. **Arthrobotryum Melanoplaca** B. et C. Guban Fungi n. 624. — Cæ- 2992

spitulis irregularibus, separabilibus; stipite communi e fibris connatis oriundo apicibus liberis sporiferis; conidiis ellipticis, uniseptatis, fuscis, utrinque appendiculatis, appendice superiore brevi, inferiore longa deorsum attenuata, 32–50 μ. longis.

Hab. in foliis Psychotriæ etc. in insula Cuba. — «An potius *Didymobotryum?*».

8. **Arthrobotryum atrocephalum** (Ellis) Sacc. *Stilbum atro-cephalum* Ellis Torr. Cl. 1876, p. 107. — Sparsum v. cæspitosum; stipitibus pallidis, 2 mm. circ. altis, simplicibus v. ramosis; capitulo nigro ovato v. subrotundo; conidiis fusoideo-lanceolatis, multiseptatis, 25–38 μ. long., flavidis. 2993

Hab. in ramis emortuis Kalmiæ latifoliæ, South Jersey Amer. bor.

ISARIOPSIS Fr. in Sacc. Mich. II, p. 33. (Etym. *Isaria* et *opsis* facies). — Gracilis, fuscescens vel expallens, teres, ex hyphis laxis constans. Conidia in paniculam v. capitulum laxum digesta. — Species quædam ad *Hyalostilbeas* nutant et tunc ad *Arthrosporium* accedunt, quod vero habitu robustiore differt.

1. **Isariopsis griseola** Sacc. Mich. I, p. 273, F. ital. t. 838. — Maculis ochraceis, hypophyllis; fasciculis stipitiformibus dense gregariis, 200 ≃ 30–40, fuscidulis, ex hyphis filiformibus, continuis, dense stipatis conflatis apiceque griseo-capitatis; conidiis ex hypharum apicibus patulis v. reflexis sublevibus oriundis, dense conglobatis, cylindraceo-fusoideis, curvulis. 50–60 ≃ 7–8, 1–3-septatis, non v. vix constrictis, griseis. 2994

Hab. in pagina inferiore foliorum Phaseoli vulgaris, Treviso Ital. bor., Piezzo Austriæ, Boca del Riachuelo Argentinæ. — Ab *Isariopside albo-rosella* et *I. carnea* satis superque diversa.

2. **Isariopsis albo-rosella** (Desm.) Sacc. F. ital. tab. 838, *Isariopsis pusilla* Fres. Beitr. t. IX, fig. 18–28, Sacc. Mich. I, p. 273, *Phacellium inhonestum* Bonorden. — Cæspitulis effusis, minutis ex albo rosellis; stipitibus erectis simplicibus roseis, infra glabris, sursum subclavatis; conidiis cylindraceo-oblongis v. subclavulatis, 1-septatis, vix-constrictis, 20 ≃ 7, utrinque obtusiusculis, subhyalinis, ramulis nodulosis, patulis adnatis. 2995

Hab. in foliis Stellariæ mediæ et Cerastii vulgati languidis et sæpius arescendo maculatis in Gallia, Italia boreali et Belgio.

3. **Isariopsis carnea** Oud. Mat. Fl. Myc. Neerl. II, p. 50, tab. XII, 2996

fig. 29. — Maculis in foliis viridibus vel languescentibus nigris, lanceolatis, stipitibus amphigenis primo hyalinis denique carneis, apicem versus in ramos nonnullos hyalinos, flexuosos denique solutis, e filis tenuissimis contextis; ramis conidia ovata vel oblonga, primitus continua crasse biguttulata dein 1-2-septata, 12 ≃ 7, hyalina gerentibus.

Hab. in foliis Lathyri pratensis, Bois de Bloemendaal Neerlandiæ. — Ab *I. pusilla* stipite colorato, apice tantum in ramos soluto, ceterum glabro, ramis paucis (4-6) conidiis minoribus differt.

4. **Isariopsis Grayiana** Ell. in Torr. Bot. Club. 1882, n. 8, p. 98. — 2997
Tenuis, cæspitulosa, brunnea, pubescens; fasciculis 120 μ. lat., compositis ex hyphis tenuibus 3-4 μ. diam., crebre septatis, subnodulosis, apice plus minus abrupte flexis et conidia minuta, 5-7 μ. longa, oblongo-elliptica, continua v. 1-septata subinde vero longiora 2-3-septata gerentibus.

Hab. in sarmentis vetustis Rubi villosi, West Chester Pensylvaniæ.

5. **Isariopsis clavispora** (B. et C.) Sacc. *Graphium clavisporum* 2998
B. et C. North Am. Fungi n. 619, Thüm. Pilze Weist. p. 177, t. V. f. 7. — Minuta, olivacea e maculis orbicularibus brunneis oriunda; hyphis sursum relaxatis et flexuosis; conidiis linearibus clavatisve pluri(3-4)septatis, articulis 1-guttatis, 44 ≃ 4-5 (teste Thüm.).

Hab. in foliis Vitis Labruscæ in Carolina inferiore et New Jersey. — « An forma compactior *Cercosporæ viticolæ?* ».

6. **Isariopsis laxa** (Ellis) Sacc. *Graphium laxum* Ellis Bull. Torr. 2999
Cl. 1881. p. 65. — Gregaria, grisea; stipite brevi et crasso; hyphis sursum relaxatis et conidia fusoideo-cylindracea, 2-septata, 50 μ. longa gerentibus.

Hab. in foliis virentibus Fabæ, West Chester Pensylvaniæ (W. T. Harris). — *Cercosporam* in memoriam revocat.

7. **Isariopsis Linderæ** (E. et Ev.) Sacc. *Graphium Linderæ* Ell. et 3000
Ev Journ. Mich. I, p. 44. — Amphigena, sed plerumque hypophylla, in maculis latis, ½-1 cm., indefinite limitatis, initio flavis dein atro-brunneis sæpeque confluentibus sita; hyphis erectis, simplicibus, brunneis, septatis, 25-30 ≃ 4-5, fasciculos minutos penicillatos, dense sparsos formantibus; conidiis clavato-cylindraceis, brunneis, multiseptatis, 75-85 ≃ 6-7.

Hab. in foliis Linderæ in America boreali. — Affinis *I. clavisporæ.*

Sect. 5. **Dictyosporæ** Sacc.

SCLEROGRAPHIUM Berk. Dec. Fung. n. 472. (Etym. *scleros* durus et *Graphium*). — Hyphæ dense fasciculatæ, apice liberæ. Conidia oblonga, cellulose-septata, fuliginea. — Est fere *Mystrosporium* compositum vel *Arthrobotryum* dictyosporum.

1. **Sclerographium aterrimum** Berk. Dec. Fung. n. 472. t. VIII. f. 4. 3001
— Sparsum, hypophyllum, vix 1 mm. altum, atrum; hyphis dense fasciculatis, sæpe apice basique liberis; conidiis oblongis vel clavatis, nigris, transverse multiseptatis et longitrorsum parcius divisis 25-26 μ. long.

Hab. in pagina inferiore foliorum Indigoferæ, verisimil. I. atro-purpurea in India (Hooker).

REPERTORIUM
PHÆOSTILBEARUM

SECUNDUM MATRICES

Obs. A. indicat *Antromyces.* — Ar. *Arthrobotryum.* — D. *Didymobotryum.* — G. *Graphiothecium.* — Gl. *Glutinium.* — Gr. *Graphium.* — H. *Harpographium.* — He. *Heydenia.* — I. *Isariopsis.* — P. *Podosporium.* — R. *Riessia.* — S. *Sclerographium.* — Sp. *Sporocybe.* — St. *Stysanus.*

Numeri 2865 — 2999 citantur 865 — 999.

Abies — Gr. 941.
Acer — Ar. 989.
Æsculus — Gr. 934.
Amelanchier — St. 971.
Ampelopsis — P. 981.
Artemisia — Sp. 881.
Aster — P. 982. — Ar. 987.
Azalea — Sp. 886.

Betula — Gr. 898. 939. 940.
Brassica — Sp. 878. 879.
Buxus — Sp. 877.

Campanula — Sp. 883. — Gr. 925.
Carpinus — Gr. 914. — St. 655.
Carya — Gr. 900.
Ceratium — I. 955.
Citrus — Sp. 871. — St. 954..
Clematis — St. 960.
Coniferæ — St. 954.
Conium — Gr. 924.
Copris — A. 976.
Cornus — Gr. 898.
Corylus — St. 956.
Cucurbita — St. 962.
Cynosurus — Sp. 892.

Dianthus — Sp. 880.

Echium — St. 959. 965.
Eriophorum — Gr. 931.
Eryngium — P. 984.

Faba — I. 999.
Fagus — Sp. 885. — Gr. 921. 941.
Festuca — Sp. 891.
Fragaria — St. 969. 970.

Georgina — Sp. 882.

Hedera — Sp. 877.
Holcus — Sp. 891.
Hypoxylum — Gr. 932.

Indigofera — S. 3001.

Kalmia — Ar. 993.

Lathyrus — I. 996,
Laurus — Sp. 889.
Lindera — I. 3000.
Lonicera — St. 971.

Malva — Gr. 926.
Melia — Gr. 899.

Phaseolus — I. 994.
Philadelphus — Gr. 898.
Pinus — Gr. 895. 929. — H. 947. — St. 958. 963. — R. 980.
Pirus — Sp. 867.
Platanus — D. 977.
Plowrightia — Sp. 893.
Polyporus — St. 966.
Populus — Sp. 885. — Gr. 895. — St. 953. — Ar. 988.
Prunus — Gl. 950.
Psychotria — Ar. 992.

Quercus — Gr. 903. 910. — Ar. 986.

Rhizomorpha — H. 946.
Rhus — Sp. 870. — H. 945. P. 981.
Ribes — St. 971.
Robinia — Gr. 896. — H. 945. — St. 953.
Rosa — He. 975.
Rubus — Sp. 869. — Gr. 912. 920. 930. — Ar. 987. — 997.

Salix — Gr. 907. 913. — Ar. 986. 987.
Salvia — Ar. 987.
Sambucus — Gr. 918. — Ar. 987.
Smilax — D. 978.
Solanum — Gr. 899.
Sorbus — Sp. 888. — St. 971.
Sphæriaceæ — Gr. 934.
Staphylea — Sp. 887.
Stellaria — St. 972. — I. 995.

Thuja — Sp. 866.
Tubercularia — Gr. 934.

Umbelliferæ — Gr. 923.
Urtica — Gr. 927. — Ar. 987.

Veronica — St. 964.
Viburnum — St. 968.
Vitis — Gr. 906. — I. 998.

Fam. 4. **Tuberculariæ** Ehrenb. emend.

Ehrenb. Sylv. mycol. p. 12 (1818), Corda Anl. p. 159, Sacc. Mich. II. p. 34.

Fungi byssino-compacti, stromate plerumque crassiusculo basi instructi, versicolores, verruciformes, globulosi, discoidei, superficiales v. erumpenti-superficiales, ceracei v. subgelatinosi. Conidia e lateribus v. apice hypharum v. sporophororum conglutinatorum oriunda, rarissime sessilia. — Adsunt quoque in hac familia series *mucedinea* læticolor et series *dematiea* nigricans. — Genera *Tuberculariearum* recte dividi possent secundum naturam ceraceam v. gelatinosam sporodochii; at, ignoto hoc charactere adhuc in multis prætereaque commixtis confusisque in eodem genere speciebus utriusque naturæ, distinctione naturalissimâ in præsenti uti non licuit, quantum saltem sperabatur.

Ser. 1. **Tuberculariæ mucedineæ** Sacc.

Mich. II, p. 34.

Hyphæ et conidia alba v. læte colorata (non atra).

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

Conidia continua ovoidea, sigmoidea v. breve cylindrica v. fusoidea.

Clavis analytica Generum

A) Sporodochia glabra vel glabrescentia.
† Conidia sporophoris normalibus inserta.
§ Conidia mutica.
* Conidia muco proprio carentia.
a) Conidia non acrogeno-capitulata.
× Sporodochia subhomogenea.
∫ Conidia non vel vix catenulata.

Tubercularia. Sporod. verruciformia, varia, subceracea; sporophora filiformia, longa, simplicia vel furcata; conidia pleurogena, rarius acrogena.
Granularia. Sporod. globosa, perithecioideo-indurata; sporophora filiformia densissima; conidia in ramulis acrogena.
Dendrodochium. Sporod. verruciformia, varia; sporophora dendroideo-ramosa; conidia in ramulis acrogena (Cfr. *Fusarii* subgen. *Leptosporium*).

Tuberculina. Sporod. exigua, subviolacea, uredinicola; sporophora breviuscula; conidia acrogena (Genus hic ad interim locatum).

Illosporium. Sporod. verruciformia vel subeffusa; sporophora varia: conidia typice mucoso-glomerulata.

Phyllœdia. Sporod. versiformia, gelatinosa, epiphylla; conidia globosa, magna, crasse tunicata, subsessilia.

Ægerita. Sporod. globosa, xylogena; sporophora breviuscula, crassiuscula; conidia acrogena globulosa.

Sphærosporium. Sporod. pulvinata; sporophora obsoleta; conidia majuscula, periphærice dense instrata.

Fusicolla. Sporod. verrucoso-lobulata, subgelatinosa; sporophora filiformia, ramosa; conidia cylindracea v. fusoidea acropleurogena (Cfr. *Fusarium*).

Sphacelia. Sporod. subeffusa, basi sclerotiaceą vel stromatica; sporophora brevia simplicia; conidia acrogena.

Hymenula. Sporod. disciformia; sporophora brevia simplicia; conidia acrogena.

Dacrymycella. Sporod. globoso-depressa, gelatinosa; sporophora longa, ubique verrucosa; conidia subglobosa.

Myropyxis. Sporod. cupularia; sporophora tenera, ramosa; conidia exigua in massam adiposo-succineam demum conglutinata.

Diaphanium. Sporod. pulvinata, crassa diaphana; sporophora obsoleta; conidia majuscula ovoidea.

Pactilia. Sporod. basi laxe secedenti-cellulosa; conidia periphærice instrata.

ƒƒ Conidia catenulata.

Cylindrocolla. Sporod. subverruciformia depressa, sessilia, subgelatinosa; conidia cylindracea.

Sphæridium. Sporod. subglobosa, brevissime stipitata, non gelatinosa; conidia cylindracea.

Sporoderma. Sporod. lenticularia; sporophora tenuissima ramosissima; conidia globosa (cyanea).

Patouillardia. Sporod. subglobosa, distincte umbilicata, sessilia; sporophora brevia, ramosa: conidia oblonga.

XX Sporodochia cupulâ heterogeneâ cincta.

Patellina. Sporod. patellato-cupulata, cupula sæpius discolore; sporophora filiformia; conidia acrogena.

b) Conidia in apice sporophororum capitulata (ovoidea).

Cephalodochium. Sporod. globoso-turbinata; sporophora radiantia, basi coalita, simplicia.

** Conidia muco proprio obvoluta (Cfr. *Illosporium*).

Thecospora. Sporod. globosa, indurata; sporophora ramosa; conidia strato mucoso obvoluta.

§§ Conidia ciliata vel caudata.

Thozetia. Sporod. globulosa, minuta (nivea): conidia oblonga, utrinque 1-seta.

Stigmatella. Sporod. globulosa; sporophora simplicia fasciculata; conidia ellipsoidea, infra stipitato-caudata.

†† Conidia in areolis internis sporodochii sita.

Scoriomyces. Sporod. subceracea, irregularia, intus reticulata; conidia subglobosa.

B) Sporodochia setulosa vel margine ciliata (Cfr. *Tubercularia ciliata*).

Periola. Sporod. verruciformia, setulosa; sporophora simplicia; conidia ovoidea vel oblonga (subinde catenata).

Volutellaria. Sporod. globuloso-discoidea, margine ciliata; conidia subsessilia, concervata.

Volutella. Sporod. disciformia, margine ciliata; sporophora simplicia; conidia acrogena.

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

Conidia bilocularia, hyalina vel pallide colorata.

Cosmariospora. Sporod. globoso-lobulata, calva; conidia non catenata, verruculosa.

Leptotrichum. Sporod. subglobosa, setulosa; conidia non catenata, levia.

Endodesmia. Sporod. subglobosa, setulosa; conidia catenulata, levia.

Sect. 3. Phragmosporæ Sacc.

Conidia elongata, fusoidea vel falciformia, typice 2-pluriseptata.

Bactridium. Sporod. pulvinata; conidia magna, tereti-oblonga; sporophora brevia simplicia.

Pithomyces. Sporod. subplana; conidia doliformia; sporophora erecta granulata.

Heliscus. Sporod. subplana; conidia apice clavi ad instar polygono-capitata; sporophora parce ramosa.

Fusarium. Sporod. verruciformia subceracea vel subeffusa byssoidea; conidia fusoidea vel falcata (in subgen. *Leptosporio* breviora continua); sporophora typice verticillato-ramosa.

Pionnotes. Sporod. subeffusa, gelatinosa dein rigentia; cetera *Fusarii*.

Microcera. Sporod. conico-cornuta vel pulvinata, tenuia; conidia anguste falciformia; sporophora filiformia ramosa.

Sect. 4. Staurosporæ Sacc.

Conidia bi-trifurcata vel subcruciata.

Libuaria. Conidia continua, ferri equini ad instar curva; sporophora simplicia.

Dicranidion. Conidia septata, 2-furcata; sporophora ramosa.

Triglyphium. Conidia continua, 3-furcata vel subcruciata; mycelium ramulosum.

Sect. 5. Helicosporæ Sacc.

Conidia arcte spiraliter convoluta

Everhartia. Sporod. fuscella; conidia septata; sporophora obsoleta.
Troposporium. Sporod. alba; conidia continua; sporophora elongata.

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

TUBERCULARIA Tode Fungi Meckl. I, p. 18 (Etym. *tuberculum*). — Sporodochia verruciformia v. tuberculata, sessilia v. subsessilia, sæpissime rubentia, ceracea, glabra, rarissime margine ciliatula. Conidia in sporophororum filiformium ramulis lateralibus v. apice inserta, ovoidea vel oblonga continua, hyalina, typice solitaria. — Sistit status conidicos *Nectriarum*. — Species distinctæ paucæ, plurimæ vero referunt unius vel alterius gradus vel varietates; habitu enim pro ætate, aere et matrice maxime variant, sed fructificatio in plurimis prorsus eadem, h. e. ut in *T. vulgari*. Quædam species vero desciscunt et ad *Hymenulam* nutant vel forte ad *Dendrodochium*.

I. In ramis, truncis plantarum lignosarum.

1. **Tubercularia vulgaris** Tode Meckl. I, pag. 18, tab. IV, fig. 30, Tul. Sel. Carp. III, pag. 79, tab. XII, fig. 13 et 14 c., *Tub. Ribesii* West., *T. Pruni* et *T. Populi* Schum., *T. Robiniæ* Kickx, *Tremella purpurea* L., *Sphæria miniata* Bolt., *Sphæria tremelloides* Weig. — Sporodochiis gregariis, majusculis, erumpentibus, margine nudis, typice nitide, cinnabarinis, levibus, globuloso-depressis, interdum patellatis, subinde confluentibus, plus minus breviter stipitatis; sporophoris fasciculatis, stricte iterato-furcatis, lateraliter alterne brevissime ramulosis; conidiis elliptico-oblongis, subinde leniter curvis, 6–8 ≈ 1.5–2, ramulis insertis. 3002

Hab. in ramis Coryli, Persicæ, Carpini, Æsculi, Rhamni, Sophoræ, Aroniæ, Spirææ, Cerasi, Pruni, Paulowniæ, Ribis, Populi, Robiniæ, Fraxini, Castaneæ in Germania, Italia, Britannia, Dania, Gallia, Austria, Belgio, Suecia, Sibiria, Amer. bor. — Var. **Betulæ** Wallr.: sporodochiis maiuscu-

lis sparsis, tersis, coccineis, epidermide transversim scissa coarctatis demum plerumque decoloribus fuscis; conidiis angustioribus. In Germania et Gallia. — Var. **Georginæ** Wallr.: sporodochiis minutis conglomeratis, coccineis. In Germania. — Teste Tulasneo l. c., cui libenter assentior, hujus speciei vix varietates censendæ sunt: *T. nigricans* (Bull.) Link, *T. discoidea* Pers., *T. confluens* Pers., *T. Castaneæ* Pers., *T. Menispermi* Fr., *T. sarmentorum* Fr., *T. minor* Link, *T. mutabilis* (Nees) Link, et *T. expallens* Fr.

2. **Tubercularia purpurata** Corda Ic. fung. II, p. 33, f. 116 (ut var. *T. vulgaris*). — Sporodochio erumpente, farcto, intus intense purpureo, strato sporigero incarnato; conidiis oblongis curvulis; sporophoris filiformibus, simplicibus, fasciculatis, (ex icone) in conidia catenulata abeuntibus. 3003

Hab. in ramis Populi pyramidalis, Prag Bohemiæ.

3. **Tubercularia lutescens** Link Sp. pl. Fungi II, p. 100. — Sporodochiis majoribus immersis albis lutescentibusque; strato conidiorum convexo concolore. 3004

Hab. in arboribus et ramis emortuis arborum in Germania. — Mera forma, ut videtur, *T. vulgaris*.

4. **Tubercularia minor** Link Sp. pl. Fungi II, pag. 100, Corda Ic. fung. I, p. 4, fig. 72, *T. Acaciæ* Fr. Obs. I, p. 307, *T. discoidea* Pers. Syn. p. 111. — Minuta, erumpens, rosea vel rubra, ½ mm. diam., stromate intus candido, subpileiformi; conidiis minutis fusiformibus, acutis, diaphanis, albidis. 3005

Hab. in ramulis emortuis Ailanthi, Robiniæ, Rosæ, Sorbi, Acaciæ, Iuglandis, in Germania, Bohemia, Austria, Italia, Sibiria, Belgio. — f. **Castaneæ** Pers. Syn. p. 113: sporodochiis minutis subroseis; basidiis breve ramulosis; conidiis oblongis, rectiusculis, 8–9 = 3. In Arduennis.

5. **Tubercularia granulata** Pers. Syn. p. 113, Wallr. Fl. cr. n. 1731, Grev. Scott. t. 187, Bon. Handb. fig. 222. — Sordida, granuliformis, compacta subcutanea dein emersa; strato conidiorum rugoso, rubente demum fusco, margine nudo; sporophoris filiformibus ramulosis; conidiis ovato-oblongis, hyalinis, pleurogenis. 3006

Hab. in ramis corticatis Robiniæ, Rosæ, Alni, Populi, Philadelphi, Abrotani etc. in Germania, Italia, Austria, Britannia, Belgio.

6. **Tubercularia cava** Corda Ic. fung. II, p. 33, fig. 117 (ut var. *T. granulatæ*). — Sporodochiis globoso-depressis, levibus; stromate cavo, primum albo dein fusco vel cinnamomeo; strato sporigero 3007

fusco-atro; sporophoris fasciculatis filiformibus, subinde in conidia tereti-fusoidea utrinque rotundata, (ex icone) longe catenulata abeuntibus.

Hab. in ramulis Populi pyramidalis et P. laurifoliæ in Sibiria et Bohemia. — In forma Sibirica, teste Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 669, conidia cylindracea vel interdum fere subclavulata, utrinque rotundata, enucleata, hyalina, 4-6 ≈ 2-5, basidiis brevissimis suffulta.

7. **Tubercularia liceoides** Fr. Obs. I, p. 208, Corda Ic. fung. I, p. 4. 3008
f. 71. — Solitaria, minuta, carneo-rosea, dein fusca, erumpens; sporodochio globoso ochraceo-fusco, supra strato conidiorum roseolo tecto; conidiis minutis fusiformibus, acutis.

Hab. in ramulis arborum emortuis e. g. Æsculi, Fraxini, Aceris, Cratægi etc. in Suecia, Bohemia, Germania, Sibiria asiatica. — Ex ipso Friesio var. *T. granulatæ*.

8. **Tubercularia nigricans** (Bull.) Link Sp. pl. Fungi II, p. 102 Fr. 3009
S. M. III, p. 465, *Tremella cinnabarina* Bull. champ. tab. 455. f. 1, (forma lignicola). — Sporodochiis majusculis immersis rubris, levibus, margine nudis, strato conidiorum concolore; sporodochio stratoque tandem nigris.

Hab. in ramis emortuis Mori, Ulmi, Piri, Populi, Æsculi, Tiliæ in Germania, Gallia, Italia, Britannia, Austria, Belgio. — Huc, teste ipso Friesio, probabiliter spectat *Dothidea decolorans* Fr. Elench. II, p. 122, in Gallia et Belgio reperta ad ramos Mori.

9. **Tubercularia depressa** Lév. Ann. Sc. Nat. 1846, p. 273. — Spo- 3010
rodochio innato, sessili, erumpente, immarginato, demum convexo nigro; conidiis magnis ovato-globosis acrogenis; sporophoris filiformibus, longis, ramosis.

Hab. ad ramos deciduos in Chili (Gay). — *Tuberc. nigricanti* affinis.

10. **Tubercularia Ailanthi** Cooke in Rav. Amer. Fungi n. 288, et 3011
Grev. XII, p. 26. — Atra, nitida, globosa, breviter stipitata, erumpens; hyphis elongatis, tenuissimis, curvulis, ramulosis, compactis; conidiis cylindraceis, obtusis, 10 ≈ 1, hyalinis.

Hab. in ramis Ailanthi glandulosæ, socia *Nectria* quadam immatura, in Carolina Austr.

11. **Tubercularia Berberidis** Thüm. in Myc. univ. n. 696. — Sporodo- 3012
chio convexo, discoideo, ex epidermide erumpente, carnoso, incarnato, prominente; sporophoris elongatis, fasciculatis, continuis, simplicibus, acutis, subcurvatis, numerosis, hyalinis; conidiis cylindraceo-

ebipticis, utrinque rotundatis, hyalinis, numerosissimis, subconcatenatis.

Hab. in ramulis emortuis Berberidis vulgaris in Bavaria et Italia bor. — Forte *Pleonectriæ Lamyii* status conidicus.

12. **Tubercularia Evonymi** Roum. in F. Gall. n. 55. — Sporodochiis 3013
minutis, pulvinatis, lateritiis; conidiis cylindraceis, 6 = 1, in basilis filiformibus vehementer curvatis 40 = 1½, pleurogenis.

Hab. in ramulis Evonymi japonici, Perpignan Galliæ (Roumeguère). — Cfr. Sacc. Mich. II. p. 130.

13. **Tubercularia Æsculi** Opiz in Corda Ic. fung. I. p. 4, fig. 77. — 3014
Erumpens; sporodochio brevi, intus fusco, supra sæpe lobato; strato conidiorum cinnabarino; conidiis majusculis, oblongis, obtusis, diaphanis, albidis.

Hab. in ramis emortuis Æsculi Hippocastani in Bohemia et Belgio. — Sec. Kickx Fl. Cr. Fl. II, p. 106: sporodochia flavida, basi brunneola; stratum sporigerum rubescenti-pallidum.

14. **Tubercularia expallens** Fr. in indice S. M. III, p. 197, Kickx 3015
Fl. cr. Fl. II, p. 107. — Sporodochiis subglobosis, minutis; stromate albido; strato sporigero roseo-pallido, dein luteolo; conidiis ellipsoideis obtusis.

Hab. in ramis emortuis, imprimis Æsculi Hippocastani, in Gallia et Belgio.

15. **Tubercularia mutabilis** Nees in Link Sp. pl. Fungi II, p. 101, 3016
Corda Ic. Fung. I. p. 4, tab. I, fig. 73. — Erumpens, mutabilis, albido-rosea, rubra, cinnabarina, dein nigricans; stromate minuto, albido-rubello supra depresso et strato conidiorum versicolori tecto; conidiis minutissimis ovatis.

Hab. in ramulis emortuis arborum frondosarum in Germania, Bohemia et Belgio.

16 **Tubercularia confluens** Pers. Syn. f. p. 113, ex parte, Corda Ic. 3017
fung. I, p. 4, fig. 74. *T. Salicis* Rabenh. — Gregaria, confluens, magna, roseo-incarnata, dein pallescens; strato conidiorum crasso, diffluente; stromate pulvinato albo, interne ad basim lutescente; conidiis magnis fusoideo-ovatis subobtusis.

Hab. in cortice Populi, Salicis, Aceris in Bohemia, Germania, Sibiria. — *T. Aceris* Opiz, huc relata a Streinzio, sistit potius formam *T. vulgaris*. Cfr. De Not. Micr. it. II. t. VIII.

17 **Tubercularia effusa** Corda Ic. fung. I. p. 4, f. 66, *Aggrium effusum* Corda olim, l. c. — Irregularis, effusa, alba; conidiis oblongis, obtusis, albis, stromate grumuloso, hemisphærico-convexo suffultis. 3018

Hab. in radice arborum in Bohemia.

18. **Tubercularia marginata** Preuss F. Hoyersw. n. 163. — Erumpens: sporodochio elato, intus cinnabarino-puniceo, supra lobato sive composito; strato conidiorum cinnabarino-carneo; margine circulo lato tomentoso cincto; conidiis majusculis, oblongis, obtusis; sporophoris filiformibus, ramosis. 3019

Hab. in cortice emortuarum Juglandium in hortis Hoyerswerdensibus.

19. **Tubercularia Sambuci** Corda Ic. fung. I, p. 4, fig. 69. — Erumpens, cinnabarina, majuscula; stromate subemerso convexo, grumuloso, intus luteo, extus rubro; conidiis cinnabarinis, minutis oblongis, acutiusculis, diaphanis. 3020

Hab. in ramulis Sambuci nigræ et S. racemosæ emortuis in Bohemia, Italia, Sibiria.

20. **Tubercularia ciliata** Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 14. — Sporodochio pezizoideo, basi fusca emersa suffulto, farcto, discum sporophorum convexum rubescentem, margine ciliato succinctum recludente. 3021

Hab. ad ramulos Alni glutinosæ languescentes agri Rostoch. (Ditmar). — Diversa a *T. ciliata* A. et S. qua *Volutella ciliata*. — Var. **sessilis** Sacc. Mich. I, p. 534: sporodochiis minutis, sessilibus, carneis, basi albo-ciliatis; conidiis 7-11 ≈ 2, botuliformibus; basidiis bacillaribus, curvulis, ramulosis. In ramis Carpini sub epidermide secedente. Ruen Galliæ (Letendre). — Var. **Hollii** Rabenh. D. C. Fl. n. 538. Erumpens, subglobosa, sessilis, subinde confluens, albido-ciliatula; conidiis oblongis, fuscellis. In ramis Padi, Dresden (Holl).

21. **Tubercularia floccosa** Link Sp. pl. Fungi II, p. 102, *T. velutipites* Nees fung. p. 35, t. 2. f. 33. — Sporodochiis minutis, immersis, globosis, intus nigris, strato conidiorum rubro floccisque albis basi sporodochium cingentibus. 3022

Hab. in ramis dejectis Rhois typhini in Germania (Nees).

22. **Tubercularia Calycanthi** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3019. — Sporodochiis regularibus, globosis, rubris, magnitudine *T. vulgaris*, pedicello nigrescente suffultis, subcupularibus; strato sporidifero ut in *T. vulgari*. 3023

Hab. in ramis Calycanthi in hortis Bethlehem Amer. bor. — Satis affinis *T. vulgari*.

23. **Tubercularia Celastri** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3015. — Sporodochiis majusculis regularibus, subrotundo-turbinatis, breviter pe- 3024

dicellatis, strato sporidifero primum fusco, mox atro, intus rubescente; pedicellis cortici interiori adnatis, arctim ab epidermide cinctis, cinereis; stromate applanato, rugoso, tuberculoso cum strato sporidifero coalito.

Hab. passim copiose in ramis et sarmentis Celastri, Bethlehem Americæ borealis.

24. **Tubercularia difformis** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3016. — Sporodochiis prorumpentibus, difformibus, aggregatis et confluentibus, fusco-nigris, rugosis, strato sporidifero crassiusculo concolore; sporodochiis minoribus, intus fusco-ferrugineis. 3025

Hab. in spinis Cratægi cujusdam in Horto Botanico, Philadelphia Amer. bor.

25. **Tubercularia dubia** Link Sp. pl. Fungi II, p. 102, *T. nigrescens* Schw. fung. Car. p. 30. — Sporodochiis vix immersis pulvinatis jam primitus nigro-nitentibus, globosis, minoribus, stromate albido. 3026

Hab. in ramis exiccatis in Carolina superiori (Schweinitz).

26. **Tubercularia fatiscens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3018. — Sporodochiis minutis, pulvinatis, sessilibus, incarnatis, demum exalbescentibus et fere omnino in pulverem fatiscentibus, intus fuscis et subconfluentibus; strato sporidifero magis colorato, crassiusculo. 3027

Hab. in tenera epidermide ramorum dejectorum, Bethlehem Amer. bor.

27. **Tubercularia hysterina** Corda Ic. Fung. I, p. 4, fig. 76. — Subcrumpens; stromate albo, conico, supra truncato et strato cinnabarino tenui tecto; conidiis minutis fusoideo-ellipticis, acutiusculis. 3028

Hab. in cortice Fagi putrido in Bohemia.

28. **Tubercularia polycephala** Lév. Ann. Sc. Nat. 1848, p, 245. — Sporodochio elongatulo vel subsessili sursum dilatato prolifero; capitulis minutis subglobosis plus minusve congestis, aurantiacis; sporophoris filiformibus, ramosis; conidiis ovoideis, minutis. 3029

Hab. ad truncos, Versailles Galliæ. — Sporodochio polycephalo a ceteris diversa species.

29. **Tubercularia insignis** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Sporodochiis erumpentibus, pallidis, subglobosis, pulverulentis; conidiis minutissimis, subellipticis, hyalinis, 3 = 1,5; sporophoris tenuibus, simplicibus furcatisve congestis. 3030

Hab. in ramis Pini insignis in California (Harkness).

30. **Tubercularia pinophila** Corda Ic. Fung. I, p. 4, fig. 68. — Sphærica, alba, subsparsa, superficialis; stromate spurio; conidiis ellipsoideis v. ovatis, albis, nucleo diaphano farctis, 3–3½ μ. longis. 3031

Hab. in ligno et foliis putridis Pini, Prag Bohemiæ.

31. **Tubercularia Pircuniæ** Speg. F. Arg. Pug. IV. n. 354. — Sporodochiis suborbicularibus 0,3–1 mm. diam., erumpentibus, sæpe confluentibus, siccis compactiusculis, carneo-lateritiis, udis tremelloideo-diffluentibus, carneo-fulvo-succineis; sporophoris filiformibus 20–25 = 0,7–1, simplicibus v. parce ramulosis, hyalinis; conidiis acrogenis, ellipticis v. elliptico-cylindraceis 5–7 = 1, rectis, rarius curvulis, utrinque obtusiusculis, 2-guttulatis v. granuloso-farctis hyalinis. 3032

Hab. in ramis dejectis putrescentibus Pircuniæ dioicæ, Bañado San José de Flores Argentinæ.

32. **Tubercularia radicalis** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3017. — Sporodochiis multiformibus, majusculis, prorumpentibus ex epidermide radicum, difformibus nempe et rotundatis, granuloso-tuberculosis, 1–6 mm. diametro, applanato-depressis et tortis; strato sporidifero rubro fuscescente, demum nigricante, intus albido; basi sæpe floccosa. Adsunt sporodochia alia minora, in ipso ligno, convexa nigra et longitudinaliter confluentia. 3033

Hab. in radicibus effossis arborum, magna copia. Bethlehem Amer. bor.

33. **Tubercularia pezizoidea** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3013. — Sporodochiis, fasciculatim confluentibus, maximis, pezizoideis, undulato-plicatis, ex epidermide prorumpentibus et ad uncialem longitudinem irregulariter confluentibus, pede crasso suffultis, substantia indurato-cornea, strato sporidifero compacto incarnato purpureo, subnitente, sed superficie subpruinosa, intus albescentibus et ætate subpulverulentis plus quam bilinearibus, *Pezizam* fere referentibus. 3034

Hab. in ramis populinis, ut videtur, New York Amer. bor. (Dr. Torrey).

34. **Tubercularia vaginata** Corda Ic. Fung. I. p. 4, f. 80. — Erumpens, stipitata; stromate stipitiformi tereti, ad basim vaginato-incrassato fusco, medio annulo coccineo cincto, levi vel lacunoso glaberrimo intus cavo, purpureo-coccineo; substantia albo-fuscescente strato conidiorum pileiformi crasso coccineo, nitido; conidiis oblongis, diaphanis, 5,5–6,5 μ. long. 3035

Hab. in ramis exsiccatis Fagi prope Reichenberg Bohemiæ.

35. **Tubercularia versicolor** Sacc. F. ital. t. 961, F. Ven. Ser. V. p. 197. — Sporodochiis minutis nunc carneis, nunc virescentibus; conidiis in sporophoris filiformibus acrogenis, ovoideo-oblongis, 7–9 = 3–3½, carneis v. viridulis. 3036

Hab. in ramis Buxi sempervirentis dejectis. Selva. Treviso Italiæ borealis. — Sporophora a generis typo recedentia. — Verisim. st. conid. *Nectriæ Desmazierii* De Not.

36. **Tubercularia Volutella** Corda Ic. Fung. II. p. 33, t. XIV, f. 118. an *Volutella carnea* Fries S. M. III. p. 468? — Minuta, erumpens vel subimmersa, convexa vel disciformis, dein concava; stipite albido; disco carneo, dein pallido; conidiis minutis, oblongis, pellucidis, 6–7 μ. longis, curvulis; sporophoris fasciculatis, simplicibus, clavulatis. 3037

Hab. in ramulis Spirææ, Salicum etc., Prag Bohemiæ. — Forma in Spiræa a Dom. Libert in Arduennis lecta mihi præbuit: conidia minuta allantoidea, 6 ≃ 2, hyalina, in basidiis sæpe furcatis, 25–30 ≃ 1½ denticulatisque acro-pleurogena.

37. **Tubercularia subpedicellata** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3014. — Sporodochiis minutis pallide lateritiis, longiuscule pedicellatis, epidermide circa pedicellum elevata; capitulo æquali ex epidermide protuberante globoso; pedicello linea rubra a capitulo quasi separato, sporidifero, ruguloso. 3038

Hab. in ramis emortuis Lycii in hortis obvia, Bethlehem Amer. bor.

38. **Tubercularia carneola** Corda Ic. Fung. I, p. 4, fig. 63. — Superficialis verrucæformis, minuta, pallide carnea; conidiis minutis, subglobosis, pallidis. 3039

Hab. in ligno nudo putrido in Bohemia.

39. **Tubercularia apiospora** Dur. et Mont. Fl. Alg., p. 333, Syll. Crypt. n. 641. — Erumpens, minima, convexa, confluens; strato conidiorum carneo; conidiis non catenatis obovato-piriformibus basi subinde spurie 1-septatis, 5 μ. longis; sporophoris erectis ramosis, septatis, 35 μ. longis, hyalinis. 3040

Hab. in ramis dejectis fruticis ignoti, Alger (Durieu).

40. **Tubercularia Menispermi** Fr. Obs. I, p. 208, Link Sp. pl. Fungi II. p. 104, Sacc. Mich. II, p. 130. — Sporodochiis minutis, semitectis duriusculis, obscure rubris; conidiis oblongo-cylindraceis, 8–10 ≃ 2½, in basidiis filiformibus vix curvatis pleurogenis. 3041

Hab. in sarmentis Menispermi canadensis in hortis in Suecia, Gallia, Italia. — Vix diversa a *T. sarmentorum*.

41. **Tubercularia sarmentorum** Fr. Obs. I, pag. 208. — Sporodochiis parvis ex epidermide longitudinaliter scissa seriatim emergentibus, coccineis; conidiis allantoideis, 7–8 ≃ 2–2,5, hyalinis. 3042

Hab. in sarmentis Vitis, Tecomæ, Pteleæ, Hederæ, Clematidis, Loniceræ in Germania, Italia, Gallia.

42. **Tubercularia Rubi** Rabenh. D. C. Fl. n. 530, *T. vulgaris* β. Corda Ic. Fung. I, p. 4, fig. 79. — Seriatim erumpens, cinnabarina, dein sanguinea; stromate stipitiformi fusco-ochraceo, compacto, supra subdilatato-truncato et strato conidiorum crasso latiori tecto; conidiis magnis ellipticis, 8-9 μ. long. 3043

Hab. in ramulis emortuis Rubi prope Reichenberg Bohemiæ.

43. **Tubercularia subdiaphana** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3020. — Sporodochiis subrotundis globosisve, primum pallide rubris, subdiaphanis, demum nigricantibus aut fuscescentibus, strato sporidifero satis crasso ornatis, basi strigoso-floccosis, ætate demum fatiscentibus. 3044

Hab. in sarmentis putridis Vitis, Bethlehem Amer. bor.

44. **Tubercularia Corchori** Preuss F. Hoyersw. n. 162, *T. vulgaris* var. *Corchori* Wallr. Fl. cr. n. 1730. — Minuta, erumpens, ferrugineo-miniata, convexa, dein subdisciformis; stromate immerso albido, strato conidiorum tecto, coccineo, strato supero dilutiore; sporophoris filiformibus ramosis; conidiis minutis oblongis, utrinque rotundatis. 3045

Hab. in ramulis emortuis dejectis Corchori, Hoyerswerda.

45. **Tubercularia carnea** (Corda) Sacc. *Stromatoria carnea* Corda Ic. fung. I, p. 5, fig. 81. — Erumpens, globosa, carneo-roseola; villo tenuissimo brevi, intertexto; conidiis oblongo-ovatis, diaphanis. 3046

Hab. in cortice arborum frondosarum rarius in Bohemia.

II. In foliis, fructibus et gallis.

46. **Tubercularia dryophila** Pass. M. Univ. n. 580. — Maculis subdiscoideis vel irregularibus exaridis, areola ampla, fusco-violacea cinctis; sporodochiis pulvereis, sparsis castaneo-fuscis, sporophoris tenuibus brevissimis in globulum fuscum glomeratis; conidiis minutis, globosis, hyalinis. 3047

Hab. in foliis languidis Quercus Roboris, Vigheffio, Parma Ital. bor.

47. **Tubercularia circinata** Lév. in Ann. Sc. Natur. 1845, p. 67. — Amphigena, erumpens, capitulis gregariis globosis sessilibus minimis, rubris, circinatis, macula pallida insidentibus; conidiis ellipsoideis, majusculis. 3048

Hab. in foliis Hoyæ Wallichianæ in India orientali.

48. **Tubercularia Pinastri** Corda Ic. fung. III, p. 33, tab. V, fig. 84. 3049

— Erumpens, minuta, globosa, levis: strato conidiorum rubro; conidiis tereti-oblongis, in basidiis filiformibus, fasciculatis, simplicibus, sursum clavulatis acrogenis.

Hab. in foliis Pini silvestris, Prag Bohemiæ.

49. **Tubercularia Eucalypti** Cooke et Harkn. in Grev. 1881, p. 129. — Epiphylla, erumpens, convexa, atra, nitida; hypiis tenuibus, breviter ramosis; conidiis cylindricis, obtusis rectis vel curvulis, continuis, hyalinis, 10 = 2. 3050

Hab. in foliis emortuis Eucalypti in California.

50. **Tubercularia Galii** (Moug.) Lév. Ann. Sc. Nat. 1848, pag. 246, *Excipula Galii* Moug. Veg. Vosg. p. 338. — Sporodochiis hypophyllis, gregariis, sessilibus, punctiformibus, convexis, demum depressis, pallidis, macula albicante insidentibus; conidiis minutis ovato-elongatis, continuis, obtusis. 3051

Hab. ad folia Galii Molluginis in Vogesis.

51. **Tubercularia concentrica** Mont. et Fr. Notice etc., in Ann. Sc. nat. (1836) VI, p. 28. — Erumpens; sporodochiis convexo-planis sæpius in series subconcentricas coordinatis, demum confluentibus, strato conidiorum incarnatis. 3052

Hab. in foliis languentibus aut emortuis Agaves, Perpignan Galliæ meridionalis.

52. **Tubercularia? Citri** Riv. Parass. pag. 498, fig. 252. — Sporodochiis minutis, dimidium semen *Papaveris* æquantibus, primum epidermide tectis; mycelio septato, repente; conidiis oblongis, guttuligeris, inæqualibus, 12–16 = 4, hyalinis. 3053

Hab. in epicarpio Citrorum, sociis *Cladosporio* et *Stemphylio*, in Italia boreali.

53. **Tubercularia carpogena** Corda Ic. fung. I, p. 4, fig. 64. — Effusa, irregularis stromateque saturate carneo-rubra; conidiis minutissimis, ovoideis. 3054

Hab. in fructibus putridis Æsculi Hippocastani in Bohemia et in Gallia meridionali.

54. **Tubercularia gallarum** Lév. in Ann. Sc. nat. 1846, p. 273. — Sporodochiis erumpentibus gregariis, hemisphæricis, sessilibus, rugosis atris; conidiis elliptico-linearibus, utrinque obtusis, continuis. 3055

Hab. ad gallas Quercuum, Vincennes Galliæ.

III. In caulibus.

55. **Tubercularia herbarum** Fries S. M. III, p. 465, Corda Ic. F. I, p. 4, fig. 70. — Erumpens, innata, pallida, minuta; stromate cu- 3056

neiformi intus purpureo, strato conidiorum pallido tecto: conidiis gelatina conglutinatis, ovatis.

Hab. ad caules plantarum emortuarum in Suecia et Bohemia.

56. **Tubercularia Brassicæ** Lib. herb. n. 1019, Sacc. Mich. II. p. 644. 3057
— Sporodochiis subsuperficialibus, verruciformibus, minutis, rubris, levibus; conidiis cylindraceis, levissime curvis, 8–10 ≃ 1½ hyalinis, in basidiis simplicibus furcatisve denticulatis pleurogenis.

Hab. in caule putri Brassicæ in Arduennis.

57. **Tubercularia leucopus** Pers. in Lév. Ann. Sc. Natur. 1845. p. 67. 3058
— Erumpens gregaria; capitulis globosis, cæspitosis, rubris, stromate conico stipitiformi albo suffultis; conidiis minutis ellipticis, utrinque obtusis.

Hab. ad caules Euphorbiæ cotinifoliæ in Surinam.

58. **Tubercularia Geranii** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Sporodochiis subgregariis, roseis magnis plerumque 1 mm diam., subgloboso-erumpentibus, pulverulentis; conidiis ellipsoideo-elongatis, obtusis, rectis, hyalinis, 8–9 ≃ 3. 3059

Hab. in caule Geranii in California (Harkness).

59. **Tubercularia sphæroidea** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Sporodochiis laxe gregariis, erumpentibus, hemisphæricis vel sphæroideis, atris; conidiis subcylindraceis, utrinque obtusis, rectis vel leniter curvulis, continuis, hyalinis, 6–7 ≃ 2; sporophoris tenuibus. 3060

Hab. in caule Geranii in California.

60. **Tubercularia pulverulenta** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 355. — Sporodochiis minutissimis 100–120 μ. diam., lenticulari-hemisphæricis, dense gregariis, sæpe confluentibus, superficialibus, pulchre carneo-aurantiis v. aurantio-roseis; sporophoris filiformibus, dense constipatis, prælongis 60–80 ≃ 1, simplicibus, apice monosporis; conidiis ellipticis, utrinque obtusiusculis, 3–4 ≃ 1,5–2, eguttulatis, e hyalino roseis. 3061

Hab. in caulibus dejectis Salicorniæ peruvianæ in herbosis Barracas al Sur Argentinæ.

61. **Tubercularia argentina** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 353. — Sporodochiis conico-hemisphæricis, 200–300 μ. diam., primo tectis dein parce erumpenti-exertis, vivide aurantio-carneis; sporophoris parvulis filiformibus 10–15 ≃ 1, simplicibus v. breviter furcatis, basi incrassatis, monosporis; conidiis acrogenis ellipticis v. elliptico-cylindraceis 2–3 ≃ 1, sæpe curvulis, minute biguttulatis, hyalinis. 3062

Hab. in ramis dejectis putrescentibus Solani glauci in uliginosis, Pampa del Tuyú Argentinæ. — «An *Hymenula?*».

IV. In Acotyledoneis et in resina pinea.

62. **Tubercularia Filicis** Lasch in Kl. herb. myc. n. 1818. Bot. Zeit. 1854. p. 186. — Lateritia, glabra, rotundata, submarginata, stipite brevi flavido, intus pallida; conidiis oblongis. 3063

Hab. in Aspidio Filici-mare in agro Driesen Germaniæ.

63. **Tubercularia? lichenicola** Sacc. Mich. II, p. 561. F. it. t. 962. — Sporodochiis hemisphæricis, subsuperficialibus, succineis; sporophoris dense fasciculatis filiformibus, longitudine varia, continuis, luteolis: conidiis ellipsoideis, 3–3,5–2 = 2,5, subhyalinis. 3064

Hab. in thallo lichenum in Silva Montello Italiæ bor.

64. **Tubercularia Resinæ** (Ehrb.) Thüm. F. Austr. n. 79. *Sphæria Resinæ* Fr. Syst. mycol. II, p. 453, pr. p., *Cytispora Resinæ* Ehrb. Syn. Berol. p. 28. *Nectria Resinæ* Fr. fungus conidiophorus sec. Fuckel (teste Thümen). — Sporodochiis aggregatis, parvulis, gregariis vel raro solitariis, plus minusve globosis, levibus, sordide rubris v. aurantio-lateritiis; conidiis globosis, numerosissimis, acrogenis, achrois, minimis, 1,5–2 μ. diam.; basidiis fasciculatis, brevibus, subrectis vel subarcuatulis, hyalinis, continuis, apice truncatis. 3065

Hab. in resina uda Pini austriacæ in Germania et Austria.

Species mihi ignotæ.

65. **Tubercularia erumpens** Corda in Opiz Beitr. 463. — In agro Pragensi. 3066

66. **Tubercularia gyrosa** Opiz Seznam. p. 149. — In agro Pragensi. 3067

67. **Tubercularia Mori** Opiz Seznam. pag. 149. — In ramis Mori albæ in Bohemia et Coimbra Lusitaniæ. 3068

68. **Tubercularia Magnoliæ** Pers. sec. West. — In cortice Magnoliæ grandifloræ in Gallia, Germania. 3069

69. **Tubercularia Laburni** Opiz Seznam. pag. 149. — In ramis Cytisi Laburni et Caraganæ in Bohemia et Sibiria. 3070

GRANULARIA Sacc. Mich. II. p. 648 vix Roth in Uster Ann. Bot. (1792) I. p. 6. quæ *Nidularia* sec. Tul. (Etym. a *granulo*). — Sporodochia (peridia?) globulosa, læticoloria, molliuscula, ex hyphis sporophorisque arcte radiatim stipatis, hyalinis, filiformibus composita. Sporæ (conidia?) ovoideæ, continuæ, hyalinæ in ramulis acrogenæ. — Genus hinc Gasteromycetibus, illinc Hyphomycetibus cognatum, sed postremis affinius.

1. **Granularia eurotieides** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 648. — Sporodochiis globulosis adnato-superficialibus, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. diam pallide flavis, glabris, carnosulis; hyphis dense stipatis, filiformibus, varie ramulosis, continuis, hyalinis, 0,5 μ. cr.; conidiis in ramulorum apice insertis, ovoideis, 3,5-4 ≃ 2,5, hyalinis. 3071

Hab. in superficie interiore Pachymatis Cocos diffracti, udi, Newfield N. J. (Ellis). — Sporodochii superficies ex hyphis filiformibus arcte stipatis compacta; nucleus farctus æque ex hyphis conidiisque constans.

DENDRODOCHIUM Bon. Handb. p. 135 (Etym. *dendron* arbor et *dochéion* receptaculum). — Sporodochia pulvinata vel verruciformia, varia, alba v. laticoloria. Conidia in sporophoris subverticillato-ramosis acrogena, ovoidea v. oblonga hyalina. — Species quædam *Tuberculariæ* quoad fructificationem imperfecte cognitæ huc forte spectant.

1. **Dendrodochium microsporum** Sacc. Mich. II, p. 644. — Acervulis pulvinatis, minutis, superficialibus, $^1/_6$ mm. diam. flavo-roseis, dein fuscescentibus, compactis; conidiis globulosis, perexiguis, 1-1,5 μ. diam. hyalinis; basidiis 2-3-furcatis, 25-30 ≃ 1, coacervatis luteolis, ramulis sursum attenuatis. 3072

Hab. in parte interiore corticis (Teliæ?) in Normandia Galliæ (Malbranche).

2. **Dendrodochium affine** Sacc. Mich. II, p. 562, F. it. t. 771. — Sporodochiis subcutaneo-erumpentibus, depresse pulvinatis, rubellis, minutis; conidiis subovoideis 3-5 ≃ 2-2,5, biguttatis, e roseo hyalinis; sporophoris filiformibus, fasciculatis sursum plerumque 2-3-furcatis, subcontinuis; hyphis sterilibus repentibus septulatis. 3073

Hab. in caulibus emortuis Solani tuberosi, Treviso Ital. bor., Sambuci et Pini silvestris in Arduennis. — Var. **epicarpicum** Sacc. Reliq. Libert. IV, n. 206: conidiis ovoideis, 2-guttulatis, 5-6 ≃ 3; sporophoris septulatis, apice 2-3-fidis. In epicarpio Mali in Arduennis (Libert).

3. **Dendrodochium epistomum** Sacc. et Briard Champ. Aub. I, n. 20. — Sporodochiis exiguis, $^1/_{10}$ mm. diam., superficialibus, pallide roseis; conidiis copiosis, exiguis, 4 ≃ 2, ovoideis, subhyalinis; sporophoris ramosis, hyalinis, 8-10 ≃ 1, dense fasciculatis, hinc parum distinctis. 3074

Hab. in ostiolis Quaternariæ Persoonii, Troyes Galliæ.

4. **Dendrodochium roseum** Sacc. Mich. II, p. 131 et 299, F. it. t. 773. — Sporodochiis erumpentibus, sparsis, pulvinatis, $1^3/_4$-2 mm. diam., 3075

pallide roseis, levibus, glabris; conidiis gioboso-ellipsoideis, 4-5 ≈ 2-3½, nucleatis hyalinis, basidiis dense fasciculatis, furcatis vel trifidis vageve ramulosis septulatis suffultis.

Hab. in tuberibus Solani tuberosi putrescentibus, Rouen Galliæ (LETENDRE). in caulibus Solani nigri et in culmis Zeæ in agro Treviso Ital. bor. — *Psilonia rosea* Berk. in pluribus convenit, sed setis rigidis differt.

5. **Dendrodochium subaffine** Sacc. et Penz. Mich. II, p. 645. — Acervulis subsuperficialibus, sparsis, pulvinatis, compactiusculis, levibus, rubellis, dein fuscidulis, ⅓-½ mm. diam.; sporophoris filiformibus 100-140 ≈ 2-2,5, sursum furcatis, continuis, hyalinis; conidiis oblongis, utrinque rotundatis, rectis, 6 ≈ 2,5, hyalinis. 3076

Hab. in ramis corticatis Sambuci nigræ, Elbeuf Galliæ (MALBRANCHE). — A *D. affini* Sacc. recedit sporophoris multo longioribus.

6. **Dendrodochium rubellum** Sacc. Mich. II, p. 131, F. ital. t. 772. — Sporodochiis plano-pulvinatis, gregariis erumpentibus, ½ mm. d., roseis; sporophoris ex hyphis repentibus oriundis, erectis, furcatis v. bis furcatis, acutis, 25-35 ≈ 2; conidiis acrogenis oblongis, 8-9 ≈ 2-3, e roseo hyalinis. 3077

Hab. in ramis corticatis Pruni domesticæ, Saintes Galliæ (BRUNAUD). — A *D. aurantiaco* conidiis elongatis nec globulosis præ ceteris differt. — Var. **Ricini** Sacc. Mich. II, p. 580: conidiis paullo angustioribus et leniter curvis, 7-9 ≈ 2,5-3; sporophoris conidio quadruplo longioribus varie furcatis. In caule putri Ricini, Rouen Galliæ. — Var. **Brassicæ** Sacc. Mich. II, p. 580: sporophoris elongatis, sursum sæpius bifidis; conidiis 6 ≈ 3, ovoideis e roseo hyalinis. In caule Brassicæ, in Arduennis (LIBERT). — Var. **microsporum** Sacc. Mich. II p. 645: sporodochiis paullo majoribus et remotioribus conidiisque paullo minoribus, 5-6 ≈ 2,5-3. In cortice Magnoliæ, Newfield N. J. (ELLIS), et Citri in Ital. bor. — Var. **trifidum** Sacc.: sporophoris apice eximie trifidis; conidiis 7 ≈ 4. In cortice ramorum in Arduennis.

7. **Dendrodochium clavipes** Penz. et Sacc. Fung. Mort. n. 57, t. V, f. 28. — Sporodochiis minutis, punctiformibus, laxe congregatis, candidis, demum pallide roseis, superficialibus; sporophoris dense aggregatis, ramosis, continuis, ramulis apice incrassatis, claviatis, 16-20 ≈ 2-3; conidiis acrogenis, ellipticis, utrinque rotundatis, subhyalinis vel pallide roseis, eguttulatis, 7-8 ≈ 2,5-3. 3078

Hab. in capsulis putrescentibus Bignoniæ Tweedianæ,

Mortola Ital. bor. (Penzig). — Affine *D. rubello* sed sporodochiis minutissimis et sporophoris clavatis mox distinctum.

8. **Dendrodochium fusisporum** Sacc. et Roum. Reliq. Libert. IV, n. 208. t. 46. f. 58. — Sporodochiis subsuperficialibus pulvinatis, roseis, $^3/_4$ mm. diam.: basidiis dense fasciculatis, vage ramosis furcatisve, continuis, hyalinis; conidiis ad ramulos acrogenis, anguste fusoideis, 12 = 2,5, hyalinis, rectis. 3079

Hab. in ramis corticatis Sambuci in Arduennis — Præsertim conidiis fusiformibus mox dignoscenda species.

9. **Dendrodochium macrosporum** Sacc. et Ell. Mich. II, pag. 580. — Sporodochiis globulosis, basi leniter coarctatis, roseis, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. diam., compactiusculis: conidiis fusoideis utrinque obtuse acutatis 20 = 5-5,5, hyalino-roseis, 2-4-guttulatis; basidiis fasciculatis teretiusculis, 30 = 3-4, verticillato-ramosis, ramulis obclavatis, hyalinis. 3080

Hab. in caulibus herbarum, Newfield N. J. Americæ bor. (Ellis).

10. **Dendrodochium microsorum** Sacc. Mich. II, p. 298, F. ital. t. 775. — Sporodochiis superficialibus facileque secedentibus, gregarii minutissimis, $^1/_5$-$^1/_3$ mm. diam., pulvinatis, dilute roseis; sporophoris ex hyphis repentibus parcis oriundis, dense fasciculatis, verticillato-ramosis, 20-25 = 1, ramulis sursum attenuatis; conidiis acrogenis ovato-oblongis, $3^1/_2$-4 = 1-$1^1/_4$, e roseo hyalinis. 3081

Hab. in culmis Arundinis Donacis udis in Horto Patavino Italiæ bor.

11. **Dendrodochium aurantiacum** Bon. Handb. p. 135, fig. 228, Sacc. F. ital. t. 771. — Sporodochiis erumpentibus, $^1/_2$-1 mm. diam., rubro-aurantiacis, pulvinato-oblongis; sporophoris ramosis, apice obtusiusculis; conidiis globoso-ellipsoideis, 5-6 μ. diam., e roseo hyalinis. 3082

Hab. in ramis corticatis Fici Caricæ etc. in Gallia et Guestphalia.

12. **Dendrodochium citrinum** Grove in litt. — Sporodochio verruciformi, $^1/_2$ mm. diam., circulari, valde convexo, distincte marginato, disco nitente, citrino, extus limboque tumido saturatioribus; sporophoris repetite 2-5-verticillato-ramosis; ramulis filiformibus; conidiis acrogenis, sphæricis, luteolis, guttulatis, 1.75 μ. diam. 3083

Hab. in ligno putrido Pini silvestris (?), Barnigreen, prope Birmingham Britanniæ.

13. **Dendrodochium flavum** Bon. Handb. p. 135, fig. 229. — Sporodochiis oblongis inæqualibus, pulvinato-appianatis, flaris; sporo- 3084

phoris elongatis, dendroideo-ramosis, ramulis ultimis sæpe geminis; conidiis ovoideo-oblongis, hyalinis.

Hab. in corticibus in Guestphalia.

14. **Dendrodochium? melleum** (B. et C.) Sacc. *Dichilonium melleum* P. et C. North Am. Fungi n. 690. — Granulæforme, melleum; sporophoris periphericis ramosis, divaricatis, apicibus furcatis; conidiis..... 3085

Hab. in ramis dejectis udis in Carolina inferiore.

15. **Dendrodochium album** Bon. Handb. p. 287. — Sporodochiis subrotundis, basi stipitiformi immersa, erumpentibus, albis, mollinsculis; sporophoris e basi stromatice parenchymatica oriundis, septatis dendroideo-ramosis; conidiis ovoideo-teretiusculis, utrinque rotundatis, acrogenis. 3086

Hab. in ramis putrescentibus in Guestphalia.

16. **Dendrodochium albo-cinereum** Sacc. et Malbr. Mich. II, p. 645. — Sporodochiis pulvinatis, molliusculis, $1\frac{1}{2}$ mm. diam., superficialibus, albidis, dein cinereo-nigrescentibus; conidiis oblongo-ellipsoideis, 7–8 = 3.5–4, subhyalinis, rectis; basidiis sursum bi-trifurcatis, obsolete septatis, conidio triplo-quadruplo longioribus, subhyalinis. 3087

Hab. ad radices Rumicum putrescentes, Rouen Galliæ.

TUBERCULINA Sacc. Mich. II, pag. 31 (Apr. 1880) (Etym. a *Tubercularia*, cui analoga). *Tubercularia* Auct. ex parte, *Uredinula* Speg. F. Arg. Pug. II, p. 15 (Majo 1880), *Cordalia* Gobi Ueb. Tub. pers. (1885) pag. 13 cum icone. — Sporodochium minutum plano-pulvinulatum, sæpius violascens, dein in formam sclerotii indurescens. Conidia in sporophoris crassiusculis, brevibus, simplicibus vel parce ramulosis acrogena, globulosa. — In Uredineis parasitica. — Ex cl. Gobi l. c. genus hoc aptius inter Ustilagineas militat; quod, etsi notæ nonnullæ satis recedant, non negarem. Interea vero, dum et species ceteræ melius innotescant, opportunitatis causa hoc loco relinquo.

1. **Tuberculina persicina** (Ditm.) Sacc. F. ital. t. 964, *Tubercularia persicina* Ditm. in Sturm D. C. Fl. t. 49, *Uredo fallax* Corda Ic. fung. V, pag. 49, f. 7, *Uredo lilacina* Desm. — Sporodochiis globuloso-depressis, exiguis, subinde circulatim dispositis, violaceo-fuscis, phyllogenis; conidiis globulosis, 7–8, rarius 10 μ. diam., roseo-violaceis, levibus; sporophoris simplicibus v. ramulosis, continuis, sursum denticulatis, subhyalinis. 3088

Hab. parasitice in Uredinibus Æcidiisque ad folia Calystegiæ, Circææ, Sempervivi, Senecionis, Euphorbiæ, Pedicularis, Urticæ, Convallariæ, Paridis, Eryngii, Clematidis, Cirsii, Sorbi, Thesii in Germania, Italia, Britannia, Gallia, Rossia. — Secundum cl. Gobi e germinatione conidiorum seu sporarum promycelium gignitur, erecto-ramosum, sporidiola falcata, septata („*Fusarii?*") gerens.

2. **Tuberculina vinosa** Sacc. *Tubercularia vinosa* Sacc. Mich. I, p. 262 et II, p. 34, F. ital. t. 963, *Tub. persicinæ* Ditm. valde affinis, a qua differt cæspitulis majoribus, vinosis; conidiis subglobosis v. ovoideis 11-12 ≈ 10 (nec 7-8 diam.), basidiis brevioribus crassioribus subinde septulatis simplicibus suffultis. 3089

Hab. in pagina inferiore foliorum Tussilaginis Farfaræ ad Æcidium in Italia bor., ad Rœstalias in foliis Piri et Cratægi, ad Æcidium in Borragineis in Britannia et Gallia.

3. **Tuberculina Pirottæ** (Speg.) Sacc. *Uredinula Pirottæ* Speg. F. Arg. Pug. II, pag. 15 et 44. — Sporodochiis globulosis, purpurascentibus; sporophoris cylindraceo-clavulatis, subcoalescentibus, 60-70 ≈ 2-5; conidiis globosis, granuloso-farctis 10-12 μ. diam., dilute purpurascentibus. 3090

Hab. in foliis caulibusque Modiolæ prostratæ ad soros Pucciniæ Malvacearum. Buenos-Aires Argentinæ.

4. **Tuberculina solanina** Speg. F. Arg. Pug. III. n. 101. — Sporodochiis innato-prominulis, applanatis, compactis, duris, sparsis vel hinc inde subgregariis, olivaceo-fuscescentibus, 300-400 μ. diam., levibus, tenuibus; conidiis globosis, crassiuscule tunicatis, levibus, 8-10 μ. diam., dilute fulvo-purpurascentibus, in sporophoris filiformibus, rectis, subcoalescentibus, 40 ≈ 1-1½, dilute fusco-olivaceis acrogenis. 3091

Hab. in foliis vivis Acnisti parviflori, socio *Æcidio solanino* in montuosis «Sierra Chica» prope S. José, Córdoba Argentinæ (Dr. Hieronymus).

5. **Tuberculina Tweediana** Speg. F. Arg. Pug. II, pag. 15 et 44. — Sporodochiis amphigenis v. (rarius) caulogenis, cupulari-hemisphæricis, intense fusco-purpurascentibus, carnoso-compactis, ½-¾ mm.; conidiis globosis, simplicibus, hyalinis 8-10 μ. diam., in sporophoris cylindraceo-clavulatis, 60-80 ≈ 5-6, dilute hyalino-purpureis e subiculo carnoso-prosenchymatico exsurgentibus acrogenis. 3092

Hab. in foliis vivis Diclipteræ Tweedianæ in paludosis secus Rio de la Plata, cerca de la Recoleta Argentinæ.

6. **Tuberculina Pamparum** Speg. F. Arg. Pug. II, pag. 15 et 41. — 3093
Sporodochiis hypophyllis vel caulogenis, parvulis, ½-¾ mm. irregulariter suborbicularibus, sparsis, carnoso-compactis, fusco-purpurascentibus; conidiis hyalinis vel dilute hyalino-subviolaceis, granuloso-farctis 7-8 μ. diam. in sporophoris cylindraceo-clavatis, hyalino-purpurascentibus, 20-30 = 5-7 acrogenis.

Hab. ad folia viva Salpichroæ rhomboideæ, sociâ *Puccinià pampeanâ* et *Æcidio pampeano* cerca de la Chacarita Argentinæ.

7. **Tuberculina Jonesii** (Peck) Sacc. *Synchytrium Jonesii* Peck Bot. 3094
Gaz. II, p. 240. — Sporodochiis latiusculis, inæqualibus, prominulis vel leniter depressis, hypophyllis, rubro-brunneis, erumpentibus; conidiis globosis, levibus, rubescenti-brunneis, 7-10 μ. diam.; sporophoris clavulatis.

Hab. in foliis vivis Zauschneriæ californicæ, Bingham Utah, et in foliis Viciæ americanæ ad Æcidium porosum prope Ogden Utah Amer. bor. — Ad hoc genus duxi speciem, præeunte clarissimo Farlow Synch. Un. St. in Bot. Gaz. 1885, pag. 245.

8. **Tuberculina Malvacearum** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 160. — 3095
Maculis epiphyllis, indeterminatis, fuscescentibus, majusculis, 3-10 mm. diam., sporodochiis epiphyllis in maculis hinc inde 3-8-aggregato-confluentibus, minutis 100-180 μ. diam., fusco-vinosis; conidiis globosis vel hemisphæricis (an semper?) e mutua pressione sæpe angulosis, 7-8 μ. diam., tenui tunicatis, granuloso-farctis e hyalino fumoso-vinosis; sporophoris in sporodochium carnosum fuscum vel sordide vinosum, merenchymaticum confluentibus et parum perspicuis.

Hab. in pagina superiore foliorum Abutilonis speciei cujusdam in pratis prope Paraguari Brasiliæ, socio *Uromycete Malvacearum.*

9. **Tuberculina Arechavaletæ** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 159. — 3096
Maculis amphygenis, determinatis, majusculis, 3-8 mm. diam., arescenti-pallescentibus; sporodochiis hypophyllis per maculas diffusis, sparsis vel plus minusve aggregato-confluentibus, primo tectis dein nudis, minutis, 80-150 μ. diam., sordide fusco-purpurascentibus; conidiis globosis vel globoso-subovatis 7-8 mm. diam., laxissime ac minute papillulosis, nubiloso-granuloso-farctis, hyalinis vel perdilute fumosis; sporophoris elongato-clavulatis, 30-60 = 2,5-3,5 fasciculatis, hyalinis vel fumoso-vinosis.

Hab. in foliis vivis Cupaniæ speciei cujusdam in dumetis prope Guarapi Bras.

10. **Tuberculina guaranitica** Speg. Fungi Guar. Pug. I. n. 158. — 3097
Maculis nullis vel hypophyllis, minutis ac parum conspicuis, fuscescentibus: sporodochiis hypophyllis, minutis, 150–220 μ. diam., centro macularum insidentibus, 3–7-aggregato-confluentibus sordide fuscescenti-carneis vel purpurascentibus: conidiis globosis 6–8 μ. diam., episporio levissimo, non vel vix minutissime granuloso-asperulo, nubiloso-farctis, pallide lilacinis; sporophoris elongato-clavulatis, 25–50 ≍ 4–5, levibus, lilacinis.

Hab. in foliis vivis Salviæ speciei cujusdam in uliginosis pr. Carapegua Brasiliæ, socio *Ceratilio guaranitico*.

11. **Tuberculina phacidioides** (Dur. et Mont.) Sacc. *Tubercularia* 3098
phacidioides Dur. et Mont. Fl. alger. I, 333. — Folicola, amphigena, sæpius hypophylla, minuta, sparsa, conferta, interdum confluens; stromate tenui, erumpente, applanato, subrotundato, atropurpureo, epidermide lacerata cincto, maculæ heterogeneæ purpureæ insidente; conidiis majusculis ovatis, pellucidis, basidiis simplicibus ramosisve sæpe furcatis suffultis.

Hab. in macula purpurea Æcidii rubelli nec non intra ipsius fungilli pseudoperidio, ad folia viva Rumicis cujusdam. La Calle Algeriæ.

12. **Tuberculina? ampelophila** Sacc. Mich. II, pag. 262, et F. ital. 3099
t. 965. — Sporodochiis minutis, erumpenti-superficialibus, dense gregariis confluentibusque, pallide roseis; sporophoris fasciculatis simplicibus ramosisque septatis, nubiloso hyalinis, apice conidia (catenulata?) globosa vel ellipsoidea, 6–7 ≍ 6, nubilosa e hyalino dilutissime rosea gerentibus.

Hab. in pustulis Gloeosporii ampelophagi ad baccas Vitis viniferæ (var. *Lugliatica*), Selva Treviso Italiæ bor. — A *Gloeosporio*, quocum nascitur, acervulis majoribus, conidiorum forma et magnitudine statim dignoscitur. Cum eodem *Gloeosporio* nec non cum *Fusisporio Zaciano* Sacc. metagenetice forte connectitur; hinc a vera *Tuberculina* differt.

ILLOSPORIUM Mart. Fl. Crypt. Erl. p. 325, Sacc. Mich. II. p. 34 (Etym. *illo* circumvolvo et *spora*). — Sporodochia verruciformia v. pulvinata v. subeffusa, alba v. læticoloria, subgelatinoso-ceracea, subinde fatiscentia. Conidia e globoso sigmoidea, varia, in glomerulos mucosos conglutinata. Sporophora varia, implexa, in conidia abeuntia.

I. Lichenicolæ et bryophilæ.

1. **Illosporium roseum** (Schreb.) Mart. Fl. cr. Erl. p. 325, Corda Ic. fung. III, pag. 1, fig. 2, *Lichen roseus* Schreb. spic. n. 1150, *Byssus rosea* Retz. *Lepra rosea* Willd., *Lepraria rosea* Ach., *Tubercularia rosea* Pers. Syn. p. 114. *Sclerotium persicolor* Schum. *Palmella rosea* Lyngb. — Erumpens, liberatum, gregarium, coacervatum in tuberculum forma angulata varium, molle, subgelatinosum, facile friabile et leproso-fatiscens, intense roseum; conidiis ovoideis inæqualibus muco copioso obvolutis; sporophoris ramosis tortuosis. 3100

Hab. in lichenibus variis, e. g. Physcia stellata, Imbricaria, Borrera, Parmelia in Italia bor., Suecia, Britannia, Bohemia, Germania, Belgio, Amer. bor.

2. **Illosporium coccineum** Fr. S. M. III, p. 259. — Sporodochio minimo conferto globoso undique disperso coccineo, demum in conidia concolora inquinantia diffluente; conidiis subglobosis in glomerulos subovatos 30 = 16 congestis. 3101

Hab. in lichenibus leprosis crustaceis ex gr. Pertusaria, Lepraria, Endocarpo, Parmelia etc. in Germania, Gallia, Britannia, Amer. bor.

3. **Illosporium corallinum** Rob. in Desm. Ann. Sc. Nat. 1848, X, pag. 342. — Gregarium, minutum, roseum, globosum, ovoideum, cylindricum subramoso-corallinum; conidiis conglutinatis, polymorphis, subhyalinis. 3102

Hab. in lichenibus arboreis, ex gr. Parmelia parietina, stellari, Borreri in Gallia, Britannia. — Teste Cooke Handb. n. 1682 huc spectat *Ill. coccineum* Corda.

4. **Illosporium carneum** Fr. S. M. III. p. 259. Corda Ic. fung. III, p. 1, fig. 1. — Gregarium, globulare, liberum, molle, subpulverulentum, carneo-rubrum; conidiis ovoideis curvulis, in glomerulos 20-24 μ. diam., congestis, hyalino-roseis. 3103

Hab. in lichenibus terrestribus latifoliis, hactenus tantum in Peltigeris, v. g. P. canina in Suecia, Germania, Britannia, Gallia, Italia, Bohemia.

5. **Illosporium aurantiacum** Lasch in Rabh. Bot. Zeit. 1859, p. 304 et Fungi europæi n. 74, non Fuck. Enum. Fung. Nassoviæ n. 206. — Gregarium, minutum, subrotundum, aurantiacum, passim coacervatum; conidiis subrotundis. 3104

Hab. in thallo et apotheciis Xanthoriæ parietinæ ad corticem Fraxini etc. in Germania et Lusitania.

6. **Illosporium croceum** West. Crypt. ined. not. p. 13. — Sporodochiis aggregatis, minutis, globosis v. ovoideis, 1-2 mm. diam., croceis; conidiis irregularibus, polymorphis, translucidis intus granulosis. 3105

Hab. in Muscis putridis pr. Mons Belgii (M. Clém. Dumont).

II. Trunci-lignicolæ.

7. **Illosporium flaveolum** Sacc. Mich. II, p. 297, F. ital. t. 836. — Sporodochiis minutissimis, subglobosis, gregariis, flavidis, $^1/_8$ mm. diam.; hyphis dichotome ramosis, tortuosis, 8 μ. cr. intus guttulatis, apicibus curvatis, rotundatis (denique secedentibus?). 3106

Hab. in ligno putri quercino in silva Montello Ital. bor.

8. **Illosporium persicinum** Fr. S. M. III, p. 259. — Gregarium, minimum, adpresse sphæricum, adnatum, fugax, persicinum, intus subgelatinosum, levigatum. 3107

Hab. ad ligna nuda Pini silvestris, recentius scissa, in aere canescentia in Smolandia Sueciæ.

9. **Illosporium sanguineum** Preuss F. Hoyersw. in Linnæa 1852, p. 72. — Gregarium, minutum, libere evolutum, pulvinatum, semipellucidum, primum roseo-album, dein sanguineum; conidiis ovalibus, æqualibus, muco totis immersis, cum aqua diffluentibus. 3108

Hab. in ligno Pini putrescente, Hoyerswerda.

10. **Illosporium coccinellum** Cooke in Grevillea. — Sparsum, cocci-neo-roseum, minutum, globosum; hyphis parce ramulosis. 3109

Hab. in palis pineis et juniperinis in Carolina australi.

11. **Illosporium Pezizula** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 579. — Sporodochiis gregariis, discoideis, subpezizoideis, candidis, vix $^1/_4$ mm. diam.; hyphis dense fasciculatis pluriarticulatis, flexuosis, ad septa constrictis, hyalinis; articulis ellipsoideis v. cuboideis, 15-20 μ diam., superioribus minoribus. 3110

Hab. in corticibus putrescentibus (Magnoliæ?), Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis).

12. **Illosporium Montagnei** Sacc. *Gliostroma heterosporum* Mont. Fl. Chil., VIII, p. 26 et Syll. crypt. n. 1084. — Sporodochio disciformi minuto succineo: sporophoris abbreviatis conidia obovoidea oblongave sustinentibus. 3111

Hab. ad ramos emortuos in Chile (Gay).

13. **Illosporium cæsium** Schw. Syn. Amer. bor. n. 2407. — Minutum, 3112

difforme, aggregatum, ambitu varie lobatum; sporodochiis vix nisi colore cæsio-albo nudo oculo visibilibus, sæpe confluentibus, innumeris in alburni rimis sitis; demum fatiscentibus.

Habit. in ligno udo decorticato Juglandis albæ, Nazareth Amer. bor.

III. In foliis, culmis, humo.

14. **Illosporium maculicolum** Sacc. Mich. I. p. 263, F. ital. t. 835. — 3112
Maculis foliorum variis, arescentibus; sporodochiis e globoso conoideis, gregariis, superficialibus, 500 μ. altis, 200 μ. cr. pallide roseis, verruculosis, ex hyphis varie ramosis denseque intricatis, pluriarticulatis, guttulatis, dilutissime roseis, conflatis; conidiis (cellulis apicalibus?) ovoideis, 8–12 ≈ 1–6, continuis, quandoque spurie 1-septatis, hyalino-roseis, in hypharum apice nunc conico nunc filiformi acrogenis.

Hab. in maculis arescentibus foliorum plantarum variarum, e. g. Ajugæ reptantis, Veronicæ Chamædryos, Violæ odoratæ, Corni sanguineæ, Plantaginis majoris, Aquilegiæ vulgaris, Leontodontis hastilis, Centaureæ nigrescentis, Potentillæ reptantis, Ranunculi repentis, Glechomæ hederaceæ, Pulmonariæ officinalis, Trifolii repentis, Plantaginis lanceolatæ, Selva Treviso Italiæ borealis.

15. **Illosporium guttiforme** Speg. F. Arg. Pug. II, n. 160. — Sporo- 3114
dochiis dense sparsis, orbicularibus v. confluendo difformibus, lenticulari-pulvinatis, superficialibus 0,5–1 mm. diam., carnosulo-ceraceis, aqueme et vivide roseo-carneis v. subcinnabarinis; hyphis parvulis, toruloso-articulatis, sæpius in articulis secedentibus, simplicibus v. ramulosis, hyalinis, apice 1–3 conidia elliptica v. ovoidea 5–10 ≈ 3–4 hyalina gerentibus.

Hab. in pagina superiore foliorum viventium Galii speciei cujusdam in sepibus a la Boca del Riachuelo Argentinæ. — Species pulcherrima mox distinguenda.

16. **Illosporium cretaceum** Oud. Aanw. IX–X. pag. 40. — Cæspitu- 3115
lis minutis subglobosis, gregariis, cretaceis, $^1/_3$–$^1/_2$ mm. diam. nonnunquam in maculas albas planiores confluens; hyphis deorsum remotius, sursum crebrius, partim diffuse, partim dichotome ramosis, dense intricatis, achromis, pellucidis, hyalinis, articulatis ramulis ultimis omnium brevissimis, vulgo p. m. nodosis in cellulam obovatam continuam v. bilocularem, 10–15 ≈ 5–7 desinentibus.

Hab. in pagina inferiore foliorum radicalium terræ incumbentium Prunellæ vulgaris, Putten Hollandiæ. — A pluribus *Illosporii* speciebus colore differt; ab *I. Pezizula* cæspitibus minime discoideis et ab *I. helicoideo* ramorum ultimorum articulis non in spiras convolutis distinguitur.

17. **Illosporium Curreyi** (Berk.) Sacc. *Arthroderma Curreyi* Berk. Outl. p. 357. — Sporodochiis subglobosis v. pulvinatis sparsis v. gregariis, ex hyphis intertextis, septato-constrictis, ramosis compositis; conidiis læte flavis, sphæricis ad centrum collectis. 3116

Hab. in foliis et ramulis emortuis in Britannia.

18. **Illosporium? Bonariense** Speg. F. Arg. Pug. I, p. 192. — Pulvinatum gossypino-tomentosum orbiculare, hypophyllum foliis adnatum roseum. 3117

Hab. in foliis vivis Celtidis Talæ vulgatissimum ubique in agro Bonaerensi Argentinæ. — Sterile, an potius *Oidium?* observante Spegazzinio.

19. **Illosporium helicoideum** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 579. — Sporodochiis subsparsis, globulosis, albis, $^1/_3$ mm. diam.; hyphis sporomorphis dense conglobatis in spiram brevem convolutis, parce septatis, 5 μ. cr. perfecte hyalinis. 3118

Hab. ad culmos putrescentes graminum, Newfield N. J. Americæ borealis (Ellis).

20. **Illosporium pallidum** Cooke in Grevillea. — Sparsum, pruinosum, subglobosum, dein applanatum, pallide carneum; hyphis intertextis, parce ramulosis, flexuosis. 3119

Hab. in Zea Mayde in Carolina infer. Amer. bor.

21. **Illosporium heterosporum** (Preuss) Sacc. *Gliostroma heterosporum* Preuss F. Hoyersw. n. 342. — Sporodochiis hemisphæricis, minutis, primo mucosis, albis; conidiis minoribus, catenatis, rotundatis, intus guttulatis. 3120

Hab. in mica panis albi, Hoyerswerda.

22. **Illosporium humigenum** Peck et Sacc. — Sporodochiis globulosis, compactiusculis, sæpe confluendo botryoideis, sordide roseis; conidiis globulosis, initio 3-pluri-glomeratis, mox liberis, hyalinis; basidiis nullis v. obsoletis. 3121

Hab. in humo uda, Albany Amer. bor. (Peck).

PHYLLŒDIA Fries Summa Veg. Scand. pag. 482 (Etym. *phyllon* folium et *oideo* tumeo). — Sporodochia superficialia, difformia. Conidia colorata, simplicia, crasse tunicata, in gelatina subamorpha

indurata colorata nidulantia. — Species hujus generis sub *Illosporii* titulo a Domina Libert traditæ, a Corda ad genus *Myxosporium* relatæ sunt; ab utroque tamen differunt et generi *Phyllœdiæ* Friesii, etiamsi non plene definito potius adscribendæ videntur.

1. **Phyllœdia faginea** (Lib.) Sacc. *Illosporium fagineum* Libert. Crypt. Ard. n. 185, *Myxosporium fagineum* Corda Icon. Fung. III, p. 2, tab. I, fig. 5. — Effusa, difformis, siccitate in frustula polygona diffracta, coccinea dein aurantiaca, rarius sulphurea; muco matricali stratoso pallido; conidiis irregulariter coacervatis, subsphæroideis, episporio hyalino albo, donatis, sessilibus nucleo aurantiaco, granuloso, 25-30 μ. diam. 3122

Hab. in foliis emortuis Fagi silvaticæ in Arduennis et Bohemia.

2. **Phyllœdia punicea** (Lib.) Sacc. *Illosporium puniceum* Lib. Crypt. Ard. n. 282, *Myxosporium puniceum* Corda Icon. Fung. III, p. 2, tab. I, fig. 4. — Minuta libere evoluta, globularis; sporodochiis subsolitariis, puniceis, subcompactis, muco matricali granuloso cinnabarino; conidiis sphæroideis magnis, flavo-virescentibus, 40-50 μ. diam., episporio albo stratoso, nucleo celluloso. 3123

Hab. in Muscis in Arduennis.

ÆGERITA Pers. Disp. fung. p. 40 (Etym. *ægeiros* Populus et Alnus), *Crocysporium* Corda. — Sporodochia subglobosa, sessilia, tenuissima, subfarinacea, epixyla, superficialia. Sporophora alba vel pallide colorata, breviuscula, crassiuscula, simplicia vel ramulosa, subinde obsoleta. Conidia globosa vel ovoidea, majuscula, subacrogena, solitaria.

I. *Eu-Ægerita.*

Sporophora manifesta.

1. **Ægerita candida** Pers. syn. 684, Nees syst. t. 24, Grev. cr. t. 268, f. 1, B. et Br. Ann. N. H. n. 823, t. IX, f. 7, *Tubercularia candida* Spr. *Sclerotium album* DC. *Scl. Ægerita* Hoffm. — Conferta, granuliformis, globoso-hemisphærica, seminis *Papaveris* aut *Brassicæ* magnitudine, candida, sed exsiccata subflavescens, recens levis, glabra, denique ob conidia minute squamuloso-farinosa; sporophoris brevibus fasciculatis, crassiuscule cylindraceis, flexuosis; conidiis ellipsoideis, basi subinde apiculatis, 12-15 ≃ 7-8, plerumque acrogenis, hyalinis. 3124

Hab. in lignis corticibusque Alni, rarius Pini, Carpini etc. in Germania, Britannia, Suecia, Belgio, Gallia, Amer. bor., Ceylon. — Teste Berk. l. c. *Æg. perpusilla* Desm. Ann. Sc. Nat. 1840, p. 9 ab hac non vel vix differt.

2. **Ægerita torulosa** (Bon.) Sacc. *Crocysporium torulosum* Bon. Handb. p. 79, fig. 90, Sorok. in Ann. Sc. Nat. 1876, II, p. 144, tab. VI. — Sporodochiis globulosis laxiusculis, candidis, gregariis; sporophoris basi fasciculatis, radiantibus, toruloso-septatis, sursum subclavatis; conidiis (?) globoso-ellipsoideis, majusculis, acrogenis, hyalinis, vix secedentibus, 13–14 μ. d. 3125

Hab. in corticibus in Germania et Rossia. — Sec. cl. Sorokin l. c. conidia supra descripta essent meræ cellulæ terminales.

3. **Ægerita alba** (Preuss) Sacc. *Crocysporium album* Preuss F. Hoyersw. n. 158. — Minuta, gregaria, alba; stromate globoso; sporophoris infra conjugatis supra ramosis, sporidiferis subfoliiformibus; conidiis magnis albis, diaphanis rotundatis, oblongisve. 3126

Hab. in cortice et foliis putridis arborum frondosarum, Hoyerswerda et in Rhenogovia.

4. **Ægerita Cordæ** Sacc. *Crocysporium Ægerita* Corda Icones fung. I. p. 5, fig. 87. — Minuta, gregaria, alba; stromate globoso dein hemisphærico; sporophoris flexuosis septatis, apice conidio instructis; conidiis magnis, albis, subdiaphanis, obovatis, basi hylo truncato instructis. 3127

Hab. in ligno putrido humido ad Lieben prope Prag Bohemiæ.

5. **Ægerita plagiospora** Bon. Handb. p. 132, fig. 221. — Sporodochiis subrotundo-pulvinatis basi applanatis, carnosulis, siccis induratis, rufescentibus; sporophoris filiformibus, simplicibus, septatis, hyalinis; conidiis limoniformibus, griseolis apice vel sub apice sporophororum singulatim insertis. 3128

Hab. in corticibus in Guestphalia.

II. *Ægeritella* Sacc.

Sporophora obsoleta (vel non descripta).

6. **Ægerita luteola** Durr. et Mont. Fl. Alg. I, p. 399. — Sporodochiis 80–200 μ. d., glabris basi e cellulis subglobosis compositis, gregariis confertis, oblongo-ovatis, minutis, luteolis; conidiis oblongis subgibbis, 15 = 5, 1–2-guttulatis, levibus, subumbrinis. 3129

Hab. in ligno putredine consumpto, La Calle Algeriæ (Durieu).

7. **Ægerita mellea** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 909. — Minuta, subglobosa, mellea, papillæformis, trenelloidea, oculo inermi vix visibilis. 3130

Hab. in lichenibus, Peradeniya Ceylon.

8. **Ægerita pezizoides** (Corda) Bon. Handb. p. 132, *Gliostroma pezizoides* Corda Ic. fung. I, p. 5, fig. 86. — Hemisphærica, alba, farinosa, dein depressa et pezizoidea; stromate gelatinoso, diaphano, luteo, conidiis minutissimis, copiosis, globosis albis tecto. 3131

Hab. in Epichloe typhina parasitica pr. Prag Bohemiæ.

9. **Ægerita cæsia** Pers. Syn. Fung. p. 685, Fuck. Nass. p. 33, *Aggrium cæsium* Fr. S. M. II, p. 231, ex parte? — Pruinata, cæsia, albida, sparsa, punctiformis; conidiis oblongis ovatisve, subinde curvulis, interdum duobus conjunctis (Fuckel). 3132

Hab. ad ramos putridos, sub umbra jacentes, in Germania. — *Aggrium cæsium* Fr. Summa p. 360, etiam ex De Not. Prof. Discom. p. 365, est genuinus discomyces.

10. **Ægerita epixyla** (Bull.) DC. Fl. fr. II, p. 72, *Dichosporium aggregatum* Nees Syst. fig. 99, Fr. S. M. III, p. 218, ?*Ægerita pallida* Pers. Syn. p. 685, *Reticularia epixyla* Bull. Champ. t. 472, f. 1. — Conidiis globoso-oblongis; sporodochio convexiusculo in basin deplanato, primum griseo, dein nigrescente conidiis consperso. 3133

Hab. ad ligna putrida, quercina in Germania et Gallia.

11. **Ægerita fragilis** Preuss F. Hoyersw. n. 274. — Adnata, rotundo-difformis, alba; sporodochio crassiusculo, fragilissimo, intus concolori; conidiis globosis, albis 3134

Hab. in foliis Pini silvestris dejectis, Hoyerswerda.

12. **Ægerita æruginosa** Wallr. Fl. crypt. n. 1723. — Conidiis globosis, minimis, æruginosis, sporodochium hemisphæricum, liberum, punctiforme, dispersum obsidentibus, dein aufugis illudque deplanatum relinquentibus. 3135

Hab. ad ligna corylea nemorum in Thuringia.

13. **Ægerita lutescens** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3042. — Sporodochiis globoso-applanatis, sparsis, majoribus quam *Æ. candidæ*, lutescentibus, basi subcontracta. 3136

Hab. in lignis siccis carie consumptis, Bethlehem Amer. bor.

14. **Ægerita Ovulum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3043. — Major; sporodochiis ovalibus ex candido pallidis, dense aggregatis, laxissime affixis, longe lateque effusis, interdum difformibus; congeriem ovulorum insectorum exacte referentibus; conidiis non difficiliter diffluentibus sub aqua. 3137

Hab. in liguis cariosissimis frequens, Salem et Bethlehem Americæ borealis.

III. *Dermosporium* Link.

Conidia superficiem sporodochii tegminis corticalis ad instar investientia.

15. **Ægerita flavicans** (Link) Sacc. *Dermosporium flavicans* Link 3138
Obs. II, p. 32, Nees Syst. fig. 25. — Conidiis globosis, minutis, flavicantibus, sporodochii globosi, minuti, concoloris superficiem obstruentibus.

Hab. ad ramos putridos humi jacentes agri Berolin. (Ehrenberg). — Insectorum ovis simillima ob colorem et nitorem.

16. **Ægerita decolorans** (Schw.) Sacc. *Dermosporium decolorans* 3139
Schw. Syn. Amer. bor. n. 3033. — Sporodochio globoso, sparso, parvo, subapplanato, subpellucido, primum pallido, demum ochraceo; conidiis minutissimis globosis, non ita dense instratis ut in *D. flavicanti*, pruinam simulantibus.

Hab. ad caules plantarum maximarum, v. c. Umbellatarum, Bethlehem Amer bor.

17. **Ægerita rosea** (Schw.) Sacc. *Dermosporium roseum* Schw. Syn. 3140
Amer. bor. n. 3034. — Duplo minor priori; sporodochiis sparsis, turbinatis, roseo-pellucidis; conidiis oblongis ut pruina circum circa inspersis.

Hab. in ligno carioso passim obvia, Bethlehem Amer. bor.

SPHÆROSPORIUM Schwein. Syn. Amer. Fung. p. 303 (Etym. *sphæra* et *spora*). — Sporodochia planiuscula, pulvinatim elevata, strato conidiorum densissimo tecta (ochraceo-rufa). Conidia majuscula, globosa, pellucida, intus granulosa. — Forte cum gen. *Coccospora* mucedinea colliditur.

1. **Sphærosporium lignatile** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3036. — Strato 3141
pulvinato conidiorum ex ochraceo rufo pulvinatim super sporodochium elevato; acervis 2-3-linearibus, aggregatis, ovatis aut longissime confluentibus; globulo exteriore conidiorum in aqua omnino pellucido; interiore subopaco; sicco tempore tota conidia tum subangulata, ochracea et opaca deveniunt.

Hab. in frustulis majoribus pulveris vaporariæ et in corticibus putridis Quercuum etiam Salicum, Bethlehem Amer. bor. — Habitus fere *Bactridii*.

FUSICOLLA Bon. Handb. p. 150 (Etym. *fusus* et *colla*). — Sporodochia pulvinato-lobata vel effusa, inæqualia, superficialia, læte colorata subgelatinosa. Sporophora filiformia, ramosa, continua. Co-

nidia in ramulis acrogena, cylindracea vel fusoideo-falcata, continua hyalina. — Species Karstenii a typo Bonordenii paullulum desciscunt.

1. **Fusicolla Betæ** Bon. Handb. p. 150, fig. 248; vix *Fusisporium Betæ* Desm. Ann. Sc. nat. 1830, p. 436, t. XVIII, f. 2, Fr. S. M. III, p. 444. — Pulvinato-lobata, subeffusa, aurantiaco-rubra tremellosa; sporophoris dichotome ramosis continuis; conidiis anguste fusoideis, curvulis, continuis, hyalino-roseis. 3142

Hab. in radicibus putridis Betæ Ciclæ in Gallia et Germania. — Sec. Desm. l. c. sporophora sunt brevia, septata, ramosa; conidia 40 ≈ 5-6, denique 3-4-septata; hinc species diversa videtur. Cfr. *Pionnotes*.

2. **Fusicolla foliicola** Karst. in Symb. ad Mycol. Fennic. XIII, p. 160. — Sporodochiis subrotundis, convexis, ceraceo-gelatinosis, immarginatis, pallescentibus, 500-700 μ. crass.; conidiis cylindraceis, utroque apice obtusis vel subtruncatis, rectis, eguttulatis, simplicibus, 17-24 ≈ 2,5-3. 3143

Hab. in foliis putrescentibus Alni, Mustiala Fenniæ. — Sporodochia ex hyphis ramosis, gracillimis, coalitis composita; sporophora ex apice hypharum formata.

3. **Fusicolla corticalis** Karst. in Symb. ad Mycol. Fenn. XIII, p. 160. — Laxe gregaria, subinde basi cæspitosa, subrotunda, convexa, immarginata, subinde elongato-conoidea aut capitata, ceraceo-mollissima, subgelatinosa, alba, sicca flavescens vel sulphurea 0,5-0,6 mm. d.; conidiis elongatis, rectis, eguttulatis, simplicibus, 3-4 ≈ 0,5. 3144

Hab. in pagina interiore corticis Salicis ad terram dejecti in Mustiala. — Structura sporodochii ut in *F. foliicola* Karst.

4. **Fusicolla effusa** Karst. in Symb. ad Mycol. Fennic. XIII, p. 160. — Effusa, maculiformis, varia, plerumque oblongata et confluens, gelatinosa, cœrulescens, cæsia vel pallens, sicca fulvescens; conidiis elongatis, rectis, hyalinis, 4-6 ≈ 0,5-1. 3145

Hab. in caulibus exsiccatis herbarum variarum in Fennia austr.

5. **Fusicolla Phragmitis** Karst. in Symb. ad Mycol. Fennic. XIII, p. 160. — Laxe gregaria, subrotunda, convexa, immarginata, ceraceo-mollissima, subgelatinosa, virescens, interdum rubescente-pallida, lutea vel sulphurea, sicca vulgo cupulato-collapsa rugulosaque, fulvescens, fuliginosa, pallescens vel subnigrescens, 50-100 μ. crass.; conidiis elongatis, rectis, simplicibus, eguttulatis, hyalinis, 4-5 ≈ 0,5. 3146

Hab. in culmis emortuis Phragmitis communis circa Mustiala. — Contextus sporodochiorum ut in *F. foliicola* Karst.

SPHACELIA Lèv. Mèm. Soc. Linn. V, p. 578 (1827) emend. Sacc. (Etym. *sphacelos* sphacelus). — Sporodochia subplana, effusa, hypostromate sclerotiaceo vel ceraceo suffulta. Sporophora brevia subsimplicia, bacillaria. Conidia ovoidea, singularia, acrogena. — Sistit evidentissime statum conidicum *Clavicipitis* et *Epichloës*.

1. **Sphacelia segetum** Lèv. l. c. Cfr. Tul. Sur. l'Ergot in Ann. Sc. nat. 1853, p. 46, t. II, f. 4. — Albida, superficiem anfractuosam *Sclerotii Clavi* juvenilis, ex ovario graminum oriundi, omnino obtegens, subfarinacea; sporophoris bacillari-clavulatis, dense fasciculatis, continuis, hyalinis, 9–12 μ. long.; conidiis singulatim acrogenis ellipsoideis, hyalinis, 4–6 ≃ 2–3. 3147

Hab. in Sclerotio Clavo juvenili ad inflorescentiam graminum plurium. — Sistit statum conidicum *Clavicipitis purpureæ*, de qua cfr. Syll. vol. II.

2. **Sphacelia ambiens** (Desm.) Sacc. Mich. II, p. 131, *Epidochium ambiens* Desm. XXII, Not. p. 19, *Sphacelia nigricans* Sacc. olim. — *Sclerotio* incipienti *Clavicipitis nigricantis* adnascens, depressa, pulvinata, erumpens vel velata; sporophoris dense fasciculatis, teretibus, simplicibus vel raro ramulosis, hyalinis, apice obtusis, 14–15 ≃ 1½; conidiis solitarie acrogenis, basidio diu hærentibus, globosis, 1½–2 μ. d., hyalinis. 3148

Hab. in calamis Caricis paniculatæ et aliarum in Gallia.

3. **Sphacelia tenella** Sacc. Misc. Mycol. I, p. 14. — Sporodochiis quam in *Sph. ambiente* multo minoribus, ¼–⅓ mm. d., epidermide diu velatis, atris; conidiis sphæricis, 1–5 ≃ 1,7, hyalinis catenulatis; sporophoris e basi cellulosa olivaceo-fuliginea oriundis, acicularibus, 8–14 ≃ 1,5, hyalinis, simplicibus vel bi-trifidis. 3149

Hab. in calamo Junci glauci, Rouen Galliæ (Malbranche).

4. **Sphacelia typhina** (Pers.) Sacc. Mich. II, p. 297. — Late effusa foliorum vaginas vel rachides spicarum ambiens, ceraceo-crustacea, pallide carnea; sporophoris e strato proligero oriundis bacillaribus, sursum leniter attenuatis, 20–24 ≃ 1½–2, hyalinis; conidiis acrogenis, ovoideis, 4–5 ≃ 3, hyalinis. 3150

Hab. in vaginis Dactylidis glomeratæ, Conegliano (Spegazzini), et in rachide Tritici juncei al Lido di Venezia (Penzig). — Status conidicus *Epichloës typhinæ* (Pers.) Tul. — In forma Dactylidis basidia deorsum cum cellulis teretibus septatis strati proligeri confluunt apiceque acutius cuspidata sunt. — ***æruginosa** Sacc. Mich. II, p. 636: sporophoris e trunco brevissimo furcatis, 20–25 ≃ 3, ramulis apice attenuatis; conidiis ovoideo-oblongis, 6–

7 = 3, hyalinis. Tota plantula æruginoso-virens et evoluticl typo supra descripto: an ab ætate? — In Epichloë typhina, Fontainebleau Galliæ (Therry).

HYMENULA Fr. S. M. II, p. 233, et Elench. (Etym. ab *hymenio*). — Sporodochia disciformia, regularia, calva, læte colorata. Conidia ovoidea in apice sporophororum simplicium, rarius furcatorum, acrogena. — Species atras a typo seposui sub titulo *Hymenopsidis* (inter Tuberculariaceas dematieas), quam cfr.

1. **Hymenula herbarum** Sacc. et Roum. Reliq. Libert IV, n. 213, t. 46, f. 59. — Sporodochiis gregariis, superficialibus convexo-pulvinatis, ambitu sæpe sinuosis, $^1/_4$ mm. d., roseis, compactiusculis, initio basi subbyssinis; conidiis tereti-fusoideis, rectis, utrinque obtusiusculis, 8-9 = 2-3, hyalinis; basidiis bacillaribus, fasciculatis, subseptatis, hyalinis, conidio plus quam duplo longioribus. 3151

Hab. in caule putri Hyosciami in Arduennis (Libert).

2. **Hymenula macrospora** Sacc. et Roum. Reliq. Libert. IV, n. 212, t. 46, f. 60. — Sporodochiis gregariis, superficialibus, convexo-pulvinatis, $^1/_4$ mm. d., rubris, compactiusculis; conidiis ovato-oblongis, subinæqualibus, crassiuscule tunicatis, 16-18 = 6-7, hyalinis; basidiis brevissimis. 3152

Hab. in caule Tropæoli rarius, in Arduennis (Libert).

3. **Hymenula Megarrhizæ** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Sporodochiis gregariis, erumpentibus, carneis, convexo-applanatis, siccitate pulverulentis; conidiis subellipticis, continuis, hyalinis, 4,5-5 = 3,5. 3153

Hab. in caulibus Megarrhizæ in California.

4. **Hymenula Phytolaccæ** Berk. North Amer. Fungi n. 296. — Maculis hysteriiformibus, atro-purpureis; conidiis («sporophoris?») filiformibus, curvatis, copiosis. 3154

Hab. in Phytolacca in Carolina superiore Amer. bor.

5. **Hymenula hæmatococca** B. et C. North Amer. Fungi n. 295. — Sporodochiis maculiformibus, tenuissimis, sanguineis, ex hyphis apice clavatis compositis. 3155

Hab. in Zea in Carolina inferiore Americæ bor. — Conidia non descripta, ergo species quoad genus dubia.

6. **Hymenula Anthrisci** Briard in litt. — Sporodochiis punctiformibus, superficialibus, $^1/_4$-$^1/_2$ mm. d., aurantiacis vel pallide aurantiacis, demum brunneolis; conidiis ellipticis, hyalinis, coacervatis 3156

aurantiacis, 16-20 ≈ 7-8, biguttulatis; sporophoris brevissimis, simplicibus.

Hab. in caule emortuo Anthrisci, Troyes Galliæ.

7. **Hymenula vulgaris** Fr. S. M. III, p. 234, Oud. Aanw. 27 Jaarv. pag. 2. — Sporodochiis subgelatinosis, calvis, paullum elevatis, oblongis vel polymorphis, 2-6 mm. longis, recentibus coloris albi vel pallide cœrulescentis, siccitate nigrescentibus; sporophoris erectis, densissime stipatis, tenerrimis, achromis, simplicibus(?), conidia ex apice dejicientibus; conidiis 5-6 ≈ 1,5-2, utrinque obtusis, rotundatis, achromis numerosissimis, extremitatibus, ut videtur, curvatis. 3157

Hab. ad caules putrescentes Angelicæ, Solidaginis canadensis, Ricini communis in Suecia et Neerlandia — ***H. Ebuli** Corda Ic. II, p. 31, f. 111: superficialis elongata vel linearis, levis, marginata, albido-pallida, carnea, sicca fuscescens; conidiis cylindraceis, truncatis; sporophoris cylindricis, continuis. In caulibus Sambuci Ebuli in Suecia, Bohemia etc.

8. **Hymenula ciliata** Fr. Hymen. p. 701, *H. vulgaris* Corda Ic. fung. II, p. 31, f. 110 (nec Fries). — Gregaria dein confluens, oblonga, convexa, tremellosa, pallide flavida, margine tenuissime et spurie ciliata; conidiis tereti-oblongis, minutis, 2-guttatis, 6 μ. long.; sporophoris filiformibus, simplicibus dense fasciculatis. 3158

Hab. in caulibus putridis Urticæ urentis et dioicæ in Bohemia et Suecia.

9. **Hymenula Georginæ** Wallr. Fl. crypt. Germ. n. 2696, Fr. Hymen. p. 701. — Sporodochiis effusis, vivis, sebaceo-aquosis, dein sordide violaceis, denique nigrescentibus membranaceo-expansis arcte adnatis. 3159

Hab. ad caules putres Georginæ hort. Nordhausen in Germania et in Suecia.

10. **Hymenula rhabdophora** B. et Rav. North Amer. Fungi n. 294. — Resupinata, gelatinosa, melleo-fuscescens ex hyphis flexuosis; conidiis («sporophoris?») filiformibus, leniter curvis, 50 μ. long., trinucleatis; conidiis ellipticis. 3160

Hab. in Acere rubro in America bor. — Species ambigua.

11. **Hymenula olivacea** Peck Rep. St. Mus. N. Y. — Tenuis, matrici arcte adnata, olivaceo-virens, nitidula, subviscida, definita vel subconfluens, margine angusto subelevato, subinde albido; conidiis minutis, cylindraceis, rectis, 3-nucleatis, 5 μ. longis, 3161

Hab. in caule Eupatorii ageratoidis, Catskill Mount. Amer. bor.

12. **Hymenula fumosa** Cooke et Ellis in Grevillea. — Sporodochiis 3162
fere $^1/_2$ mm. diam., primo punctiformibus, rufulis, suborbicularibus, dein complanatis, griseo-fumosis, erumpentibus, subgelatinosis; conidiis 14-16 μ. longis, cylindraceis, obtusis, rectis, hyalinis.

Hab. in foliis Pini, New Jersey in Amer. bor.

13. **Hymenula syconophila** Schulz. et Sacc. Microm. Slav. n. 84, Schulz. 3163
Ill. fung. Slav. n. 49. — Sporodochiis gregariis, exiguis, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. diam., basi cortice infossis epidermideque cinctis, disco convexo applanato, atro-cyaneis; basidiis e basi stromatica, albida, dense fasciculatis radiantibus, bacillaribus, hyalinis; conidiis ovoideis, solitarie acrogenis, 6-8 μ. longis, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis Fici Caricæ pr. Vinkovce Slavoniæ.

14. **Hymenula Armeniacæ** Schulz. et Sacc. Micr. Slav. n. 83, Schulz. 3164
Ill. fung. Slav. n. 40. — Sporodochiis gregariis, exiguis, vix $^1/_4$ mm. diam., cortice basi infossis, epidermide cinctis, disco obtuse conico, dein convexo emergente, cinerescentibus; sporophoris e stromate convexo, flavescente, fasciculatis, radiantibus, 40-60 μ. long., bacillaribus, hyalinis; conidiis ovato-oblongis, solitarie acrogenis, utrinque rotundatis, 8-12 μ. longis, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis Pruni armeniacæ prope Vinkovce Slavoniæ.

15. **Hymenula roseo-virens** Speg. Fung. Arg. Pug. IV, n. 359. — 3165
Sporodochiis cupulatis, membranaceis, siccis, contractis, tenacellis, udis, subexplanato-concavis, ceraceo-tremelloideis, sessilibus, 0,3-0,8 mm. d., extus virescentibus vel virescenti-olivaceis, glaberrimis, contextu parenchymatico, fulvo-olivascente, disco homogeneo subfluxili, carneo-opaco; sporophoris filiformibus, 25-30 ≃ 5,8, dense constipatis, septulatis; conidiis cylindraceo-subellipticis, rectis vel curvulis, utrinque rotundatis, 2,5-3 ≃ 5-1, ac 1-guttulatis, hyalinis.

Hab. in caulibus putrescentibus Polygoni? cujusdam in uliginosis, Recoleta Argentinæ. — Species *Cyphellis* nonnihil accedit.

16. **Hymenula punctiformis** Corda Icon. III, p. 33, fig. 86. — Sparsa, 3166
epi- et hypophylla, punctiformis, aurantiaca, nitida; sporodochiis carnosis, tenuibus, intense aurantiacis, dein rufis, impellucidis, coriaceis; hymenio crasso, pallidiore; sporophoris simplicissimis, tenuissimis, filiformibus, diaphanis; conidiis numerosis, muco subconglutinatis, cylindricis, minutis, 6-9 μ. longis.

Hab. in foliis siccis quercinis, Prag Bohemiæ.

17. **Hymenula callorioides** Sacc. *Calloria rubella* Fuck. Symb. Myc. 3167
p. 283. — Sporodochiis gregariis sparsisve, 1 mm. latis, lentifor-

mibus, margine pellucido-plicatis, basi sæpe sporophoris niveis, sparsis, gelatinosis, dilute roseis vel albidis, siccis succineis pellucidis, duris, rotundatis; conidiis cylindraceis, rectis, hyalinis.

Hab. in foliis putrescentibus Fraxini excelsioris, Reichartshausen Rhenogoviæ.

18. **Hymenula hysterioides** Peck Thirty-third Rep. St. Mus. of Nat. Hist. p. 23. — Minuta, oblonga vel elliptica, plana vel vix convexa, succinea, siccitate contracta, hysteriiformis, nigrescens; conidiis numerosis, oblongis, hyalinis, 8–9 μ. longis. 3168

Hab. in ligno Corni stoloniferæ, Center Amer. bor.

19. **Hymenula glumarum** Cooke et Harkn. in Grevill. — Sporodochiis erumpentibus, convexis mox confluentibus, pallide carneis; conidiis subglobosis, continuis, hyalinis, 3,5–4 μ. diam. 3169

Hab. in glumis Tritici in California.

20. **Hymenula constellata** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1590. — Sporodochiis orbicularibus, 1,5 μ. diam., centro compactis, pallidis; sporophoris compactis ramosis; conidiis minutis, 5 μ. longis. 3170

Hab. in asseribus putridis in Britannia.

21. **Hymenula rubella** Fr. Elench. II, p. 38, Corda Ic. fung. III, f. 85, Sacc. F. ital. t. 799. — Sporodochiis oblongis, nitidulis, flavido-rubellis matrici agglutinatis; basidiis acicularibus, quandoque furcatis, 20–25 ≃ 1, conidia acrogena cylindracea, utrinque obtusiuscula, recta curvulave, 5,5–6,5 ≃ 1,5, biguttulata, hyalina gerentibus. 3171

Hab. in culmis putridis Typhæ latifoliæ, Phragmitis communis, Junci effusi et Caricis paludosæ in Suecia, Rhenogovia, Guestphalia, Bohemia, Gallia, Belgio et Italia. — *Dacryomyces Phragmites* West., Kickx Fl. Flandr. II, p. 115 verisimiliter huc spectat.

22. **Hymenula pellicula** (Desm.) Sacc. *Psilonia pellicula* Desm. XI Notic. p. 360 (1845), *Psilonia rubella* Libert. herb. — Superficialis oblonga, confluens, roseo-coccinea, amphigena, margine albo-pelliculosa (non setosa), 1–3 mm. longa; conidiis cylindraceis, lenissime curvis, 5–6 ≃ $^1/_2$, hyalinis, interdum 2-guttulatis; basidiis filiformibus sesquilongioribus suffultis. 3172

Hab. in foliis Caricum, Scirpi silvatici, Junci conglomerati, Malmedy in Arduennis et in Gallia bor.

23. **Hymenula Sclerotii** Crouan Fl. Finist. pag. 15. — Sporodochiis cinnabarinis, 2–4 mm. diam., lobatis, ex sporophoris brevissimis ramosis compositis; conidiis oblongis, minutis in apice sporophororum acrogenis. 3173

Hab. in Sclerotio Glyceriæ fluitantis, Finistère Galliæ.

24. **Hymenula Berkeleyi** Sacc. *H. punctiformis* B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 729, Berk. Outl. p. 291. — Sporodochiis punctiformibus, pallidis, gelatinosis, sordide albis vel pallide flaveolis, $^1/_2$ mm. d., subinde subundulatis, ex sporophoris erectis, simplicibus compositis; conidiis ellipticis, minutis, 5 μ. longis. 3174

Hab. in palis abietinis, Batheaston in Britannia. — Habitus fere *Pezizulæ*.

25. **Hymenula alba** (Fr. ex p.) Corda Ic. II, p. 32, f. 112. *Stictis alba* Fr. Scler. Succ. n. 335 (teste Corda). — Sporodochiis elongatis, subimmersis, albis; conidiis minutis, cylindricis, utrinque truncatis; sporophoris cylindraceis, continuis, hyalinis, dense fasciculatis. 3175

Hab. in ligno putri arborum frondosarum in Suecia.

26. **Hymenula phormicola** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Sporodochiis minutis, albidis, in lineas gregariis, convexis vel ellipticis, inter nervulos sitis; conidiis ellipticis, continuis, hyalinis, 8 ≍ 4. 3176

Hab. in foliis caulibusque Phormii in California.

27. **Hymenula Lupini** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Sporodochiis gregariis, punctiformibus, albidis, convexis dein confluentibus, pulverulentis; conidiis profusis, ovalibus subglobosisve, hyalinis, 4–5 ≍ 3–3,5. 3177

Hab. in caulibus Lupini in California.

28. **Hymenula linearis** (Pers.) Fries Syst. Myc. II, p. 233, *Tremella linearis* Pers. p. 109. — Mollis, minuta, elongata, linearis, pallens, ambitu adnata. 3178

Hab. in ramulis dejectis quercinis, rarior. in Suecia.

DACRYMYCELLA Bizz. in Fung. ven. nov. vel crit. pag. 6 (Etym. a *Dacrymyceto*, cujus videretur pusio). – Sporodochia discoidea, rubro-rosea, superficialia, subinde confluentia, initio subgelatinosa, sicca duriuscula, nitida. Sporophora distincte et longe ramosa, filiformia, ubique, basi excepta, verruculoso-conidifera. Conidia subrotunda, hyalina. — An status conidicus *Calloriæ* vel *Dacrymycetis?*

1. **Dacrymycella fertilissima** Bizz. l. c. — Sporodochiis superficialibus, discoideis, 0,5–0,7 mm. diam., rubro-roseis; sporophoris longissimis, 120–125 ≍ 3–4, hyalinis, basi levibus, dein ubique verruculoso-conidiferis, verrucis crebris obtusiusculis; conidiis subrotundis, 2–2,5 μ. diam., hyalinis. 3179

Hab. in ligno putrescente (Robiniæ?) in silvula Comitis Wimpfen, Battaglia in provincia patavina.

MYROPYXIS Ces. Flora 1851, pag. 73 (Etym. *myron* unguentum et *pyxis*). — Sporodochia cupularia ex hyphis radiantibus contexta. Hyphæ pertenues ramosæ. Conidia copiosa exigua, molem adiposam, demum (siccando) subcorneam efficientia. — Genus mihi omnino dubium.

1. **Myropyxis caricicola** Ces. l. c. In vivo tota plus minus lutea. 3180

Hab. in basi marcescente foliorum culmorumque Caricis paludosæ, Vercelli Ital. bor.

2. **Myropyxis graminicola** Ces. in Flora 1851, p. 568. — Tota lactea, 3181
demum straminea; sporodochio basi punctiformi adfixo, margine undulato; globulo conidiorum subadiposo, primitus lacteo dein albosulphureo, passim chlorophano.

Hab. in graminibus, Vercelli Ital. bor. — Sicca granulum succineum imitatur. *M. caricicolâ* minor.

DIAPHANIUM Fr. Fl. Scan. p. 307 (Etym. a *diaphano*). — Sporodochium gelatinosum, persistens ex conidiis majusculis, ovalibus, pellucidis, eumorphis, intus omnino vacuis constans. — Genus mihi omnino dubium.

1. **Diaphanium maximum** Fr. Sum. Veg. pag. 480. — Magnitudine tu- 3182
berum Solani, varians, difforme, tuberculosum effusumque, undulatum, hyalino-candidum, totum e gelatinâ fluxili sed tenaci constans; conidiis pulchris, oblongis, utrinque obtusis, rectis, totis hyalinis, medio («spurie?») septatis.

Hab. ad truncos Fagi et Pini in Smolandia Sueciæ.

2. **Diaphanium lacteum** Fr. Sum. Veg. p. 480. — Præcedente minus, 3183
vix 2 mm. latum, hemisphæricum, lacteum, magis firmum; conidiis prioris simillimis, at non septatis.

Hab. in ligno putrido Betulæ in Suecia.

PACTILIA Fr. Fl. Scan. (1835) et S. V. Sc. pag. 472 (Etym. *pactis* coagulum), *Phymatostroma* et *Leucosporium* Corda (1836-37). — Sporodochia convexa e cellulis inflatis, vesiculosis, dein secedentibus composita. Conidia globosa vel oblonga, continua ambitu instrata, basidiis minutis mox secedentibus plerumque suffulta. —

Pactiliæ acicolæ Fr., in Summa V. S. p. 472 citatæ, diagnosis mihi deest. — Genus mihi omnino ignotum, cui ad interim subjunxi species quoque perdubias *Achitonii* et *Chroostromatis*.

1. **Pactilia fusarioides** (Corda) Fr. Summa V. S. p. 472, *Phymatostroma fusarioides* Corda Ic. fung. I, p. 5, fig. 82. — Effusa, seriatim confluens, pallide rosea; stromate diffuso, frustulis (« quid? ») magnis angularibus, roseis; conidiis fusiformibus, hyalinis acutis. 3184

Hab. in foliis putridis Vitis pr. Prag Bohemiæ.

2. **Pactilia leucosporia** (Corda) Fr. Summa Veg. Scand. p. 472, *Leucosporium vesiculiferum* Corda in Sturm D. Fl. I, 34, *Phymatostroma leucosporium* Corda Ic. fung. I, p. 5. — Sporodochio vesiculoso, superficiali, albo; conidiis globosis, minutissimis, farinaceis absque gelatina conglobatis, inspersis. 3185

Hab. in caulibus emortuis Umbelliferarum, Prag Bohemiæ.

3. **Pactilia stercoraria** (Corda) Fr. Summa V. S. p. 472, *Phymatostroma stercorarium* Corda Ic. fung. I, pag. 5, fig. 83. — Gregaria, minuta, effusa, dein confluens, alba; stromate primum subsphærico, dein deplanato effuso, e vesiculis angulosis albis, diaphanis inæqualibus constipato; conidiis ovatis, minutis, albis. 3186

Hab. in fimo exsiccato, Prag Bohemiæ.

4. **Pactilia mycophila** Mont. et Fr. Summa Veg. Scand. p. 472, *Tubercularia mycophila* Mont. et Fries, in Ann. Sc. nat. p. 29, t. 13, f. 1. — Stipite curto; disco hemisphærico, nudo capitato; conidiis globosis, pellucidis, minimis celerrime diffluentibus. 3187

Hab. in Polyporo adusto, Lyon Galliæ.

5. **Pactilia Pini** (Corda) Sacc. *Chroostroma Pini* Corda Ic. fung. I, pag. 5, fig. 84, *Achitonium acicola* Kunze in Flora 1819, p. 49 (teste Friesio). — Minuta, superficialis, rufa; stromate luteo, undulato, oblongo; conidiis ovoideis luteo-fuscis, flavo-guttulatis. 3188

Hab. in foliis putridis delapsis Pini, Reichenberg Bohemiæ.

6. **Pactilia strobilicola** (Kalchbr.) Sacc. *Achitonium strobilicola* Kalchbr. A Szepesi Gomb. p. 289. — Conidiis minutissimis, subhyalinis in guttulam flavam gelatinæ conglutinatis; stromate, guttula decedente, concavo. 3189

Hab. in strobilis Pinorum in Hungaria.

CYLINDROCOLLA Bon. Handb. p. 149 (Etym. *cylindros* et *colla*). *Dacryomyces*, *Fusarium* et *Tremella* Auct. ex parte. — Sporodochia verruciformia, inæqualia, tremelloideo-succinea, lente colorata.

Conidia in sporophoris repetito-ramosis, filiformibus acrogena, catenulata desinentia, bacillaria, utrinque truncata.

1. **Cylindrocolla Urticæ** (Pers.) Bon. Handb. p. 149. *Tremella Urticæ* Pers. Syn. p. 628, *Bacrogonyges Urticæ* Corda Icon. fung. II. pag. 32, fig. 113. *Fusarium tremelloides* Grev. Scott. tab. 10. — Gregaria, difformis, planiuscula, levis, aurantio-rubra, madore turgescens; basidiis repetito tri-dichotome ramosis, filiformibus, prælongis; conidiis acrogenis, cylindraceis, 10 ≍ 1–1½, continuis, hyalinis. 3190

Hab. ad caules exsiccatos Urticæ in Germania, Britannia, Gallia, Italia, Belgio. — Status conidicus *Callorieæ fusarioidis*.

2. **Cylindrocolla miniata** Sacc. Mich. II, pag. 561 et F. ital. I. 919 (*Sphaeridium*). — Sporodochiis globoso-depressis, sessilibus, minutis, rubris, compactiusculis; sporophoris prælongis, filiformibus, ter-quater furcatis sursum in conidia cylindrica utrinque truncata, 7–10 ≍ 1,5, biguttulata, rosea, catenulata desinentibus. 3191

Hab. in disco Ulmi campestris, Conegliano Italiæ bor.

3. **Cylindrocolla succinea** Sacc. et Penz. Mich. II, p. 645. — Sporodochiis gregariis v. subsparsis, superficialibus, pulvinato-applanatis, ½–1 mm. diam., succineo-flavis, subdiaphanis; basidiis subsimplicibus prælongis, dense fasciculatis, articulatis, apice in conidia arcuatos bacillaria, utrinque truncata, 4–7 ≍ 1–1,5, hyalina abeuntibus. 3192

Hab. in parte inferiore caulium (Spirææ?) putrescentium prope Rouen Galliæ (Marchal).

4. **Cylindrocolla lactea** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 580. — Sporodochiis oblongis, applanatis ½–¾ mm. long., ⅓ lat., vivis lacteis, glutinoso-gelatinosis, subsuccosis, siccis pallide succineis; sporophoris densissime fasciculatis, repetite dichotome ramosis, 100–120 ≍ 1,5, filiformibus, mox in conidia cylindrica, utrinque subtruncata, 2-guttulata, 4–6 ≍ 0,7–1,4, hyalina abeuntibus. 3193

Hab. in ligno et cortice putri Kalmiæ, Newfield N. J. (Ellis). — Forte *Callorieæ* cujusdam status conidiophorus.

5. **Cylindrocolla alba** Sacc. et Roum. Mich. II, p. 665. — Sporodochiis verruciformibus, variis, depressis albis; sporophoris fasciculatis, 40–50 ≍ 1, repetite dichotome ramosis, in conidia cylindrica utrinque truncata, 4–5 ≍ 1, hyalina, diu catenulata abeuntibus. 3194

Hab. in foliis graminum in Arduennis (Libert).

6. **Cylindrocolla dubia** Sacc. *Ægerita cylindrosporà* Corda Ic. fung. I. pag. 24, fig. 295. — Gregaria, minuta, alba; sporodochio mem- 3195

brunneo, subcelluloso, albo, glabro, stromate nullo, pulpa alba; conidiis teretibus cylindricis, utrinque truncatis, diaphanis, albis, 14-16 μ. long.

Hab. in ligno Fagi putrido prope Reichenberg Bohemiæ.

SPHÆRIDIUM Fres. Beitr. p. 46 (Etym. demin. a *sphæra*). — Sporodochia globulosa, subfragilia, non gelatinosa, basi coarctata sæpeque brevissime stipitellata. Conidia cylindrica, in catenulas simplices v. ramosas digesta, e sporophoris conformibus oriunda.

1. **Sphæridium vitellinum** Fres. Beitr. pag. 46, t. V, f. 31-36. Sacc. Fungi Gallici n. 227 1. — Sporodochiis subglobosis, flavidis dein amœne vitellinis, $^1/_5$ mm. diam., stipitello brevissimo albido vix $^1/_{12}$ mm. alto suffultis; sporophoris stipitem constituentibus fasciculatis bacillaribus, simplicibus vel sursum breve ramulosis, 50-60 ≂ 2; conidiis catenulatis, cylindricis, 6-8 ≂ 1-1,3. 3196

Hab. in foliis putridis Fagi etc., nec non in fimo damarum in Germania, Gallia, Belgio.

2. **Sphæridium citrinum** Sacc. Mich. I, p. 90 et F. ital. t. 77, *Cylindrosporium fasciculatum* C. Rich. in Rev. Myc. II, pag. 93. — Sporodochiis gregariis $^1/_8$-$^1/_{10}$ mm. diam., a matrice facillime secedentibus, subsessilibus, globulosis, citrinis, quandoque in segmenta radiatim fissis; sporophoris e basi capituli oriundis, iterato-sæpeque verticillato-ramosis, septatis, in conidia cylindracea, 5-6 ≂ 1, utrinque subrotundata et 1-guttulata, catenulata, hyalino-flavida desinentibus. 3197

Hab. in ligno putri Ulmi campestris et Populi albæ, Padova Italiæ bor. et S. Amand Galliæ (G. Bizzozzero), in ramis pineis in America bor. — Videretur *Cylindrium* seu *Polyscytalum* in capitulum coalita. A *Sphæridio vitellino* Fres. hæc species recedit conidiis brevioribus, ramose concatenatis, capitulis subsessilibus etc.

3. **Sphæridium flavo-virens** Fuck. Symb. p. 309. — Sporodochio pulchre flavo-virente, cum stipite brevissimo; conidiis catenulatis, cylindricis, 6-8 ≂ 1-1,3 flavido-chlorinis. 3198

Hab. in petiolis atratis Fagi silvaticæ in Rhenogovia. — Teste Fuckel, sistit statum conidicum *Peziczæ* (Cyathiculæ) *denigrantis*

4. **Sphæridium carneum** Sp. Fungi Arg. Pug. II, n. 161. — Sporodochiis globosis v. lenticularibus, primo subepidermicis dein erumpentibus, carneis, minutissimis, 80-100 μ. diam., in maculis expal- 3199

lescentibus insidentibus; conidiis cylindraceis, in catenulas filiformes 50-60 μ. longas digestis, utrinque truncatis 10-20 ≈ 3, hyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Jussieæ longifoliæ prope la Recoleta Argentinæ.

5. **Sphæridium candidum** Fuck. Symb. mycol. p. 299. — Sporodochiis seminis *Papaveris* dimidia magnitudine, globosis, sed ad stipitis insertionem impressis (ut segmentum verticale reniforme appareat) niveis, grumulosis, stipite capituli diametrum æquante, basin versus dilatato, tereti, fusco; conidiis in sporophororum apicibus concatenatis, cylindraceis, parum curvatis, minutissimis, 4 ≈ 1, hyalinis. 3200

Hab. in acubus dejectis, udis Pini silvestris in Rhenogovia, socio statu ascophoro *Pezizellæ pulchellæ* Fuck.

6. **Sphæridium albellum** Sacc. et March. Champ. coproph. Belg. p. 36, t. IV, f. 8-9. — Sporodochiis globuloso-depressis, albis, breviter stipitatis, 350 ≈ 250 ob conidia exerta hirsutis; sporophoris simplicibus vel ramosis, inferne arcte fasciculatis, tandem superne in conidia bacillaria, hyalina, utrinque truncata, muco albo obvoluta, 12-14, 5 ≈ 1-1,2 abeuntibus. 3201

Hab. in stercore leporino, Stambruges Belgii.

7. **Sphæridium candidulum** Sacc. et Roum. Mich. II, p. 645 (sub nom. *S. candidi*). — Sporodochiis globulosis, gregariis, candidis; sporophoris fasciculatis subramosis mox in conidia bacillaria, utrinque truncata, 10-15 ≈ $1\frac{1}{2}$-$2\frac{1}{4}$, hyalina, nubilosa abeuntibus. 3202

Hab. in squamis strobilorum Abietis in Ardennis (Libert). — Huic forte affinis est *Ægerita (Cylindrocolla?) cylindrospora* Corda, quæ omnimodo a genere *Ægerita* abherret.

SPORODERMA Mont. Syll. Crypt. n. 1069 (Etym. *spora* et *derma*). — Sporodochia indeterminata, lenticularia, basi affixa, e sporophoris ramosis, hyalinis, septatis, implicatis, radiantibus contexta. Sporophororum rami extremi seu peripherici moniliformiter constricti et in conidia catenulata abeuntes; ramuli laterales breves apice inflatuli. Conidia globosa, initio cærulea, mox olivaceo-nigrescentia, ad peripheriam dense congesta. — Mycelium floccosum, ex hyphis tenuissimis et ramosissimis compositum.

1. **Sporoderma chlorogenum** Mont. Syll. Crypt. n. 1069. — Sporodochio lenticulari viridi 5 mm. diam.; conidiis globosis 3-4 μ. cr. 3203

Hab. ad caules Trifolii et Medicaginis primum oxydo sodii et hypochlorito calcis mundatas, dein in chloro aqua diluto

per plures menses maceratas. Communicavit claro Montagneo celeb. Payen.

PATOUILLARDIA Roum. in Rev. Myc. 1885, pag. 177 (Etym. a cl. Mycologo N. Patouillard). — Sporodochia globosa, umbilicata, (alba), subfragilia, sessilia, sparsa, sæpe basi mycelio furfuraceo, albo cincta. Sporophora ramosa, fasciculata apice conidia ovoidea, catenulata, hyalina gerentia.

1. **Patouillardia lichenoides** Roum. in Rev. Myc. 1885, pag. 178, tab. LV, fig. 10. — Sporodochiis globulosis, $^1/_4$ mm. diam., umbilicatis, pulverulentis, basi mycelio furfuraceo filamentoso intertexto septato, e cellulis elongatis composito, cinctis; sporophoris sursum furcatis, hyalinis, 16-18 ≃ 1,5 catenulas conidiorum gerentibus; conidiis oblongo-ellipticis, 3,5-5 ≃ 1-1,5, hyalinis. 3204

Hab. in petiolis exsiccatis, marcescentibus Asplenii trichomanoidis, Nay Galliæ australis. — Præsente mycelio thalloideo furfuraceo, forte ut status conidicus lichenis haberi potest.

PATELLINA Speg. Fung. Arg. III, n. 164 (Etym. a *patella* ob formam sporodochii). — Sporodochia patellari-cupulata, h. s. stromate subcupulato discolori cincta glabra, carnoso-ceracea, sessilia. Conidia globosa vel elliptica, continua, hyalina in sporophoris cylindricis acrogena. — In Syllog. vol. III, pag. 622 genus inter *Patellineas Nectrioidearum* locavi: sed, affinitate vera nunc patefacta, ad *Tuberculariaceas* sine dubio referri debet.

1. **Patellina italichroma** Speg. Fung. Arg. Pug. III, n. 164, Sacc. Syll. III, pag. 623. — Sporodochiis orbiculari-applanatis, sæpe confluendo difformibus, carnoso-ceraceis, stromate crassiusculo cupulato obscure viridi, albo-marginato, contextu parenchymatico olivascente; disco amœne aurantiaco v. roseo-carneo; conidiis ellipsoideis v. ovoideis, biguttulatis, 3-4 ≃ 1,5 hyalinis, in sporophoris filiformibus, prælongis, 80-120 ≃ 1 acrogenis. 3205

Hab. in palo vetusto subputrido Meliæ Azedarach prope Buenos Aires Argentinæ. — Var. **Talæ** Speg. F. Arg. IV, n. 360: sporodochiis minoribus 0,5-0,8 mm. diam., cupulatis, sessilibus v. obconico-substipitatis, virescentibus, margine albo, ceraceo-coriaceis, persistentibus, in sicco friabilibus, disco carneo, sicco compactiusculo, udo tremelloideo-diffluente; sporophoris filiformibus 30 ≃ 1, dense constipatis, simplicibus hyalinis; conidiis ellipticis,

utrinque acutiuscule rotundatis 5 ≃ 2, minute biguttulatis. In ramis dejectis putrescentibus Celtidis Talæ. Conchas Argentinæ.

2. **Patellina cinnabarina** (Sacc.) Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 360, Berl. Fungi. Moric. fasc. I, tab. II, fig. 14–22, *Hymenula cinnabarina* Sacc. Mich. II, pag. 175, Fungi Ital. tab. 800. — Sporodochiis patellulatis, carnosulis, marginatis, ½ mm. diam., subsparsis, epixylis, disco vivide cinnabarinis, stromate cupuliformi candido vel pallido cinctis; conidiis ovoideis, 3–4½ ≃ 2, 1-guttulatis, hyalinis, in sporophoris filiformibus, fasciculatis simplicibus vel parce ramosis 20 ≃ 1–1½ æque hyalinis acrogenis. 3206

Hab. in ligno denudato Platani et Mori in agro Veneto.

3. **Patellina rhodotephra** Berl. Fungi moricolæ fasc. I, n. 2, fig. 1–13. — Sporodochiis orbicularibus v. ovoideo-applanatis, sæpe confluendo difformibus, carnoso-ceraceis, stromate subcupulato crassiusculo, cinereo, margine candido cinctis, disco amœne cinnabarino, convexo, nitido, glabro, caduco; conidiis ovoideis, biguttatis, quandoque acutiusculis, 6 ≃ 3, hyalinis; sporophoris filiformibus furcatis vel parce alterne ramosis, basidio clavato quandoque plasmate bipartito, granuloso suffultis; ramis sporophororum 25–40 ≃ 2–3. 3207

Hab. in cortice vivo Mori albæ, Fiumicello Italiæ bor. — Perpulchra! *Patellinæ italichromæ* Speg. affinis, a qua magnitudine conidiorum et sporophororum coloreque sporodochii recedit.

4. **Patellina cyathoidea** Lév. Ann. Sc. Nat. 1848, p. 245. — Gregaria; sporodochio urceolato albo-marginato in stipitem cylindricum basi attenuatum album producto; disco convexo, hemisphærico, miniato; sporophoris capillaribus, ramosis conidia ovoidea, minuta, hyalina ferentibus. 3208

Hab. ad ramos Amygdali persicæ prope Paris Galliæ.

5. **Patellina leucoloma** (Dur. et Mont.) Sacc. *Tubercularia leucoloma* Dur. et Mont. Fl. Alger. I, p. 332. — Sparsa vel confluens; stromate applanato-cupulato, albido, sporodochium sæpe marginante; sporodochii disco dilute miniato tandem pallescente; conidiis minimis subglobosis ovoideisve in catenulas pluriarticulatas sporophoris brevissimis simplicibusque suffultas dispositis. 3209

Hab. in corticibus siccis truncisque deustis Ulmi, Lentisci, Alaterni, Genistæ ferocis et Arbuti Unedinis, Alger. — Ubi conidia revera catenulata, genus distinguendum esset.

CEPHALODOCHIUM Bon. Handb. pag. 135 (Etym. *cephalos* caput et *dochium* receptaculum). — Sporodochia turbinata, basi flavicante,

cellulosa. Sporophora basi coalita radiantia. Conidia in capite sporophororum capitulato congesta, sphæroidea.

1. **Cephalodochium album** Bon. p. 135. tab. XI. fig. 227. — Sporodochiis gregariis turbinatis $^3/_4$-1 mm. diam., flavescentibus margine pallidioribus, basi cellulosa, sursum ex sporophoris basi coalitis compositis; conidiis in apice sporophororum capitulato congestis obovato-sphæroideis, hyalinis.

Hab. in corticibus ramorum in Guestphalia.

THECOSPORA Harkn. F. Calif. I. pag. 21 (Etym. *Theca* capsula, indumentum et *spora*). — Sporodochia albida, tota colorata, globulosa, induta, superficialia. Sporophora ramulosa, tenera. Conidia globulosa strato mucoso hyalino obvoluta, sporophoris diversis vel ab eis fere perfossa.

1. **Thecospora bifida** Harkn. F. Calif. I. pag. 21. — Sporodochiis sparsis, subglobosis, 1-2 mm. diam., matutinis luce adhuc albis, dein flavicantibus; sporophoris e basi inæquali elongata, flavida emergentibus, rugulosis, tenuibus, conidia hinc inde gerentibus; conidiis globulosis, 21-40 μ. diam., strato mucoso hyalino v. flavido crasso concentrice striato obvolutis, utrinque pertusis et a sporophoris veluti perfossis.

Hab. in foliis emortuis Eucalypti Globuli in California.

2. **Thecospora lateralis** Harkn. Calif. Fungi II. pag. 143 (1886). — Sporodochiis sparsis, $^1/_2$-1 mm. diam.; sporophoris hyalinis ramosis, stratum mucosum conidiorum penetrantibus; conidiis subglobosis, 20-28 μ. diam., strato mucoso angusto cinctis.

Hab. in ramis putridis Nerii Oleandri, Oakland Californiæ. — Differt ab alia specie ex eo quod sporophora in illa conidium perforare videntur et quia conidia et eorum mucus angustiora sunt.

THOZETIA Berk. et Müll. in Berk. F. Austral. p. 388. n. 304 (Etym. a cl. A. Thozet bot. australiensi). — Sporodochia minuta, globosa. Conidia utrinque setâ unicâ terminata, oblonga, hyalina.

1. **Thozetia nivea** Berk. l. c. — Candida; conidiis oblongis, hyalinis, utrinque acutis setaque longa auctis.

Hab. in ligno putri in Australia.

STIGMATELLA B. et Curt. in Berk. Introd. Bot. cr. pag. 313 cum

II, pag. 582. — Sporodochia superficialia, globosa, compacta. Hyphæ seu sporophora arcte fasciculata, filiformia, continua, simplicia vel furcata (flexuosa). Conidia magna, globoso-ellipsoidea, continua, hyalina per caudam subpersistentem cuspidatam sporophoris hærentia. — Genus distinctum, sed quoad locum systematicum dubium, hinc *Ægeritæ* hinc *Nematelliæ* subaffine. De identitate *Sphærocreatis* cum *Stigmatella* nullum mihi est dubium.

1. **Stigmatella aurantiaca** B. et C. North Amer. Fung. n. 602 et in Berk. Intr. Crypt. Bot. pag. 313, cum icone. — Minuta, læte aurantiaca, stipitulo brevissimo, crassiusculo, ex sporophoris flexuosis; conidiis majusculis, subglobosis, brevi pedicellatis, stratum superum formantibus. 3214

Hab. in Sphæria Hibisci et in Lichenibus in Carolina inferiore (Ravenel).

2. **Stigmatella pubescens** Sacc. et Ell. Mich. II. pag. 582 (sub *Sphærocreatis*). — Sporodochiis globulosis, flavidis, $^1/_5$–1 mm. diam., setulis acicularibus, continuis, 60 = 2, sparse conspersis, intus farctis carnosulis, pallidioribus; hyphis prælongis arcte radiato-fasciculatis; conidiis obovatis, 25–30 = 20–22, hyalinis, tunica 2 μ. crassa, 1-guttatis; cauda 20–30 μ. longa e basi latiori sensim cuspidata, hyalina. 3215

Hab. in fragmentis ligneis etc. putridis, Newfield, N. J., parcissime (Ellis). — Superficies sporodochii ex hypharum apicibus constipatis compacta, nec vere tunicata.

SCORIOMYCES Ell. et Sacc. Misc. myc. II, p. 18 (Etym. *scoria* et *myces*). — Sporodochium amorphum, subceraceum, læte coloratum ex apicibus fibrarum rhizomorphoidearum enatum, intus reticulum crassum sistens sporasque (conidia?) subglobosas in quaque areola subhexagona fovens. Hyphæ v. basidia nulla visa. — Genus perdubiæ affinitatis, vere anomalum.

1. **Scoriomyces Cragini** Ell. et Sacc. l. c. — Fibris rhizomorphoideis, succineis, sub corticibus adis corruptis repentibus apicibusque massas seu sporodochia amorpha, aurantiaca, favacea, subcontinua v. sæpius plus minus interrupta gerentibus; sporodochiis intus fere reticulatis; interstitiis hexagonis sporas (conidia?) subglobosas v. subangulosas 16–20 μ. diam. flavo-aurantiacas, intus grumosas foventibus. 3216

Hab. sub cortice carioso vetusto Rhois venenatæ et ad terram cum sarmentis ligneis, Newfield (Ellis), Kansas (Cragin).

— Sporæ in sporodochii parte inferiore arctius conglutinatæ et pallidiores videntur.

PERIOLA Fries Syst. Myc. II, p. 266 (Etym. *peri* circa et *iouios* lanugo). — Sporodochia libere superficialia, rotundata, varia, cortice in villum persistentem abeunte, intus solida, cellulosa, similaris, carnosa v. gelatinoso-carnosa. Conidia globoso-ovoidea, typice in catenulas periphericas setulis interpositas digesta, globoso-ovoidea, continua, hyalina. — Genus mihi parum cognitum et non satis clarum, quod cum speciebus nonnullis *Volutellæ* forte confluit.

1. **Periola hirsuta** (Schum.) Fr. S. M. II, p. 266, Corda Ic. fung. II, p. 31, fig. 106, *Sclerotium hirsutum* Schum. Saell. II, p. 187. — Sporodochiis sparsis, subrotundis, pulvinatis subturbinatisve, extus setulis simplicibus v. ramosis septatis hirsutis ochroleucis, basin versus umbrinis, intus carnoso-gelatinosis pallidioribus; conidiis globoso-cuboideis ex hypostromate cellulosa catenulatim oriundis, hyalinis. 3217

Hab. ad Rhizomorpham subcorticalem, truncos exesos udos perreptantem, et ad Polyporos in Germania et Bohemia.

2. **Periola pubescens** Fr. S. M. II, p. 266. — Ovato-globosa, regularis, alba, subgregaria, erumpens, sublibera, levis, superficie leviter villosa. 3218

Hab. ad Agaricos vetustos putrescentes in Suecia. — *P. hirsutâ* paullo minor.

3. **Periola tomentosa** Fr. S. M. II, p. 267. — Rotundata, difformis, tomentosa, alba, sparsa congiomerataque, sæpe confluens, basi adnata, 4–6 mm. lata, intus pallida, subcarnosa, firma, conidiis obovatis minutis, 5 = 3, hyalinis, basidiis 3–4-plo longioribus dense fasciculatis bacillaribus suffultis (catenulatis?). 3219

Hab. ad tubera Solani tuberosi in cellis, in Suecia, Germania, Gallia, Italia, Austria passim, socio *Fusario violaceo*, quod in Periola parasitari videtur.

4. **Periola furfuracea** Fr. Elench. II, p. 46, Wallr. Fl. crypt. n. 2680. — Sporodochiis hemisphaericis, sessilibus, inconditis, extus testaceo-furfuraceis, intus carnoso-gelatinosis nigrescentibus, siccando coactis. 3220

Hab. ad poma in stramineis putrescentia, in Thuringia et Suecia. — Forte nil nisi *Monilia fructigena* senescens.

5. **Periola dura** Rabenh. D. C. Fl. n. 548. — Gregaria sæpe confluens, initio subgelatinosa, dein subcornea, olivaceo-brunnea, pulverea, usque 8 mm. lata, intus flavo-brunnea subsebacea. 3221

Hab. in fructibus dejectis putrescentibus Fici Caricæ Varese Ital. bor. — «An potius *Strumellæ* species?».

VOLUTELLARIA Sacc. Mich. II, p. 580 (ut subgen.) (Etym. a *Volutella*, cui analoga). — Sporodochia pulvinata, stromate subcupulato obsolete celluloso suffulta setulisque exiguis cincta. Conidia inæqualiter coacervato-connexa, subovoidea, sporophoris nullis vel obsoletis prædita. — Tum a gen. *Illosporio*, tum a *Volutella* distingui meretur ob cupulam stromaticam et præsertim ob conidia coacervata, nec sporophoris suffulta.

1. **Volutellaria acaroides** Sacc. Mich. II, p. 580. — Sporodochiis hypophyllis, sparsis, pulvinatis, minutis, roseis, 140–150 μ. diam., superficialibus; stromate subcupulato obsolete celluloso, olivascente, setulis filiformibus, sursum minute sed exquisite torulosis, 50–60 ≂ 1,5, hyalino-subolivaceis cincto; conidiis irregulariter coacervato-connexis, subovoideis, 10–15 ≂ 6–10 e hyalino roseis, subinde curvulis v. inæqualibus. 3222

Hab. in foliis putrescentibus Magnoliæ, Newfield N. J., socio *Epicocco* (Ellis). — Acarum minutum roseum in mentem revocat.

VOLUTELLA Tode Meckl. I, p. 28, em. Sacc. Mich. II, p. 36, Fr. S. M. II, p. 172, ex p. (Etym. *voluta*), *Psilonia*, *Chætostroma* et *Medusula* Auct. ex p. — Sporodochia disciformia, regularia, margine ciliata (in speciebus ambiguis quoque ubique setulosa), stipitulata vel sessilia. Conidia ovoidea vel oblonga in apice sporophororum simplicium raro ramosorum acrogena. — Species basi applanata sessiles minusque regulares in subgenere *Psilonia* conjunxi, sed nonnullæ adsunt ancipites et quædam vere dubiæ.

I. *Eu-Volutella*.

Sporodochia eumorpha, stipitellata vel saltem basi coarctata.

1. **Volutella ciliata** (A. S.) Fr. Syst. M. III, p. 467, Berk. *Psilonia rosea* Engl. Fl. V, p. 355, Sacc. F. ital. t. 729, *Tubercularia ciliata* Alb. et Schw. Consp. Lus. p. 68, t. V, f. 6. — Sporodochiis substipitatis, hemisphæricis, albo-carneis, minutis, 150–200 μ. diam.; disco prominulo, margine setis raris, longiusculis, 250–500 ≂ 8–9, continuis v. spurie septatis, hyalinis ornato; sporophoris filiformibus, 10–15 ≂ 1, dense stipatis, simplicibus, hyalinis v. dilute roseis; conidiis ellipticis, utrinque obtusiusculis 5–7 ≂ 2 rectis v. subinæquilateralibus, hyalinis. 3223

Hab. in ramis dejectis putridis Citri Aurantii, in cortice Cucurbitae, in caulibus et sarmentis, in tuberibus Solani in Germania, Italia, Gallia, Britannia, Amer. austr. — Var. **stipitata** (Lib.) Sacc. F. ital. 1. 730, *Volutella stipitata* (Libert) E. et Br. Ana. N. H. n. 1312, *Chætostroma stipitatum* Corda Ic. fung. III, p. 32, f. 83, *Periola stipitata* Fr. Summ. Veg. Scand. p. 472, *Peitonia stipitata* Lib. exs. cent. III, n. 287: sporodochiis breve pedicellatis pedicello brunneolo, vel subsessilibus, hemisphæricis, carnosulis, supra strato roseo conidiorum tectis, setis parcis, rigidis, septatis subulatis, hyalinis obvallatis; conidiis ovato-oblongis, minutis, hyalinis, 2-guttulatis, 5 = 2,5. In Sclerotio vario, in ramis Sambuci et Gleditschiae, in caulibus putrescentibus in Suecia, Italia, Belgio, Guestphalia, Bohemia, Gallia et Britannia.

2. **Volutella pedicellata** (Preuss) Sacc. *Chætostroma pedicellatum* Preuss F. Hoyersw. n. 160. — Gregaria pedicellata, primum alba dein fuscescens; sporodochio pulvinato subhemisphærico, basi præsertim setoso; setis subulatis, septatis, albis; strato conidico crasso tecto; sporophoris filiformibus; conidiis oblongis, minutis, hyalinis albis. 3224

Hab. in ramulis dejectis Rosae pimpinellifoliae, Hoyerswerda, et in foliis Vitis viniferae, Estrich Germaniae.

3. **Volutella longipila** B. et C. Cuban Fung. n. 616. — Minuta, pallida, breviter stipitata, setis longis hyalinis cincta. 3225

Hab. in caulibus herbaceis plantarum in insula Cuba. — *V. ciliatae* habitu similis.

4. **Volutella Georginae** (Corda) Sacc. *Chætostroma Georginae* Corda Ic. II, p. 31, f. 108. — Minuta, erecta, turbinata; sporodochiis lateraliter circum circa zonatis, fuscis, setosis; setis septatis, hyalinis, sursum attenuatis; disco albo convexo; conidiis fusiformibus curvulis nubilosis; sporophoris fasciculatis acicularibus, hyalinis. 3226

Hab. in tuberculis Georginae, Praga Bohemiae et in Guestphalia.

5. **Volutella comata** Ellis Torr. bot. Club. 1882, p. 20. — Sporodochiis disciformibus, orbicularibus, 420–500 μ. d., basi punctiformi affixis et facile decedentibus, margine setulis gracilibus, septatis, minute rugulosis, acutis fimbriatis; disco roseo, madore convexo; conidiis fusiformibus, 12–14 μ. longis. 3227

Hab. in petiolis emortuis Robiniae, Newfield Amer. b[illegible]

A *V. ciliata* magnitudine [illegible]

6. **Volutella coronata** [illegible]

globosa, substipitata, 150 μ. d.; setulis circiter duodecim, septatis, acutis, hyalinis, 350 μ. longis, circumdata; stipite curto, 80 μ. cr., 60 μ. longo; conidiis ellipticis, 6 = 3, hyalinis.

Hab. in ramulis Eucalypti in California.

7. **Volutella diaphana** Ellis Torr. bot. Club. 1882, p. 98. — Punctiformis minuta, alba, substipitata, setis marginalibus parcis erectis, hyalinis, deorsum septatis et pseudo-membrana junctis; disco conidiis oblongo-ellipticis, hyalinis, 1-2-nucleatis, 5 μ. longis farcto. 3229

Hab. in foliis emortuis Orontii aquatici in Amer. bor. — *V. Hyacinthorum* peraffinis sed habitu distinguenda.

8. **Volutella roseola** Cooke in Grevillea. — Sporodochiis subglobosis sursum conidiferis, roseis; stipite distincto suffultis, setis longis flexuosis septatis, apice attenuatis, hyalinis cinctis; conidiis cylindraceis, obtusis. 3230

Hab. in Billbergia. Glasnevin in Britannia. — Certe a *V. stipitata* distinguenda, etsi affinis.

9. **Volutella Hyacinthorum** Berk. Outl. p. 340, *Psilonia Hyacinthorum* Berk. in Engl. Fl. V, p. 353. — Minuta, alba, brevissime distincta stipitata; strato conidifero setis obvallato. 3231

Hab. in bulbis emortuis. King's Cliffe in Britannia.

10. **Volutella pulchella** (Ces.) Sacc. *Thysanopyxis pulchella* Ces. in Rabenh. H. M. n. 1432 et in Bon. Abhandl. II, p. 136, t. II, f. 9. — Sporodochiis laxe gregariis, breve stipitatis, subglobosis, fuscellis, margine setulis subconniventibus, filiformibus, septatis, fuscidulis, sursum hyalinis cinctis; sporophoris fasciculatis, dichotome ramulosis, hyalinis; conidiis fusoideis, curvis, hyalinis. 3232

Hab. in ramulis in Italia bor. — An potius *Exciputaceis* affinior?

11. **Volutella volvata** Tode F. Meckl. I, p. 28, t. V, f. 43, Fr. S. M. III, p. 467. — Sporodochio plano-cupulari, subpezizoideo, stipitato, ex albido fulvo 2 mm. alto, disco primitus ubique pilis tecto, dein nudo; conidiis tandem secedentibus. 3233

Hab. ad ramulos Pruni spinosæ etc. in Germania (Tode) et Suecia (Fries).

12. **Volutella chalybea** Oud. Aanw. IX-X, pag. 40. — Sporodochiis stipitatis, hemisphæricis, chalybeis, minutis, disco prominentibus, setis numerosissimis, fasciculatim conglutinatis, gracilibus flexilibus, 115-140 = 2½, multiseptatis, pro maxima parte chalybei coloris, sursum vero pallidioribus vel achromis ornatis; sporophoris non visis; conidiorum massa carnea, densa; conidiis numerosissimis, 3234

laxe conglutinatis, subcymbiformibus, uno latere convexo, altero planis vel parum concavis, utrinque obtusis, 7–8 ≈ 1–5.

Hab. in fimo cuniculorum, Amsterdam Hollandiæ.

II. *Psilonia* Fr. emend. Sacc.

Sporodochia basi planâ sessilia.

A) In Dicotyledoneis.

13. **Volutella setosa** (Grev.) Berk. Outl. p. 340, *Egerita setosa* Grev. Crypt. Scott. tab. 268, fig. 2, *Psilonia setosa* Berk. Engl. Fl. V. pag. 353. *Chætostroma Carmichaelii* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 58. — Sporodochiis sessilibus, albis, setis erectis, elongatis, continuis, subtiliter asperis cinctis conspersisque; conidiis globosis minutissimis vix 1 μ. diam. (teste Fuck.). 3235

Hab. in caulibus herbaceis putridis et ligno putri Carpini in Guestphalia, Britannia, Gallia, Suecia et Rhenogovia. — Sec. Patouillard (Tab. Anal. fung. IV, f. 397) conidia sunt breve catenulata.

14. **Volutella nivea** (Fries) Sacc. *Psilonia nivea* Fr. S. M. III, p. 150. — Erumpens; sporodochiis gregariis vel confluentibus niveis, 1–2 mm. diam., sessilibus, hemisphæricis, pilis hyalinis, numerosis, flexuosis patenti-ramosis præditis; conidiis minutis, elongato-cylindraceis, curvatis, hyalinis. 3236

Hab. in cortice Fagi, ex cujus rimis erumpit, in Suecia, Germania, Gallia, Belgio. — Sec. Cooke est opus insectorum, quod vero descriptio auctorum non confirmat.

15. **Volutella Buxi** (Corda) Berk. Outl. p. 340, Sacc. F. ital. t. 731, *Chætostroma Buxi* Corda Icon. fung. II, f. 107 (1838). — Sporodochiis gregariis, minutis, sessilibus, pulvinulatis, setis roseo-hyalinis, septatis, apice obtusiusculis, 100–120 ≈ 4, erecto-divergentibus circumdatis; conidiis oblongo-fusoideis, utrinque acutiusculis, 10–11 ≈ $3^1/_2$–$4^1/_2$, 2-guttulatis e hyalino roseis; sporophoris fasciculatis sursum acutioribus, 15–20 ≈ $2^1/_2$, hyalinis. 3237

Hab. in pagina inferiore foliorum Buxi sempervirentis et balearicæ in Britannia, Gallia, Italia, Bohemia, Germania, sociis *Nectriella Rousseliana* et *Verticillio Buxi*. — ***V. Rusci** Sacc. Mich. II, p. 664: sporodochiis parcius ciliatis; conidiis 2-(raro 3-)nucleatis, 9–10 ≈ 3,5–4, hyalinis; basidiis conidio paullo longioribus. In cladodiis Rusci aculeati in Gallia.

16. **Volutella carnea** (Preuss) Sacc. *Chætostroma carneum* Preuss Fung. Hoyersw. n. 159. — Gregaria carnea, convexa; sporodochio 3238

pulvinato, carnoso, strato conidico setulis tecto setis; septatis albis; conidiis ovatis.

Hab. in caulibus siccis Thalictri aquilegifolii, in hortis prope Hoyerswerda.

17. **Volutella foliicola** (Fuck.) Sacc. *Sarcopodium foliicolum* Fuck. Symb. myc. p. 368. — Sporodochio hemisphærico, vix acus capitis magnitudine, cinnabarino, gelatinoso, ciliis candidis septatis circumdato, in foliorum macula expallescente inserto; conidiis cylindraceis, rectis vel perparum curvatis, continuis, hyalinis. 3239

Hab. in pag. inferiore foliorum vivorum Mercurialis perennis, Rabenkopf prope Œstrich Rhenogoviæ.

18. **Volutella gilva** (Pers.) Sacc. Mich. II, p. 298, F. ital. t. 728, *Conoplea gilva* Pers. Mycol. Eur. I, p. 12, *Psilonia gilva* Fr. S. M. III, p. 451. — Sporodochiis sparsis, erumpentibus, pulvinatis, $^3/_4$-1 mm. d., compactiusculis quandoque oblongis, 1-$1^1/_2$ mm. long., sordide flavis vel rubescentibus, setis filiformibus valde flexuosis 150-200 ≍ 5-6, septatis, ochraceis, sursum asperulis vestitis; conidiis cylindraceis, rectis, utrinque obtusiusculis, 10-13 ≍ $1^1/_2$-$2^1/_2$, 2-guttulatis, hyalinis basidiis dense fasciculatis filiformibus, 15-20 ≍ $1^1/_2$-2, hyalinis suffultis. 3240

Hab. in foliis putridis Plantaginis majoris, in caulibus Omphalodes vernæ, Conegliano Ital. bor., in caule Urticæ dioicæ, Veronicæ etc. in Germania, Gallia, Belgio, Britannia, in caulibus Medicaginis, Salicorniæ, Chenopodii in America austr., in caulibus in insula Ceylon. — Var. **rosea** Sacc. Mich. II, p. 644: sporodochio roseo. In caulibus Gentianæ luteæ, Le Sapey Isère Galliæ (Terry). — Affinis *V. isabellina* Corda (sub *Chætostromate*), quæ differt setis rectis eseptatis, conidiis dimorphis etc.

19. **Volutella villosa** (Fres.) Sacc. *Chætostroma villosum* Fres. Beitr. p. 36. — Elongata, discreta vel confluens, carnea, setulis crebris albis, flexuosis, asperulis, septatis tecta; conidiis elongatis rectis, hyalinis, 9-11 μ. longis. 3241

Hab. in caulibus putridis Lathrææ Squamariæ prope Frankfurt in Germania. — «An sat diversa a *V. gilva?*».

20. **Volutella fulva** (Lév.) Sacc. *Chætostroma fulvum* Lév. Ann. Sc. Nat. 1846, p. 275. — Sporodochiis sessilibus 2-3 mm. d., urceolatis, setis erectis fulvis; conidiis oblongis, obtusis, continuis. 3242

Hab. ad ramos Spartii scoparii et Robiniæ Pseudo-Acaciæ prope Paris Galliæ.

21. **Volutella flexuosa** Cooke et Ellis in Grevillea. — Subglobosa, fulva, sparsa; setis elongatis, flexuosis, septatis, 200 μ. long.; conidiis cylindraceis, obtusis, hyalinis, 18–20 ≍ 3. 3243

Hab. in foliis delapsis Salviae, New Jersey in Amer. bor.

22. **Volutella fusarioides** Penz. in Mich. II. p. 484. Fung. a. t. 1211. — Sporodochiis sparsis, superficialibus, pulvinatis, haud stipitatis, 0,3–0,4 mm. diam., pallide luteolis; setulis submarginalibus filiformibus, obtusiusculis, basi inflatis, haud septatis, ochraceo-hyalinis, 60–72 ≍ 5–7; conidiis in apice basidiorum brevissimorum insidentibus, fusiformibus, curvulis, haud septatis, utrinque acutatis, 18–21 ≍ 2–3,5, hyalinis vel pallide ochraceis. 3244

Hab. in foliis emortuis Citrorum, sociis *Sphaerellâ siculâ*, *Laestadiâ socii*, *Beltraniâ rhombicâ*, in Sicilia (V. Beltrani).

23. **Volutella isabellina** (Corda) Sacc. *Chaetostroma isabellinum* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 59. — Sporodochiis sparsis, pulvinatis, convexis, isabellinis, basi stromatica atro-fusca suffultis, ubique setulis subdivergentibus continuis conspersis; conidiis fusoideis, rectis, flavido-hyalinis (nec non globulosis immixtis). 3245

Hab. in ramulis dejectis Salicis in Bohemia.

24. **Volutella discoidea** (B. et Br.) Sacc. *Psilonia discoidea* B. et Br. Ann. N. H. 1866, n. 1150, tab. 3, fig. 8. — Sporodochiis 2–4 mm. altis, initio totis setulosis, forma variis orbicularibus, elongatis, flexuosis pallide fulvis, demum brunneis; disco prolifero, margine discreto roseo-brunneolo; conidiis oblongis vel subcymbiformibus, 9 μ. longis. 3246

Hab. in asseribus putridis, Wilts Britanniae.

25. **Volutella pulchra** B. et C. North Amer. Fung. n. 603. — Sporodochiis subscutellatis, subtus margineque albo-ciliatis, sparsis vel confluentibus; disco carneo-rufo; conidiis ellipticis, 6 μ. longis. 3247

Hab. in ramis Salicis, Connecticut Amer. bor. — Apothecium lichenis in mentem revocat.

26. **Volutella indica** (Niessl) Sacc. *Psilonia indica* Niessl Hedw. 1878 p. 176. — Pallide lutescens; conidiis oblongis, continuis, 4–6 ≍ 2–3, hyalinis. 3248

Hab. in quibusdam leguminibus, Calcutta India (Kurz).

27. **Volutella aciculosa** (Ellis et Harkn.) Sacc. *Hymenula aciculosa* Ellis et Harkn. F. Calif. p. 9. — Convexo gelatinosa, livida, translucens ¾–1¼ mm. discoidea, nigricans (in sicco), margine dense fibroso-fimbriata, fibris erectis, brunneis; basidiis (sporis sec. aucto- 3249

res) erectis acicular-filiformibus, 50-60 = 1, nucleolatis, subhyalinis, conidiis copiosis minutis intermixtis.

Hab. in foliis Pini ponderosæ, Sierra Nevada Californiæ.

28. **Volutella vinosa** (Cr.) Sacc. *Acrospira vinosa* Crouan Fl. Finist. p. 14. — Sporodochiis 1 mm. diam., vinosis, hemisphæricis, pilis rigidis, brunneo-nigris obvallatis; hyphis fertilibus hyalinis, brevibus, erectis; conidiis oblongis, hyalinis. 3250

Hab. in ramulis emortuis et denudatis Quercus in Gallia.

29. **Volutella ochracea** (Corda) Sacc. *Medusula ochracea* Corda Ic. Fung. I, p. 18, f. 241. — Sporodochiis gregariis, ochraceis, sessilibus, subglobosis, carnosulis; setulis intricatis, tenuissimis dichotomis; conidiis oblongis diaphanis. 3251

Hab. in ligno putrido prope Prag Bohemiæ.

30. **Volutella melaloma** B. et Br. Ann. N. H. n. 496, t. XI, f. 3. — Sporodochiis aurantiacis, setulis nigris, articulatis, fimbriatis, superficialibus; conidiis fusiformibus, vix lunulatis, appendiculatis. 3252

Hab. in foliis Caricum, sociâ *Neottiosporâ Caricum*, in Britannia.

31. **Volutella cinerescens** (Ces.) Sacc. *Psilonia cinerescens* Ces. in Flora 1853, p. 204. — Sporodochiis effusis, plerumque hypodermeis, stratum velutinum, primitus e cœrulescenti vel viridulo cinereum, demum, e conidiis copiosis, hyalinis, lucanum efformantibus; hyphis (setulis?) gracilibus, septatis, articulis inæqualibus; conidiis oblongis. 3253

Hab. in imo caule et radicibus marcescentibus Lycopodii. Vercelli Italiæ bor.

32. **Volutella Vitis** (Bon.) Sacc. *Myrothecium Vitis* Pomord. Handb. p. 143, f. 215, Pirotta F. Vitign. p. 74. — Sporodochiis pezizæformibus, albis, stromate viridi-nitente, basidiis clavatis, simplicibus, sterigmatibus quatuor conidia gerentibus ornatis; conidiis ellipticis vel sphæricis (ex Schulz. 14 = 4), hyalinis. 3254

Hab. in ramulis Vitis viniferæ in Germania et Hungaria.

33. **Volutella luteo-alba** (Bon.) Sacc. *Myrothecium luteo-album* Bon. tab. X, fig. 214, — Sporodochiis flavis, margine fimbriato, albo; e setulis hyalinis continuis subinde furcatis formato; conidiis minutis, ovoideo-oblongis; sporophoris brevibus, fasciculatis, fusoideis conidio quadruplo longioribus. 3255

Hab. in ramis emortuis in Guestphalia.

34. **Volutella Zamiæ** (Corda) Sacc. *Medusula Zamiæ* Corda Icon. I, p. 18, fig. 240. — Solitaria, sessilis; sporodochio subgloboso, oli- 3256

vaceo, semipellucido, hypostromate floccoso, ramoso, septato, suffulto; setulis erectis, septatis, subulatis, subdichotomis, diaphanis, pallide luteolis; conidiis globosis, aureis.

Hab. in foliis putridis Zamiæ pungentis, Reichenberg Bohemiæ.

B) In Monocotyledoneis.

35. **Volutella sphæriæformis** (Mont.) B. et C. Cub. Fungi n. 617, *Periola sphæriæformis* Mont. Cuba p. 297, Syll. Crypt. n. 1085. — Sporodochio hæmisphærico sessili, undique setis, rigidis, acutis, atris, hispido et e conidiis continuis, hyalinis, composito; sporophoris fusiformibus, curvulis, pellucidis. 3257

Hab. ad folia Monocotyledonearum prope Alquizar in insula Cuba (Ramon de la Sagra). — *V. setosæ* analoga.

Epicoccum. Sporod. tenera, hemisphærica, conidiis globosis, laxis, sæpe areolatis atris tecta.

Spermodermia. Sporod. hemisphærica, strato indurato conidiorum corticata.

Myriophysa. Sporod. convexa, subgelatinosa, e conidiis magnis guttatis vesiculosis conflata; sporophora obsoleta.

Stromella. Sporod. verruciformia, ex hyphis ramosis conidiisque inæqualibus compacta.

Hymenopsis. Sporod. subdiscoidea, tenuia: sporophora typice bacillaria: conidia oblongo-fusoidea vel (in subg. *Hymenobactro*) cylindracea.

Epidochium. Sporod. crassa, initio tremelloidea; sporophora filiformia, æqualia vel apice subcapitata.

++ Sporodochia ciliata vel hyphis exertis vestita.

Chætostroma. Sporod. disciformia vel convexa, setis sterilibus atris cincta; sporophora bacillaria.

Myrothecium. Sporod. disciformia, initio concava, pilis albidis marginata; sporophora bacillaria.

Trichostroma. Sporod. verruciformia, non marginata, supra hyphis subramosis conidiophoris exertis laxis vestita.

B) Conidia catenulata (Cfr. *Chætostroma Caricis*).

Sphæromyces. Sporod. globosa, libera.

Actinomma. Sporod. radiato-lobata, stelliformia.

Sect. 2. Asterosporæ Sacc.

Conidia angulato-stellata, continua.

Stephanoma. Sporod. subglobosa, dein scutellata, pilosa; conidia hyalina.

Sect. 3. Didymosporæ Sacc.

Conidia 1-septata, typice fusca.

Sclerococcum. Sporod. globosa, sphæriæformia, libera (lichenicola).
Epicladium. Sporod. applanata, marginata vel obconico-truncata (truncicola).

Sect. 4. Phragmosporæ Sacc.

Conidia oblonga v. cylindracea, 2-plurisептata, colorata.

Exosporium. Sporod. convexo-pulvinata; conidia elongata, solitaria.
Trimmatostroma. Sporod. discoidea; conidia oblonga (curvula), catenulata.

Sect. 5. Dictyosporæ Sacc.

Conidia transverse et longitudinaliter septata, fusca.

Spegazzinia. Sporod. convexo-pulvinata, laxiuscula; conidia et sporophora sarciniformia.

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

EPICOCCUM Link Obs. II, p. 32 (Etym. *epi* supra et *coccos* pro conidio). — Sporodochia globulosa vel convexa, cellulosa, conidiis globulosis (sæpius areolato-asperulis), sporophoris brevissimis nixis vestita, subinde maculis effusis discoloribus insidentia. — Genus pulchellum sed revisione analytica maxime eget.

1. **Epicoccum nigrum** Link Observ. II, p. 32, Sp. II, p. 107, F. ital. t. 1218, *E. vulgare* Corda ex p., *E. versicolor* Rabenh. ex p. — Maculis nigricantibus vel obsoletis; sporodochiis sparsis, punctiformibus, aterrimis; stromate depresso, hemisphærico, nigro; basidiis claviformibus, continuis, nigris, 12-14 = 5-7; conidiis globulosis, sphæroideis, vix pedicellatis, atro-fuligineis, rugoso-reticulatis, 21-25 μ. diam. 3480

   Hab. in caulibus aridis plantarum, ex. g. Ricini in Germania et America bor., et in foliis aridis Citri Aurantii in Italia bor.

2. **Epicoccum purpurascens** Ehrenb. Sylv. p. 12, *E. vulgare* Corda p. p. — Sporodochiis atro-brunneis, globulosis, 120-150 μ. diam. in cæspitulos oblongos, 2-3 mm. longos congestis, maculæ elongatæ purpureæ insidentibus; conidiis magnis subglobosis primo fla- 3481

vidis, demum brunneis, reticulatis, distincte verrucoso-areolatis, pedicellis basi attenuatis, hyalinis fultis, 16-22 μ. diam.

Hab. ad folia, ramulos caulesque siccos vel emortuos herbarum, præprimis Arundinis Donacis, Asparagi, Zeæ Maydis, Zizaniæ, Sacchari officinarum, Nicotianæ Tabaci, Robiniæ et Sorghi, sociis plerumque Cladosporio herbarum et Alternaria tenui in Italia, Arduennis, Germania, Lusitania, Belgio, Gallia. — Var. **aleurophilum** Sacc. Michel. II, p. 366: acervulis majoribus; conidiis sphæricis 18-20 μ. d., verruculosis, olivaceo-fuligineis, brevissime stipitatis. In pulte zeina *(polenta)* putrida et in farina frumentaria, Padova, Treviso, sociis plerumque *Cladosporio herbarum* et *Alternaria tenui*. — Var. **Tabaci** Pass. Funghi Tab. n. 3: globosum, atrum, hypophyllum: stromate fusco-rubiginoso; conidiis globosis, reticulato-scabridis, fuscis; stipite brevi hyalino, inferne vix angustato. In Nicotianæ Tabaci foliis prope Parma Italiæ bor.

3. **Epicoccum vulgare** Corda Icon. Fung. I, pag. 5, fig. 90 ex p., *E. versicolor* Rabenh. D. C. Fl. n. 562, ex p. — Maculis versicoloribus cinerescentibus, virescentibus vel cærulescentibus; stromate convexo, oblongo, sanguineo dein nigrescente; conidiis confertis globosis, reticulatis, fuscis, areolis medio verruca atra ornatis, 21-25 μ. diam., pedicellis attenuatis albis diaphanis. 3482

Hab. in caulibus herbarum foliisque putridis in Bohemia, Germania, Italia. — Var. **virescens** Rabenh. l. c.: maculis olivaceo-virentibus. In foliis Phragmitis in Germania. — Var. **pallescens** Rabenh. l. c.: maculis brunneis mox expallentibus. In foliis Alismatis, Sagittariæ et Limnanthemi in Germania. — Ab hoc typo seposui *E. purpurascens*, *E. nigrum* et *E. atropurpureum*, quæ tamen valde affinia videntur.

4. **Epicoccum neglectum** Desm. Ann. Sc. Nat. XVII, p. 95 (1842), Penz. in Fungi ital. tab. 1217. — Sporodochiis maculas nullas vel obsoletas gignentibus, epiphyllis, punctiformibus, sparsis, aterrimis; stromate hemisphærico, brunneo vel nigrescente, hyphis brevissimis, articulatis composito: conidiis globosis, sphæroideis, pedicello hyalino brevissimo, obconico truncato præditis, brunneo-nigris, reticulatis, 12-16 μ. diam. 3483

Hab. in foliis languentibus vel emortuis et in paniculis culmisque Zeæ Maydis, Arundinis Donacis, Scirpi, rarius in foliis putridis Citrorum, Lauri nobilis et Benzoin in Italia, Lusitania, Germania, Belgio, Arduennis, Britannia et Amer. bor.

— Forma in Lauro Benzoin (Newfield) praebuit: stroma pulvinatum fusco-rubens; conidia initio brevi-stipitata lutescentia, dein sphaerica, 16–18 μ. diam., areolato-verruculosa, fuliginea, basi apiculata. Sed totum *E. neglectum* a generis typo (*E. nigro* Link) forte non satis differt.

5. **Epicoccum granulatum** Penz. Fung. Agrum. in Mich. II, pag. 187 et in F. ital. tab. 1215. — Sporodochiis gregariis, confluentibus, pulveraceis, aterrimis; stromate hemisphaerico; hyphis basidiisque ex luteo brunneis vel fuscescentibus, articulatis; conidiis nigro-olivaceis, sphaeroideis, non pedicellatis, plaricellularibus, punctato-granulatis, 20–28 μ. diam. 3484

Hab. in ligno corrupto, rarius in foliis languidis vel emortuis Citrorum, in frigidariis, Patavii Ital. bor. — Ab affini *E. neglecto* dignoscitur sporodochiis subindeterminatis, confluentibus, pulveraceis etc.

6. **Epicoccum sphaerioides** Corda Ic. Fung. I, p. 5, fig. 93. — Gregarium; macula nulla; stromate convexo, minutissimo vix conspicuo, celluloso-vesiculoso, fusco; conidiis tetraedro-sphaericis, subdepressis, glaberrimis, 11–12.5 μ. d., fuscis, intus guttulis oleosis luteolis farctis; pedicello acuminato albo. 3485

Hab. in ligno putrido prope Reichenberg Bohemiae, et in ligno pineo indurato prope Vollrads Germaniae.

7. **Epicoccum agyrioides** Corda Ic. Fung. I, p. 5, fig. 89. — Minutum, gregarium; macula nulla; stromate convexo, elongato purpureo dein nigrescente, ex cellulis rotundis constipato; conidiis sparsis, reticulatis, fuscis, 18–20 μ. diam.; areolis obscurioribus, pedicello brevissimo. 3486

Hab. in ligno putrido Fagi prope Reichenberg Bohemiae. — Var: **pineum** Sacc. Mich. II, p. 366: conidiis sphaeroideis, pallidius apiculatis 15 μ. diam., atro-fuligineis, rugoso-reticulatis. In ligno pineo aqua diu submerso in Gallia austr.

8. **Epicoccum leve** Corda Ic. Fung. I, p. 5, f. 92. — Minutissimum, gregarium; macula pallido-rosea; stromate subhemisphaerico, extus intusque sanguineo; conidiis sparsis, subsphaerico-tetraedris, 19–22 μ. diam., glaberrimis, fuscis; stipite brevi acuto, albo. 3487

Hab. in herbarum caulibus et in ramulis decorticatis Sambuci et Alni glutinosae prope Reichenberg Bohemiae, et in caulibus Dahliae (Estrich Rhenogoviae.

9. **Epicoccum lineolatum** Desm. XIII Not. p. 84. — Minutissimum, gregarium; macula argentea, 2–4 ≃ 2 cm. insidens; stromate glo- 3488

boso, nigro; conidiis alnatis, fuscis, globosis, 30-32 μ. diam.; pedicellis obsoletis.

Hab. in ramis decorticatis Fraxini etc. in Gallia.

10. **Epicoccum herbarum** Corda Ic. Fung. I, pag. 5, fig. 88. — Minutissimum, gregarium; stromate globoso purpureo, intus pallide incarnato, carnoso; cellulis sexangularibus; conidiis raris tetraedro-sphæricis, reticulatis, fuscis, 20-23 μ. d. areolis obscurioribus; pedicello tenui stromate immerso, conico, fuscescente et diphano. 2488

Hab. in caulibus Papaveris somniferi in Bohemia.

11. **Epicoccum Menispermi** Pass. Hedw. 1878, pag. 172, *Epicoccum neglectum* forma *Menispermi* Sacc. Mycoth. Ven. n. 1241. — Hypophyllum, in macula cinereo-fusca expanse sporodochiis atris; conidiis globosis, fusco-pellucidis, reticulatis, scabris, stipite æquali. 3490

Hab. in foliis Menispermi, Padova et Parma Ital. bor. — Ab *E. neglecto* Desm. differt conidiis crassioribus et pallidioribus; ab *E. purpurascente* Ehrh. vero stipite inferne non attenuato.

12. **Epicoccum scabrum** Corda Ic. Fung. I, p. 5, tab. II, fig. 91. — Gregarium; macula nulla; stromate subgloboso, carnoso, extus intusque fusco; conidiis globosis, non reticulatis fuscis, asperis, pedicello brevissimo albo suffultis, 18-20 μ. diam. 3491

Hab. in caulibus putridis Centaureæ et Umbelliferarum, in culmis glumisque Poæ nec non in truncis et radicibus Juniperi, Nyssæ et Pini in Germania, Bohemia, Suecia et Amer. bor. — Forma pinicola (e New Jersey) differt conidiis amplioribus, nempe 35 μ. diam.

13. **Epicoccum micropus** Corda Icon. Fung. III, p. 32, f. 82, Penz. in Sacc. F. ital. t. 1216. — Sporodochiis gregariis, effusis, atris; stromate subgloboso, dein depresso, rubro-fusco; basidiis emergentibus clavatis, transverse septatis, fuscis; conidiis sphærico-tetraedricis, basi depressis, sessilibus vel brevissime pedicellatis, glabris, fuscis, impellucidis, 22-23 μ. diam. 3492

Hab. in foliis putridis Aurantiorum Prag Bohemiæ, in caulibus Phaseoli et in Lactario delicioso putrescente, in Britannia et Pensylvania Amer. bor.

14. **Epicoccum Duriæanum** Mont. Syll. Crypt. n. 1101, Ann. Sc. nat. 1849, p. 38. — Hypophyllum, minutum, in macula cinerea fusco-cincta 1,5 cm. diam., gregarium; stromate hemisphærico 100 μ. diam., luteo-purpurascente; conidiis pistilliformibus, olivaceis, levibus tandem tetracoilis, 10-20 μ. diam. punctatisque, brevi-pedicellatis, stipite cylindraceo. 3493

Hab. in foliis moribundis Fici Caricæ, Mori albæ et Orontii in Gallia, Italia, Germania, Austria et Amer. bor. — Affine videtur *E. micropodi.*

15. **Epicoccum Platani** Fuck. Enum. Fung. Nass. pag. 33. fig. 25. — Sporodochiis pulvinulatis atris, in macula carnea aut grisea insidentibus; sporophoris cylindraceis, 1-septatis, flavis; conidiis globosis, scabridis, atris, breviter hyalino-pedicellatis. 3494

Hab. in foliis deciduis Platani orientalis prope Œstrich Rhenogoviæ.

16. **Epicoccum atro-sanguineum** Wallr. Fl. crypt. n. 1719. — Sporodochiis convexiusculis, tenuatis, punctiformibus; conidiis globosis, simplicibus, majusculis, atro-sanguineis, parcis, sporodochio laxe incumbentibus. 3495

Hab. in foliis vivis, languidis et siccis Acori Calami in Germania et prope Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ, in caulibus Fabarum in Rhenogovia.

17. **Epicoccum dispersum** Ces. et Mont. in Bot. Zeit. 1862., p. 199. — Hypophyllum, minutum, sparsum; macula nulla; stromate vix distincto; conidiis depresso-globosis nigricantibus, tricoilis, punctatis; pedicello obsoleto. 3496

Hab. in pag. inferiore foliorum in Italia boreali.

18. **Epicoccum compactum** B. et C. Cuban Fungi n. 623. — Placentæforme, atro-purpureum; stromate firmo; conidiis globosis, paucicellulosis (« an potius laxe areolatis »). 3497

Hab. in foliis putrescentibus plantæ cujusdam scandentis, Cuba.

19. **Epicoccum pallescens** Berk. Fl. New. Zeal. pag. 198, tab. CV, fig. 14. — Primum epidermide tectum; sporodochiis depressis cervino-fuscis, margine radiante brevi fibrilloso; conidiis subturbinatis reticulatis, pallidis, breviter pedicellatis, 28 ≈ 16. 3498

Hab. in foliis emortuis, Earines et Tararno Novæ Zelandiæ (Colenso).

20. **Epicoccum maculatum** Cooke in Grevillea XII, p. 28, in Rav. Amer. Fungi n. 774. — Hypophyllum; maculis orbicularibus fuscis; stromatibus globoso-depressis, 60 μ. diam.; conidiis globosis, levibus, fuscis, 6,5 μ. diam. 3499

Hab. in foliis emortuis Darien, Georgia (Ravenel). — Habitus *Sphæriæ* cujusdam.

21. **Epicoccum simplex** B. et C. North Amer. Fungi n. 617. — Punctiforme; conidiis globosis, simplicibus. 3500

Hab. in foliis Arundinariæ in Carolina inferiore Amer. bor. — Habitus *E. neglecti* sed conidia non reticulata.

22. **Epicoccum effusum** Fuck. Symb. Myc. p. 373. — Sporodochiis convexis, 6–11 = 2–2.5 mm. compactis, rugulosis, opacis, atris, plerumque in macula persicina: conidiis ovato-globosis, verrucosis, brevistipitatis, fuscis. 3501

Hab. in disco culmi cæsi Zeæ Maydis. Œstrich Rhenogoviæ.

23. **Epicoccum diversisporum** Preuss in Linn. 1852, XXV, p. 740, n. 56. — Minutum, gregarium, maculæ roseæ insidens; stromate globoso, atro-purpureo, intus purpureo, irregulariter celluloso, vesiculoso; conidiis confertis, diversæ magnitudinis, aliis tetraedro-sphæricis, aliis rotundis, non reticulatis, verrucosis, fuscis; verrucis obscurioribus; pedicelliis albis. 3502

Hab. in foliis Phragmitis communis et Caricis silvaticæ in Rhenogovia et Hoyerswerda.

24. **Epicoccum caricicolum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 3039. — Macula stromatica vix ulla; sporodochiis sparsis applanato-globosis, demum pezizoideis, impressis, nigro-fuscis; conidiis creberrimis subglobosis nigro-fuscis, demum folium conspurcantibus. 3503

Hab. frequens in foliis majorum Caricum in Amer. bor.

25. **Epicoccum Equiseti** Berk. in Cooke Handb. n. 1679, *Uredo Equiseti* Engl. Fl. V, pag. 384. — Lineare, in striis caulinis insidens; conidiis minutis, atro-sanguineis, levibus. 3504

Hab. in caulibus putrescentibus Equiseti limosi et hyemalis in Britannia, Germania et Italia bor.

26. **Epicoccum Usneæ** Anzi Analect. Lichen. p. 25. — Macula cærulea totum apotheciorum discum sensim tegente; sporodochiis minutis turbinato-lentiformibus, supra cubiculum elevatis; conidiis farcitis, numerosissimis, conglobatis, sphæricis, fuscis, pedicello concolori, truncato, lato quidem, sed brevissimo præditis, diamet. cum pedicello 6–7 μ., sine pedicello 4 μ. 3505

Hab. in disco apotheciorum Usneæ barbatæ in silvis Bormio Italiæ bor.

27. **Epicoccum reticulatum** Cooke in Grevillea. — Gregarium, in maculis congestis, atro-brunneis; conidiis magnis, grosse reticulatis, subglobosis, brunneis, 25–30 μ. diam. 3506

Hab. in charta vetusta. New York Americæ bor. — Affine *E. effuso* Fuck.

Species mihi ignotæ.

28. **Epicoccum sphærospermum** Berk. in Rav. Carol. V, n. 88 (non vidi). — In Sorgho in Amer. bor. — Cfr. Grevillea. 3507

29. **Epicoccum pallens** Fr. Summa Veg. Scand. p. 476 (nomen). — In Suecia. 3508

30. **Epicoccum Malinvernianum** Ces. et De Not. Erb. critt. I, n. 789. — In Italia boreali. 3509

SPERMODERMIA Tode Meckl. I, pag. 1, Fr. Summa Veg. Sc. p. 480 (Etym. *sperma* semen et *derma* pellis). — Sporodochia e carnoso suberosa, strato conidiorum corticata. Conidia demum plus minus secedentia, pulveracea. — Genus adhuc incertum. *Spermodermia protuberans* Fr. Summa Veg. Scand. p. 480 (nomen), quam ipse auctor cum *Coniothecio Amentacearum* comparat, aliena videtur.

1. **Spermodermia clandestina** Tode Meckl. p. 1, tab. I, fig. 1, Kunze Myk. Heft. II, p. 95, t. II, fig. 6. — Sporodochio hemisphærico sessili, basi deplanato, opaco, nigro, durissimo; conidiis globosis, minimis, atris, peripherieis, densis iisque demum suffuso. 3510

Hab. inter corticem et laburnum arborum, inprimis Quercus, in Germania, Suecia et Gallia.

MYRIOPHYSA Fr. S. V. S. p. 481 (Etym. *myria* multitudo et *physa* vesica). — Conidia globosa, vesicularia, guttulis farctis, in sporodochium atrum, superficiale, persistenter molle, gelatinosum conglutinata.

1. **Myriophysa atra** Fr. l. c. — Sporodochiis eumorphis v. irregularibus, contiguis, atris, mollibus potius quam gelatinosis, e conidiis (?) magnis pellucidis stromate spurio grumoso conglutinatis compositis. 3511

Hab. in acubus Pini in Suecia.

STRUMELLA Sacc. Mich. II, pag. 36, vix Fr. Summa Veg. pag. 482 (Etym. a *struma*), *Dacrina* Fr. S. M. III, p. 291 ex parte, *Merosporium* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 23. — Sporodochium verruciforme ex hyphis varie ramosis conidiisque ex ovoideo polymorphis varie adnatis compositum. *Dacrina lutescens* Fr. et Bon. a typo est excludenda et *Coniophoræ* potius affinis videtur. — Nomen «*Strumella*» prætuli, quum speciebus rite cognitis sit illustratum, nam *Dacrinæ* species hucusque obscuræ.

1. **Strumella olivatra** Sacc. Mich. II, p. 36, *Illosporium olivatrum* Sacc. Mich. I, p. 90, F. Ital. t. 79. — Sporodochiis gregaris, superficialibus, globulosis, 100 μ. circ. diam., e cellulis prominentibus stabilis, atris, e catenulis cellularum (conidiorum) varie sed arcte complexis efformatis; conidiis cylindraceo-fusoideis, variis, plerumque curvulis, 10–15 ≍ 6–7, vario modo connexis, ex olivaceo fuscis. 3512

Hab. in ligno putrescente, Selva Italiæ bor. et in Ardennis.

2. **Strumella tuberculosa** Sacc. Mich. II, p. 36, *Illosporium tuberculosum* Sacc. Mich. I, p. 500. — Sporodochiis gregariis erumpenti-superficialibus, prominulis, atro-viridibus, ¾–1 mm. diam., ex hyphis olivaceis, torulosis, simplicibus ramulosisque, septatis, varie intricatis compositis; ramis nonnullis sporomorphis subdidymis; conidiis ovoideo-oblongis, 8–12 ≍ 3–5, 2-guttulatis, hyalinis. 3513

Hab. in fructibus immaturis putrescentibus Fici Carietæ pr. Rouen Galliæ (Letendre). — An status sclerotiaceus et microconidicus *Cladosporii?*

3. **Strumella coryneoidea** Sacc. et Wint. Hedw. 1883, p. 175. — Sporodochiis gregariis superficialibus, pulvinatis, atro-olivaceis, ½–¾ mm. diam., compactis; hyphis e basi prolifera parenchymatica fusca oriundis, filiformibus, 60–100 ≍ 7–8, simplicibus ramosisque, septatis, fuligineis; conidiis obovatis v. subpiriformibus, 1–2-guttatis, subinde infra medium 1-septatis, 10–12 ≍ 6–7, deorsum acutatis, fuligineis. 3514

Hab. in cortice Quercus albæ, Perryville Missouri Amer. bor. (C. H. Demetrio).

4. **Strumella Acaciæ** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Gregaria, discoidea, convexa, superficialis, atra; hyphis simplicibus, rectis, in massam olivaceam compactis; conidiis ovalibus, profusis, acrogenis, pallide olivaceis, primo utrinque truncatis, 4 ≍ 2.5. 3515

Hab. in ramis viminibusque Acaciæ in California.

5. **Strumella Vincæ** Cooke et Harkn. in Grevillea. — Sporodochiis gregariis, erumpentibus, subglobosis, sphæriæformibus, atris; sporophoris erectis, hyalinis, continuis, crassiusculis, arcte congestis; conidiis ellipticis, continuis, atro-fuscis, 12 ≍ 4. 3516

Hab. in caule Vincæ in California.

6. **Strumella minuta** (Corda) Sacc. *Dacrina minuta* (Corda) Rabenh. D. C. Fl. n. 1145, *Microsporium minutum* Corda in Sturm D. C. Fl. t. 23. — Sporodochiis plus minus oblongis, medio constrictis, erectis, atris, vix conspicuis; conidiis ovato fusoideis acutis, maturis, fuligineis; sporophoris septatis semipellucidis 3517

Hab. in cortice Coniferarum, Prag Bohemiæ.

7. **Strumella fusco-olivacea** (Fr.) Sacc. *Dacrina fusco-olivacea* Fr. S. M. III, pag. 292, *Dematium velutinum* Alb. et Schw. Consp. p. 369. — Sporodochiis minutis, subrotundis, fusco-olivaceis, 1-2 mm. diam.; sporophoris crassiuscule filiformibus, intricatis, conglutinatis; conidiis sub aqua secedentibus pellucidis. 3518

Hab. in lignis adustis v. putridis in Germania et Suecia.

8. **Strumella aterrima** (Rabenh.) Sacc. *Dacrina aterrima* Rabenh. D. C. Fl. n. 1146. — Sporodochiis aterrimis, 2-4 mm. diam., subrotundis, sparsis; sporophoris valde ramosis, ramis furcatis fuligineis; conidiis magnis, atris, ovatis. 3519

Hab. in truncis emortuis udis in Tyrolia (Rabenhorst).

9. **Strumella atra** (Schw.) Sacc. *Dermosporium atrum* Schw. Syn. Amer. bor. n. 3035. — Sporodochiis densissime aggregatis, aterrimis, humido autem tempore subfuscescentibus, oblongo-globosis, habitu et magnitudine *Roselinium Millegranum* referentibus dense undique tectis strato conidiorum concolorum ac vix pellucidorum, sed opacorum. 3520

Hab. in ligno denudato Caryæ tomentosæ vel sulcatæ plagas pedales formans, Nazareth Amer. bor.

10. **Strumella Leguminum** Fr. Summa V. Scand. p. 482. — In leguminibus in Suecia. — *Strumella Cucurbitacearum* Fr. l. c. ex citato De Not. est *Phoma decorticans*, quæ profecto sclerotiacea. 3521

HYMENOPSIS Sacc. (Etym. *hymen* pro Hymenula et *opsis* facies) *Hymenulæ* et *Myrothecii* species Auctorum. — Sporodochia scutellato-disciformia v. convexula, erumpenti-superficialia v. superficialia, atra, omnino calva et margine concolore. Conidia ovoidea v. oblonga v. (in subg. *Hymenobactro*) bacillaria, sporophoris cylindraceis typice suffulta. — *Hymenulæ* atræ Friesianæ mihi imperfecte cognitæ sunt: ergo non sine dubio ad hoc genus retuli.

I. *Eu-Hymenopsis.*

Conidia ovoidea, oblonga (v. ignota).

1. **Hymenopsis trochiloides** Sacc. Mich. II. pag. 367, F. ital. t. 857 (*Myrothecium*). — Sporodochiis gregariis, suberumpentibus, disciformibus, nigris, $^1/_3$ mm. diam., calvis; conidiis anguste fusoideis, leniter curvis, 8-10 = 2-2.5, utrinque 1-guttulatis et acutiusculis 3522

e hyalino olivaceis, basidiis dense fasciculatis filiformibus, interdum furcatis, 30–40 ≈ 1.5, olivaceis sufultis.

Hab. in vaginis Phragmitis communis emortuis. Lyon Galliæ.

2. **Hymenopsis ellipsospora** (Fuck.) Sacc. *Myrothecium ellipsisporum* Fuck. Symb. Myc. p. 364, t. I, fig. 19, Sacc. F. ital. t. 861. — Sporodochiis adnatis, orbicularibus, vix 2 mm. latis, scutiformibus, griseis, margine vix pallidiori, glabris, dein aterrimis; disco globoso, aterrimo, nitido, dein plano; conidiis ellipticis vel fusoideis simplicibus, 12–14 ≈ 3–4, olivaceo-fuscis. 3523

Hab. in foliis putrescentibus Phragmitis communis in Germania et Gallia australi. — « Videretur *Chætostroma*, sed setæ nullæ ».

3. **Hymenopsis Arundinis** (Fr.) Sacc. *Hymenula Arundinis* Fries Syst. Myc. II, pag. 234, El. II, p. 37. — Sporodochiis levigatis subrotundis, majusculis, nigrescentibus opacis, effusis, 1–2 cm. latis subinterruptis, dein effusis, subrimosis, firmis, ambitu adnatis. 3524

Hab. ad culmos exsiccatos putresque Phragmitis communis in Germania, prope lacum Ringsjön Scaniæ.

4. **Hymenopsis conica** (Fuck.) Sacc. *Myrothecium conicum* Fuck. Symb. Myc. p. 364, t. I, f. 20. — Sporodochiis conicis, 1–1.5 mm. altis, obtusis, lata basi adnatis, sæpe curvatis, aterrimis; conidiis ellipticis, utrinque parum obtusis, 8 ≈ 3, fuscis. 3525

Hab. in foliis siccis Festucæ glaucæ, Budenheimer Wald in Germania.

5. **Hymenopsis media** Sacc. et Wint. Hedw. 1883, p. 14 (*Myrothecium*). — Sporodochiis gregariis, subsuperficialibus, globoso-depressis, dein subumbilicatis, nigris, vix $^1/_4$ mm. diam.; conidiis fusoideis, rectis, 13–14 ≈ 3,5–4, olivaceo-fuscis; basidiis fasciculatis, bacillaribus, 25–30 ≈ 3–3,5 paulo pallidioribus. 3526

Hab. ad calamos aridos Scirpi lacustris prope Salem, Baden. — Inter *H. ellipsosporam* et *H. trochiloidem* media, ab illa sporodochiis multo minoribus basidiisque longioribus, ab hac conidiis basidiisque crassioribus etc. facile dignoscitur.

6. **Hymenopsis Typhæ** (Fuck.) Sacc. *Myrothecium Typhæ* Fuck. Symb. Myc. pag. 364, t. I, f. 21. — Sporodochiis hemisphæricis, oblongis, 1–1,5 mm. longis, aterrimis; conidiis oblongo-ovatis, utrinque obtusis, simplicibus, biguttulatis, 18 ≈ 6, pallide fuscis. 3527

Hab. in foliis putridis Typhæ latifoliæ prope Budenheim in Germania.

7. **Hymenopsis lecanidiiformis** (Speg.) Sacc. *Myrothecium lecanidiiforme* Speg. Fungi Argent., Pug. IV, n. 363. — Sporodochiis patellari-applanatis vel sublenticulari-patellaribus, ½-1 mm. diam. emarginatis sessilibus, siccis, duriusculis, aterrimis udis extumescentibus subtremelloideis atro-olivascentibus, glaberrimis, subcupulatis, contextu imperspicue parenchymatico; sporophoris filiformibus 20 = 1, simplicibus monosporis hyalino-fumosis; conidiis ellipsoideis, inæquilateralibus utrinque rotundatis, subtruncatis 10-15 = 3-3,5, continuis non v. 2-guttulatis olivaceis. 3528

Hab. ad caules Conii maculati et Baccharidis pingreæ in uliginosis de los Montes grandes Argentinæ.

8. **Hymenopsis Guepini** (Mont.) Sacc. *Hymenula Guepini* Mont. Plantes cell. nouv. VII, Cent. pag. 344. — Sporodochiis orbicularibus, minutis, punctiformibus, gregariis, cuticula primo tectis mox denudatis, fuscis, e cellulis tenerrimis constitutis; sporophoris confertis, erectis, tenuissimis, 25 μ. longis; conidiis oblongis 17,5 = 6, utroque fine nucleolatis vel guttulam oleosam includentibus. 3529

Hab. in caulibus Phlogis paniculatæ in Gallia.

9. **Hymenopsis nigra** (Fr.) Sacc. *Hymenula nigra* Fries. S. M. II. pag. 234. — Sporodochiis gregariis, confertis, subrotundo-difformibus, rugulosis, opacis, planis, nigris, 2 mm. circ. longis, ambitu subsoluto. 3530

Hab. ad caules plantarum emortuos in Kamtschatka (Wormskiold) et in Suecia.

10. **Hymenopsis umbilicata** (Fr.) Sacc. *Hymenula umbilicata* Fries Elench. II. p. 37, *Peziza umbilicata* Pers. Myc. Eur. I, p. 323. — Sporodochiis minutis, orbicularibus, submarginatis, 2-2,5 mm. altis, atris, opacis, pellicula epidermidis (ut apparet) velatis, tremellosis, centro umbilicatis. 3531

Hab. in caulibus siccis Gentianæ luteæ in Vogesis et Germania.

11. **Hymenopsis atro-virens** (B. et C.) Sacc. *Hymenula atro-virens* B. et C. N. Pac. Exp. n. 113. — Linearis, subconvexa, atro-virens, sicca, granulata. 3532

Hab. in culmis putrescentibus, Nicaragua.

12. **Hymenopsis areolata** (Wallr.) Sacc. *Hymenula areolata* Wallr. Fl. Crypt. n. 2697. — Sporodochiis primum effusis continuis tenuissimis, vivis tremellinis nigro-fuscis, dein areolato-rimosis, areolis e figura subrotunda multangulaque polymorphis, patellas adpressas parce marginatas mentientibus, nigricantibus. 3533

Hab. ad virgas salicinas decorticatas in Thuringia.

13. **Hymenopsis strobilina** (Lib.) Sacc. *Hymenula strobilina* Lib. in Herb., Speg. et Roum. Reliq. Libor. Ser. I. — Sporodochiis rotundis, applanatis, marginatis, glauco-nigrescentibus; conidiis oblongis, minutis, 4–5 = 2–2,5, pallide chlorinis. 3534

Hab. ad conos dejectos Pini silvestris prope Malmedy in Arduennis.

14. **Hymenopsis atro-carnea** (B. et Br.) Sacc. *Mycothecium atro-carneum* B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 1207. — Disco atro, deplanato, e massa carnea oriundo; conidiis ellipticis 7–8 μ longis. 3535

Hab. in insula Ceylon.

II. *Hymenobactron* Sacc.

Conidia bacillaria.

15. **Hymenopsis Desmazierii** (Cast.) Sacc. *Hymenula Desmazierii* Cast. in Desm. Ann. Sc. Nat. 1848, p. 368. — Sporodochiis epiphyllis, tremellosis, subrotundis vel oblongo-difformibus, levibus, brunneis; conidiis bacillaribus, rectis, hyalinis, 25–28 = 2,5. 3536

Hab. in foliis Quercus cocciferae in Gallia.

16. **Hymenopsis Spartii** (Lasch) Sacc. *Hymenula Spartii* Lasch. in Bot. Zeit. 1858, p. 303. — Sporodochiis epiphyllis, subrotundis, leviter convexis, carnoso-gelatinosis, subfimbriatis, pallide fusco-nigricantibus; conidiis bacillaribus, curvatis, utrinque obtusis. 3537

Hab. in ramis Spartii in Germania.

EPIDOCHIUM Fries Summa Veg. Scand. p. 471 (Etym. *epi* supra et *docheion* receptaculum). — Sporodochia erumpenti-superficialia e ceraceo v. gelatinoso carnea, subglobosa v. verruciformia nigricantia, raro pallida. Sporophora filiformi-æqualia v. in pseudosporas globuloso-clavatas desinentia. Conidia ovoidea, oblonga v. piriformia, solitaria v. catenulata. — Forte subgenus *Eu-Epidochium* affinius est *Dacrymycetibus* quam *Tuberculariis*.

I. *Eu-Epidochium.*

Sporophora apice clavato-ellipsoidea; conidia solitaria (ubi adsunt).

1. **Epidochium atro-virens** Fr. Summa Veg. Scand. p. 471, *Agyrium atro-virens* Fr. S. M. II, pag. 232, *Tremella Genistae* Lib. *T. exigua* Desm. XIV, Not. p. 191, *Exidia minutula* Sacc. *Nematelia virescens* Corda Ic. fung. III, p. 35, fig. 90 et Cooke Grev. 1880, pag. 82, nec Fries sec. cit. tab. 1857, fig. 1, Florae danicae 5338

quæ diversam rem sistit. — Erumpens, disciformis, minutissime papillato-rugulosa, humida fuligineo-virens, sicca nigra, gregaria vel confluens, 1 mm. circiter diam.; sporophoris filiformibus, apice in pseudosporas ellipsoideo-clavatas, 35 ≈ 15, nubilosas, fulvescentes desinentibus; conidiis..... non visis.

Hab. in ramis emortuis Sarothamni, Ulicis europæi et Fraxini in Gallia, Britannia, Helvetia, Suecia et Bohemia.

2. **Epidochium nigricans** Fr. S. v. Sc. p. 471, Kickx Fl. cr. Fr. II, p. 115, *Agyrium nigricans* Fr. Epicr. p. 593. — Sporodochiis subglobosis, adnatis, convexis, fuligineo-atris, sparsis, 1-1,5 mm. latis, humidis tremelloideis, erumpentibus; basidiis seu pseudosporis globulosis monosporis; conidiis piriformibus. 3539

Hab. in ramis siccis Quercus, Tiliæ parvifoliæ in Belgio et Germania.

3. **Epidochium albescens** Sacc. et Malbr. Mich. II, p. 306. — Conceptaculis superficialibus, gregariis, convexo-pulvinatis, siccis depressis, $1/3$-$1/2$ mm. diam., gelatinosis, fumoso-hyalinis, nitidulis; basidiis flocciformibus, prælongis, 100-120 ≈ 2, simplicibus ramosisque, dense fasciculatis, hyalinis, guttulatis, apice in sporophora (pseudosporas) e globoso ellipsoidea, 12-14 ≈ 9-12, granulosa, e hyalino lutescentia desinentibus; conidiis non visis. 3540

Hab. in caulibus emortuis Rumicum, Eure Galliæ. — Ab *Ep. atro-virenti* colore, exiguitate et situ mox dignoscendum.

II. *Epidochiella* Sacc.

Sporophora æqualia; conidia solitaria.

4. **Epidochium virens** West. Exs. fasc. 22, n, 1079, Kickx Fl. cr. Fl. II, p. 116. — Sporodochiis sparsis, sessilibus, tremelloideis, globosis vel irregularibus, humidis viridulis, siccis viridi-atris, $1/2$-$2\,1/2$ mm. latis; basidiis filiformibus, ramosis, plerumque dichotomis; conidiis apice ramorum sitis, solitariis, ovoideis vel piriformibus, ex olivaceo hyalinis. 3541

Hab. in truncis Fraxini, Menin in Belgio.

5. **Epidochium rigidum** (Bonord.) Sacc. *Atractium rigidum* Bonord. Abhandl. II, p. 96, t. I, fig. 14 et in Rabenh. Fung. europ. Cent. VI, n. 581. — Ex epidermide erumpens et cum ea detractile: sporodochiis sessilibus, tuberculatis, fuscis, dein corneis epidermidi innatis, parvis; conidiis acrogenis fusiformibus utrinque acutis et subcurvatis, continuis, hyalinis; sporophoris parce erecto-ramosis. 3542

Hab. in ramis siccis in Guestphalia.

6. **Epidochium affine** Desm. Notic. XXII., p. 20. — Immersum, sparsum nigrum, siccum opacum subrugulosum, humidum tremellosum, fuligineo-virens; sporodochiis linearibus, parallelis, epidermide fissa subtectis, in maculas minutas aggregatis; sporophoris simplicibus; conidiis copiosissimis, minutis, globosis, hyalinis. 3543

Hab. in caulibus siccis Schæni nigricantis et variarum Caricum in Gallia.

III. *Hormodochium* Sacc.

Sporophora æqualia. Conidia catenulata.

7. **Epidochium melanochlorum** Desm. XIX. Not. pag. 32. — Immersum, tenuissimum, sparsum, plus minus globosum, 300 μ. latum, tremelloideum, initio subclausum, mox apertum, olivaceo-atrum; sporophoris simplicibus, filiformibus; conidiis ellipsoideis, hyalinis, concatenatis, dein liberis, biguttatis, 5 μ. longis. 3544

Hab. in pedunculis vetustis Cytisi Laburni in Belgio.

CHÆTOSTROMA Corda in Sturm D. C. Fl. Fungi II, p. 122 (1829) em. Sacc. Mich. II, p. 36 (Etym. *chete* seta et *stroma*). — Sporodochium disciforme v. pulvinatum, atrum, margine ciliis seu setulis nigris cinctum. Conidia ovoidea v. subfusoidea, rarius subglobosa, in sporophoris bacillaribus basilaribus acrogena, solitaria, (rarius catenulata).

1. **Chætostroma atrum** Sacc. Mich. II, p. 174. F. ital. t. 752. — Sporodochiis globoso-pulvinatis, ex olivaceo aterrimis, setulis inæqualibus, 100-130 ≃ 7-8, septulatis, obtusiusculis, crasse tunicatis basi parce vestitis; conidiis copiosissimis cylindraceo-fusoideis, 11-13 ≃ 2-2$^3/_4$, sæpe 2-guttulatis, olivaceis in sporophoris brevibus filiformibus, fasciculatis acrogenis. 3545

Hab. in calamis Juncorum, culmis foliisque Graminum, Selva, Vittorio Italiæ bor., nec non in Arduennis. — Videretur *Chætomella*, deficiente perithecio.

2. **Chætostroma hysterioides** Sacc. Mich. II, p. 174. F. ital. t. 751. — Sporodochiis oblongis, sparsis, subsuperficialibus, aterrimis, basi setulis filiformibus, sursum attenuatis, 120-130 ≃ 7, remote septulatis, olivaceis parce vestitis; conidiis coposissimis ovato-oblongis, rectis, 10 ≃ 4, sæpe utrinque 1-guttulatis, ex olivaceo aterrimis, basidiis filiformibus, 20 ≃ 1$^1/_2$, dense fasciculatis, hyalinis suffultis. 3546

Hab. in caule decorticato Antirrhini majoris, Susegana

Ituliæ bor. — A *Ch. atro.* cui affine, sporodochiis oblongis, conidiis crassioribus, basidiis longioribus recedit.

3. **Chælostroma? Caricis** (Fuck.) Sacc. *Myrothecium? Caricis* Fuck. Symb. Myc. p. 364. — Sporodochiis sparsis, superficialibus, punctiformibus, aterrimis, primo planis, demum conicis, margine pilis strictis, continuis, fuscis obsitis; conidiis concatenatim ortis, lanceolatis, continuis, fuscis, 12 ≍ 4. 3547

Hab. in foliis languidis et siccis Caricis glaucæ pr. Œstrich in Germania.

4. **Chætostroma? aterrimum** (Cooke) Sacc. *Psilonia aterrima* Cooke in Grevill. XII, p. 33. — Aterrimum lineato-maculatum, erumpens; hyphis erectis, rigidis, subulatis, parce septatis; conidiis ad basim immixtis, globosis, levibus, atris, 8 μ. diam. 3548

Hab. in foliis Gynerii argentei in Carolina inf. Amer. bor.

5. **Chætostroma? velutinum** (Ces.) Sacc. *Merosporium velutinum* Ces. Myc. Born. p. 26. — Sporodochiis congestis effusis nigris, velutinum subiculum efficientibus ex hyphis septatis nigrescentibus curtis flexuosis vix ramosis repentibus; conidiis ellipticis, nigris, episporio crasso, acrogenis? circumfusis. 3549

Hab. ad lignum denudatum, Sarawak Bornei.

MYROTHECIUM Tode Meckl. I, pag. 25 ex p., Link Berl. Mag. III, pag. 23 (Etym. *myron* unguentum et *thece* capsula). — Sporodochium scutellatum vel disciforme, atrum, margine albo-ciliatum, ciliis tenuibus hyalinis. Conidia minuta, ovoidea vel cylindracea, basidiis bacillaribus suffulta.

1. **Myrothecium roridum** Tode Fung. Meckl. I, pag. 25, t. V, f. 38, Sacc. F. ital. tab. 858, *Myrothecium Carmichæli* Grev. Crypt. Scot. t. 140. — Sporodochiis disciformibus, dein confluendo difformibus, atris, albo-marginatis, 2–6 mm. diam.; hyphis fertilibus simplicibus vel furcatis, fasciculatis, 30–40 ≍ 2; conidiis cylindricis utrinque obtusis, 8–10 ≍ 2 (raro 14 ≍ 2), 2-guttulatis, dilute olivaceis. 3550

Hab. in foliis, caulibus, bulbis, floribus fructibusque putrescentibus Malvæ, Matthiolæ incanæ, Bignoniæ Tweedianæ, Syringæ, Eleusines Indicæ, Allii sativi et Orobanches rubentis, nec non in charta bibula, lignis aliisque quisquiliis putridis in Italia, Germania, Suecia, Britannia, Carolina inferiore et New England Amer. bor., Ceylon.

2. **Myrothecium Verrucaria** (Alb. et Schw.) Ditm. apud Sturm Deutschl. cr. Fl. III, tab. 4. Sacc. F. it. tab. 859, *Peziza Verrucaria* Alb. 3551

et Schw. Consp. p. 340, t. VIII, f. 6. — Sporodochiis circumscriptis, adnatis, subrotundis, planiusculis, atris, margine villosulo albo cinctis, circ. 1-2 mm. diam.; conidiis numerosis, ovatis, olivaceo-fuscis, 8-10 ≈ 3-3,5, 2-guttulatis, basidiis filiformibus 25-35 μ. longis suffultis.

Hab. in foliis, caulibus et seminibus putrescentibus Cucumerum, Lapsanæ, Lactucæ, Erythrinæ Cristæ-galli aliarumque herbarum et graminum, nec non in charta uda putri et fimo vaccino, in Italia, Germania, Gallia, Pensylvania, Alabama et Carolina inferiore Amer. bor. — Forma in *Erythrina* sporophoris brevioribus, nempe vix 15 μ. longis, recedit.

3. **Myrothecium inundatum** Tode Meckl. pag. 25, fig. 39, Sacc. F. ital t. 860. *M. viride* Pers. — Sporodochiis disciformibus, polymorphis; disco plano, atro-olivaceo, albo-marginato: conidiis globoso-ellipsoideis, 3-4 ≈ 1,5-2, olivaceis; sporophoris filiformibus fasciculatis, hyalinis 40 ≈ 1. 3552

Hab. in Agaricis, Cortinariis aliisque fungis putrescentibus in Italia, Germania, Suecia.

4. **Myrothecium Lachastræ** Sacc. Mich. II, p. 643. — Sporodochiis applanatis, circulari-sinuosis, ½-¾ mm. latis, nigricantibus, amœne albo-marginatis; conidiis bacillaribus, utrinque, præcipue basi, obtusiusculis, 21-23 ≈ 2-2,5, hyalino-olivascentibus; basidiis cylindraceis brevibus concoloribus. 3553

Hab. in foliis putridis Fagi in viridario beatæ Dominæ de Lachastre prope Rouen Galliæ. — Conidiis longis mox dignoscitur.

5. **Myrothecium fungicolum** Peck 26 Rep. of St. Mus. N. Y. p. 79. — Sporodochiis minutis, albo-marginatis, discum atrum vel viridi-fuscum efformantibus; conidiis oblongis, circ. 5 μ. longis. 3554

Hab. in fungis putrescentibus, North Greenbush Amer. bor.

6. **Myrothecium? cinctum** (Corda) Sacc. *Fusarium cinctum* Corda Icon. Fung. V, p. 80, fig. 72. — Minutum, punctiforme; stromate floccoso albo, margine pubescente, strato conidiorum nigro, crasso: conidiis fusiformibus, acutis, olivaceis, 10-13 μ. longis, continuis; sporophoris fasciculatis bacillaribus, hyalinis. 3555

Hab. in foliis putridis Trifolii repentis, Prag Bohemiæ.

7. **Myrothecium fuscum** Bon. Handb. pag. 142, fig. 216. — Sporodochiis disciformibus, fuscis, margine pallidioribus, gregariis; conidiis ellipsoideo-globosis, subhyalinis. 3556

Hab. in ramis vel ligno vetustis Juglandis regiæ in Guestphalia.

8. **Myrothecium convexum** B. et C. North Amer. Fungi n. 616. — Sporodochiis papillæformibus tegumentum album exterius mox dejicientibus; conidiis breviter fusiformibus, 7 = 3. 3557

Hab. in racemis putrescentibus Vitis in Pensylvania (Michener).

9. **Myrothecium scybalorum** (Schum.) Fr. S. Myc. III, p. 218, Fl. Dan. t. 2083, f. 1. *Péziza scybalorum* Schum. Sæll. II, p. 418. — Minutissimum, punctiforme, sparsum; sporodochiis suboblongis vel disciformibus albis, dein dehiscendo discum atrum revelantibus; conidiis globosis (ut videtur). 3558

Hab. in scybalo seu fimo putrido Cervorum in Suecia. — «An, ex icone, *myxomyces?*».

10. **Myrothecium gramineum** Libert Crypt. Ard. n. 380. — Sporodochiis minutis, $^1/_3$–$^1/_2$ mm. diam. orbicularibus vel elongatis, atris, in ambitu pilis erectis, hyalinis ciliatis; disco subturgido, nigro; conidiis cylindricis, utrinque vix acuminatis, 12–14 = $2^1/_2$–3, hyalinis; sporophoris obsoletis. 3559

Hab. in foliis putrescentibus Graminum in Arduennis.

TRICHOSTROMA Corda in Sturm D. C. Fl. t. 62, pag. 131 (Etym. *thrix* pilus et *stroma*). — Sporodochia verruciformia, cornea, hyphis rigidis, homogeneis, erectis, septatis, sæpius ramosis tecta. Conidia globulosa, continua, pallida, hyphis inspersa.

1. **Trichostroma purpurascens** Corda in Sturm D. C. Fl. t. 62. — Sporodochiis macula purpurea insidentibus, minutis, hemisphæricis, atris; hyphis atris, simplicibus vel furcatis, obtusatis, crebre septatis, opacis; conidiis globosis, subhyalinis. 3560

Hab. in ligno putrescente fabrefacto, Prag Bohemiæ.

2. **Trichostroma olivaceum** Preuss F. Hoyersw. n. 71, Sturm D. C. F. t. 23. — Sporodochio subhemisphærico, carnoso, convexo, olivaceo; hyphis stroma obtegentibus, concoloribus ramosis, septatis, apice brevi-septatis, pellucidis; conidiis globosis, inspersis. 3561

Hab. in Brassica capitata in cellis conservata, Hoyerswerda.

3. **Trichostroma decipiens** Str. in Sturm D. C. Fl. III, 34, 7. — Sporodochiis oblongis, tumidis, nigris, longitudinaliter sulcatis; hyphis fasciculatim e sulcis erumpentibus, subsimplicibus, erectis, septatis, pallidis; conidiis globulosis. 3562

Hab. in caule Lysimachiæ thyrsifloræ, München Bavariæ (Kummer). — «Sistit forte *Botrytem* in *Sclerotio* parasiticam»

SPHÆROMYCES Mont. Cent. V, in Ann. Sc. nat. pag. 365 (1845) Fl. Alg. I, pag. 343 (Etym. *sphæra* et *myces*). — Hyphasma repens, ramosum, septatum. Hyphæ erectæ brevissimæ in cateras conidiorum ex eodem puncto (centrali) undique irradiantes, tandem sporodochium liberum (mobile) constituentes, apice divisæ. Conidia continua globoso-angulata, maurina.

1. **Sphæromyces algeriensis** Dur. et Mont. Fl. Alg. p. 343, t. XX, f. 3, et Syll. Crypt. 1121. — Sporodochiis umbrinis, siccis cinereis, minimis, 180 μ. diam., pedicello vix 1/8 mm. diam. suffultis; conidiis irregulariter subgloboso-triquetris, obscure murinis, 8-10 μ. diam., catenatis. 3563

Hab. ad ligna putrida Salicis pedunculatæ circa La Call in silvis paludosis.

ACTINOMMA Sacc. Misc. mycol. I, p. 28 (Etym. *actis* radius et *omma* aspectus). — Sporodochia superficialia, applanata, atra, radiato-lobata, stelliformia, hypothallo setuloso fuligineo insidentia. Conidia ex hypothallo oriundâ in catenulas ramosas digesta, globulosa hyalina vel fuscella.

1. **Actinomma Gastonis** Sacc. l. c. — Sporodochiis gregariis, superficialibus, atris, applanatis, stelliformi-divisis, 1/2-3/4 mm. diam., levibus, siccis contractis, radiis 3-5, basi hyphis filiformi-tortuosis, ramulosis, septatis, fuligineis cinctis; hypothallo ex hyphis radilibus laxe contexto; conidiis ex hypothallo oriundis, globosis, 5-8,5, in catenulas ramulosas digestis, hyalinis, extimis (superficiem sporodochii formantibus) dilute fuscellis. 3564

Hab. in foliis emortuis Musarum (*Bananier*) in insula Taïti (G. Brunaud) et in phyllodiis languidis Acaciæ in Monte Moon Australiæ (Scortechini).

Sect. 2. Asterosporæ Sacc.

STEPHANOMA Wallr. Fl. Crypt. II, p. 269 (Etym. *stephanos* corona) *Asterothecium* Wallr. in Endl. Gen. n. 296. — Sporodochium sessile, tenuissime membranaceum, extus piliis septatis adpressis ad marginem prominentibus munitum vel strigosum, primum sphæricum connivens, dein supra strato conidiorum furfuraceo obductum, deplanatum, pezizæforme. Conidia globosa, extus vesiculifera, angulato-stellata, alba.

1. **Stephanoma strigosum** Wallr. Fl. Crypt. n. 1820, *Asterothecium strigosum* Wallr. in litt. — Sporodochio sessili, primum pisiformi, dein scutellato-deplanato, tenerrimo, fragili, extus margineque pilis tenuibus propexis septatis fusco-castaneis hirto, disco aperto, conidiis albis angulato-stellatis liberis farinoso-furfuraceis superfuso. 3565

Hab. ad terram nudam glareosam quercetorum collinorum agri heringensis Thuringiæ in Germania. — Vegetabile perquam singulare, habitu pezizoideo quodammodo alienum, attentius vero adspectum longe diversum. Sporodochium laxe-obsoleteque cellulosum, primum subglobosum pisiforme, dein deplanatum, extus pilis longis tenerrimis regulariter septatis fuscis, ad marginem propexis horridum iisque derasis fusco-virescens; discus apertus conidiis majusculis hyalinis subrotundis, circumcirca alia minora, in coronulam veluti disposita, jungentibus, angulato-stellatis, liberis, densis farinoso-pulverulentis superfusus. Wallr. l. c.

Sect. 3. Didymosporæ Sacc.

SCLEROCOCCUM Fries Syst. Orb. Veget. I, pag. 172 (Etym. *scleros* durus et *coccos* granum). — Sporodochia sphæriæformia, atra, firma, nuda, superficialia, lichenicola. Conidia ellipsoidea. 1-septata.

1. **Sclerococcum sphærale** Fries Syst. orb. veg. I, p. 172, et Syst. Mycol. III, p. 257, *Lecidea papillosa* Ach. Lich. p. 171 (quoad apothecia), *Spiloma sphærale* Ach. Syn. Lich. p. 2, *Cyphelium corallinum* Hepp. Cfr. Stein Flecht. Schles. p. 296. — Sporodochiis subglobosis, sphæriæformibus, sparsis $^1/_5$-$^1/_3$ mm. diam., subcorneis, levibus, nigris; conidiis ellipsoideis, minutis, 12 ≈ 6, opaco-brunneis, 1-septatis, loculis dein secedentibus. 3566

Hab. ad lichenum thallos crustaceos, præprimis Parmeliæ (Zeoræ) sordidæ, Parmeliæ stellaris et Isidii corallini, in Italia, Suecia, Austria, Germania.

EPICLINIUM Fr. S. V. S. pag. 475 (Etym. *epi* supra et *cline* lectus). — Sporodochia applanata, pezizoidea v. truncata, intus subcornea, atra. Conidia oblonga uniseptata, pedicellata, stromati corneo adnata, dein fere coalita. — In vol. III, Sylloge p. 765, ut subgenus *Didymosporii* inter Melanconieas retuli, sed nunc ad Tuberculariea propius accedere mihi videtur.

1. **Epiclinium pezizoideum** (Schw.) Fr. Summa Veg. Scand. pag. 475, *Didymosporium pezizoideum* Schwein. Syn. Amer. bor. n. 2972. 3567

Sacc. Syll. III, p. 765. — Sporodochiis pezizoideis, marginatis, cinereo-atris, dense aggregatis, epidermide stellatim rupto cinctis, intus albidis, subcorneis; disco 2-4 mm. diam., mucoso; conidiis crebris, 1-septatis, atris, pedicellatis, sporodochiorum initio conspergentibus.

Hab. in cortice putrido ramorum Mori albæ, Bethlehem Am. bor. — Gregarie crescens ad longitudinem 30-40 cm.

2. **Epiclinium atrum** Bon. Handb. II, p. 96, t. I f. 13. — Sporodochio immerso, obconico v. cylindrico, supra planiusculo, atro, hyphis seu sporophoris simplicibus liberis, articulato-septatis, fuscis; conidiis acrogenis, bilocularibus, ovatis, fuscis. 3568

Hab. in ligno denudato in Guestphalia.

Sect. 4. Phragmosporæ Sacc.

EXOSPORIUM Link Berl. Mag. III, p. 9 (1809), Sacc. Mich. II, p. 36. (Etym. *exo* extra et *spora*). — Sporodochium convexum, compactum. Conidia in sporophororum simplicium (nigrescentium) dense fasciculatorum apice acrogena, oblonga vel teretiuscula, plurisepta. — A *Coryneis* et *Epidochiis*, quibus sæpe adscribitur, certe diversum genus est fere *Helminthosporium* stromaticum.

1. **Exosporium Tiliæ** Link. Obs. I. pag. 8, tab. I, fig. 8, Sacc. F. ital. tab. 778, *Helminthosporium Tiliæ* Fries S. M. III, pag. 360, *Coryneum Tiliæ* Pers. Myc. I, pag. 11, *Epidochium nigricans* β. Fr., *Coryneum pulvinatum* K. et S. (saltem ex p.). — Sporodochiis erumpentis-superficialibus, convexo-pulvinatis, nigris, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. d., denique nitentibus, compactis; conidiis e sporophoro crasso brevi obtuso, 1-septato fusco ortis, obclavatis, 60-70 = 18, olivaceo-fuligineis, episporio crassissimo, plasmate in nucleos 9-11 cuboideos diviso et spurie 8-10-septato. 3569

Hab. in truncis ramulisque Tiliarum in Italia, Ardennis, Vogesis, Germania, Gallia, Britannia.

2. **Exosporium clavisporum** (Peck) Sacc. *Coryneum clavisporium* Peck 24 Rep. of the Bot. 1872, p. 87. — Sporodochiis subglobosis, atris, duris; conidiis longis, leniter curvulis, clavatis, obtusis, multiseptatis; articulis cuboideis, 1-guttatis. 3570

Hab. in foliis emortuis Fraxini Americanæ, Knowersville Amer. bor. — Teste ipso Peckio, ab *E. Tiliæ* non differret; an tamen revera idem?

3. **Exosporium Padi** Karst. Hedw. 1884. p. 39. — Sporodochiis conoideis vel convexo-pulvinatis, superficialibus, atris, 0,5–0,7 mm. d.; conidiis elongatis, utrinque leviter attenuatis, rectis, 1–3-septatis, olivaceo-fuligineis, 60–70 ≈ 14–20. 3571

Hab. in ramis corticatis Pruni Padi emortuis prope oppidum Wasa *Exosporio Tiliæ* Link affine sed minus notisque supra datis facile distinctum.

4. **Exosporium melampsoroides** Sacc. Mich. II, pag. 146, Fung. ital. tab. 777. — Sporodochiis sparsis, subsuperficialibus, pulvinatis, margine lobulatis, ½–1 mm. d., rufo-nigricantibus, compactiusculis; conidiis obpiriformi-clavatis, 50–60 ≈ 18, 1-septatis non constrictis melleis, sporophoris dense fasciculatis teretibus, brevioribus concoloribus suffultis. 3572

Hab. in cortice Crataegi in Carolina infer. Amer. bor. — Ab *Exosp. Tiliæ* etc. optime distinctum.

5. **Exosporium clavuligerum** Link Sp. II, p. 121. *Coniplea clavuligera* Link Obs. II, p. 73, *Helminthosporium clavuligerum* (Link) Fr. S. M. III, pag. 361. — Sporodochiis pseudostromaticis, convexis vel subglobosis, nigris; sporophoris elongatis filiformibus septatis atris strictis; conidiis clavatis pellucidioribus, septatis. 3573

Hab. ad truncos emortuos Salicum in Germania et Suecia.

6. **Exosporium circinatum** Wallr. Fl. Crypt. n. 1718. — Sporodochiis pseudostromaticis, rotundis, convexiusculis, grumulos tersos convexos, sparsos, majusculos atros efformantibus; conidiis cylindraceis majusculis, nigris, opacis, obsolete septatis, radiantibus. 3574

Hab. ad lignum decorticatum vetustum Salicis capreæ in Hercynia sup. Germaniæ.

7. **Exosporium Celastri** Kalkbr. Grev. IX. 1880. p. 24. — Sporodochiis sparsis, subcircinatis, atris, erumpentibus; sporophoris dense fasciculatis, olivaceo-fuscis; conidiis sublanceolatis, 20–25 ≈ 5. 3575

Hab. in foliis Celastri buxifolii in Africa australi.

8. **Exosporium Rosæ** Fuck. Symb. my. p. 373, t. III, f. 1. — Sporodochiis in macula exarida, gregarius, punctiformibus, hemisphæricis, atris, ubique conidia filiformia, subclavata, multiseptata, apice obtusa, 50 ≈ 6, hyalina gerentibus. 3576

Hab. in pagina inferiori foliorum vivorum Rosæ alpinæ in Jura Helvetiæ et Germaniæ.

Species nomine tantum notæ.

9. **Exosporium Ononidis** Auersw. in schedis, Fuck. Symb. myc. p. 373 (nomen). 3577

Hab. in foliis languidis Ononidis arvensis prope Budenheim Rhenogoviæ.

TRIMMATOSTROMA Corda L. fung. I. p. 9 (Etym. *trimma* res trita et *stroma*). — Sporodochia placentiformia vel pulvinata, compactiuscula, strato conidiorum tecta. Conidia oblonga, sæpe curvula 2–8-septata, catenulata, brunnea.

1. **Trimmatostroma Salicis** Corda Icon. fung. I. pag. 9, fig. 148. — 3578
Sporodochiis superficialibus, subsparsis, pulvinatis, atris, decolorantibus; stromate albido, strato conidiorum crasso, aterrimo, inæquali, pulveraceo obducto; catenulis conidiorum inæqualibus, ramosis vel inter se conjunctis; conidiis oblongis subfusiformibus curvatis, sæpe subtrigonis, fuscis semipellucidis, 3–5-septatis, non constrictis.

Hab. in ramis Salicum frigore emortuis, Reichenberg in Bohemia, in Rhenogovia et in Italia bor.

2. **Trimmatostroma americana** Thüm. in Myc. univ. n. 793. — Sporodochiis gregariis, concavis, mediis, tandem confluentibus, orbiculatis, atris, inquinantibus; conidiis plus minus curvulis vel subrectis, basi angustatis, vertice rotundatis, 3–7-septatis, ad septa subconstrictis, brunneis; cellulis terminalibus pallidioribus, 20–25 ≂ 4–5. 3579

Hab. in ramulis aridis Salicis discoloris, New York, Albany Amer. bor. (Peck). — Differt a *T. Salicis* Corda conidiis ad septa constrictis minoribus et cellulis terminalibus pallide coloratis.

